

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



o

ay

Ex libris Francisci Xaverii Marchetti ex Capua Maritima. A.D. 1718.



D

X

E

I

Ex R.

Lat



S

718.

DE VITA, ET GESTIS  
S. FRANCISCI  
XAVERII  
E SOCIETATE IESV  
INDIARVM APOSTOLI  
LIBRI QVATVOR.

EX R.P. DANIELIS BARTOLI è Societate IESV,  
Italico Romæ approbato & edito,

*Latine redditi à P. LVDOVICO IANINO ex  
eadem Societate.*



LVGDVNI,

Sumptibus ADAMI DEMEN, vico Mercatorio,  
sub signo Fortunæ.

M. DC. LXVI. 4  
CVM PRIVILEGIO.

57



N  
D.  
D  
Lu  
Ga  
Di



sapi  
pur  
gdu  
men  
per  
est  
tion





NOBILISSIMO DOMINO,  
**D. DOMINICO**  
**DE PONSAIMPIERRE,**

Lugdunensium Exconsuli, & commercij  
Gallici apud Orientales Indos meritissimo  
Directori, &c.

**E**STIMONIVM fuit tuæ  
apud populum gratiæ, &  
sapientiæ, (vir Nobilissime) pur-  
pura consularis, quam tibi Lu-  
gdunum pro tuis ingentibus  
meritis propensissimo studio nu-  
per contulerat: sed præconium  
est tuæ apud Regem existima-  
tionis, & prudentissimæ soler-

ã, 2

tia

## EPISTOLA.

tiæ, quod tibi, & coram, & sæpiùs humanissimè audito, multisque pridem in rebus perspecto, Societatem commercij Gallici apud Indos, Lugdunensium nomine regendam credidit. Curis itaque vrbanis per legitimum biennium honorificè defunctus, in alias curas suffragio Regio lectus es, & transcriptus; sed eò prioribus grauiiores, quòd omnes euentus, (ex quibus fere homines cuncta metiuntur) habent è mari ventisque suspensos; violentissimis, inquam, & perfidiosissimis commerciorum ministris, & dominis. Quare ex mea veteri erga te, singularique

obseruan

obf  
siti  
cui  
ma  
Fra  
mo  
Ap  
dor  
nor  
rep  
tiur  
dò,  
nib  
con  
cæl  
gra  
tem  
gin

## EPISTOLA.

obseruantia facturum putauī,  
 si tibi Patroni tutelam deferrem,  
 cuius arbitrio Deus ventos, &  
 maria subderet; Is verò est S.  
 Franciscus Xauerius, supre-  
 mo Ecclesiæ Oraculo Indiarum  
 Apostoli cognomentum; In-  
 dorum consensu Magni Partis  
 nomen consecutus. Hunc tibi  
 repræsentat hic liber, nauigan-  
 tium ad Indos, non æternis mo-  
 dò, sed temporariis etiam ratio-  
 nibus, potenter, ac mirabiliter  
 consulentem; tempestatum,  
 cælique adeò ipsius in eorum  
 gratiam, iras & exitia, frangen-  
 tem, ac vel vnâ sui depictâ ima-  
 gine, malo nauium affigi solita,

EPISTOLA.

toti Oceano eiusque casibus  
 dominantem. Hinc certo con-  
 fido, fore vt tuæ commissa fidei  
 transmarina negotiatio, portus,  
 auras, cœlum, fluctus & omnia  
 experiatur secunda, & prospera;  
 nec enim dubito Christianam  
 tuam in tantum Patronum  
 pietatem, Regi Christianissimo,  
 & Regno suas prudentiæ, & vi-  
 gilantiæ operas nauantem, suc-  
 cessus commodos, exitusque fe-  
 lices, de illius tutela ducturam,  
 quos tibi votis omnibus à Deo,  
 & sperat, & flagitat,

Lugd. i. Oct. 1665.

*Obsequentissimus & Addictissimus*  
*Servus, LVD. IANINVS.*



incert.  
 breui  
 tes ein  
 tum re  
 Et ab at  
 tot p  
 bus,  
 lius n  
 naut  
 non.  
 sum n  
 cipis  
 Regis  
 Visei  
 test i  
 Arde  
 feren  
 lem a  
 dragi  
 salter  
 teneb  
 steros  
 frequ  
 etiam  
 lentia  
 men





## ADITVS OPERIS.



*V*A ultra Gades ad Austrum effusus, occidentalem Africam tingit Oceanus, mare nauibus inuium mortales habuere: quisquis illud tentasset, vel tempestatibus allisus, incerti successus indicia omnia sepeliebat secum naufragio; vel breui reiectus, aliorum spes quantumuis animosas, & cupiditates eiusdem alea quamlibet auidas elidebat. Prima, nauis adhuc tum rudibus & ventorum, caelique ignaris, certi exitij, omina obiebat Atlas, qui ad Marocci consinia ingens cornu in mare proicit tot pridem infame cladibus ut flecti non posse aut integris nauibus, aut saluo vectore putaretur. Quare de voce, Non illius nomine (Non siquidem dicitur) iactabatur pericula inter nauas, qui, Non, promontorium adiret, aut rediturum, aut non. Annis tandem hinc ferme ducentis ignotum eatenus, & clausum mare, Deus aperuit, primosque illius aditus, Henrici Principis fortunata, & generosa pietas subire anteuertit. Erat hic Regis Lusitaniae Ioannis primi, liberorum octo, natu quintus, Visei Dux, iuuenis ad quaeuis ardua tantum spirans, quantum potest in regio sanguine, nata imperio, virtus eximij principis. Ardens ergo propè à puero Ecclesiae sanctae in fines ultimos proferenda, Indicum mare primus edomuit, & vulgo insuperabilem ad Indos inuasit navigationem, in qua etsi per annos quadraginta, animi celsitatem, rebus aequare non potuit, metas saltem refixit, quibus tantum non intra Europam nauclerica tenebatur, & fortitudinis eiusdem, ut sanguinis haeredes posteris, in viam induxit, detegenda primum, dein commercii frequentanda, ac subiuganda denique Asia. Quare ad illum etiam post funus, merito refertur expeditionum gloria, & opulentia lucrorum, quibus subinde Lusitanorum potentiam, & nomen felicitas prouexit. Hunc Henrico ardorem subdiderat Abi-

Nauigatio  
in Africā  
cur diu in-  
uia.



## ADITVS OPERIS.

*la ex Mauris vi capta, in cuius expugnatione, Duce ac magistro parente cum gloriosum tirocinium posuisset anno 1415. tantus eius animo infedit impetus aduersus hostes nominis Christiani, ut totis viribus ad obtinendam eorum superbiam anheleret. Verum Africa Saracenos bello per se aperto, & iusto exercitu nondum par aggredi, sua in nauigationem vertit consilia, ut si quâ propitium adspirasset numen, regnum alicubi; vel portum in India occuparet; id factu pronius censebat, quod Christi Equitibus contra Mauros ab Dionysio atauo institutis summa præerat potestate, habebatque ad manum ærarium Ordinis, quod in opus conferret tam proprium atque legitimum. Sic egregie meditatus peculiari studio Geographia applicuit sese, quemcumque fors in Lusitaniam ex Africa barbarum tulisset, callidè percontans de plagis, promontoriis, portibus, oraque omni maritima illorum regnorum. Ac ne rem tanti minus certo consilio crederet, certus licet constanti referentium consensu, oram Barbariæ tractu perpetuo à freto in Guineam produci, sedem sibi delegit oppidum Sangrorum seu Sanguinum in regno Algarbiæ situm, milliaribus ab sacro, seu S. Vincentij cornu vix quatuor, instituto suo opportunissimam, destinandisque inde in exteriora Africa nauibus: & visum Deo eius propositi auctori, nobiles ipsius ambitus, improviso statim premio in rerum maiorum pignus incendere, paruis nempe insulis duabus, nec quærenti, nec scienti oblati: contigit ea res anno fere 1420. quo Ioannem Gonzalum Zarcum, & Tristanum Vazium Cercuris duobus eximie instructis præfecit, quibus ultra Marocum littora explorarent: at hi nondum in Fesse conspectum venerant, cum nimbofa repente procella tantum non obruti, coguntur quâ ventus raperet vasto mari se dare, deferunturque ignotam in insulam; aliquanto ad Septentrionem Canariarum meridiano suppositam, cui Portus Sancti idcirco inditum ab iis nomen quod illic naufragium euasissent. Mari exinde composito, & restitutis nauibus, iuuat ulterius tendere, scrutarique insulam aliam maiorem, haud procul distantem, quam Sylvarum densitate Maderam dixere, velut dicerent Dumetum. Quibus indagandis, porrectum longius in mare scopulum*

Portus sanctus & Medera insula inuenta.

lum Gonzalum  
 capacem  
 tam, man  
 ni, ex ea  
 dici, que  
 rium per  
 cum eo p  
 & aruna  
 hoc diu  
 bus anne  
 mum 14  
 Gileanes  
 pidum,  
 nam mi  
 octoginta  
 gua nom  
 hus redu  
 ultra no  
 suetos en  
 marino  
 cursus na  
 ritos ne  
 sorberent  
 siue illiu  
 fluctuum  
 quod aliq  
 dem, fr  
 petiit. I  
 subieit  
 sum eiu  
 monitis  
 leanis v  
 haud pa  
 giadoris  
 huic à c

## ADITVS OPERIS.

*lum Gonzalus prateruehens, cui nunc Funicul arx imposita est, capacem in eo notauit speluncam, in modum camera arcuatam, marinis lupis lasciuientibus stabulum, & gentilitio nomi- ni, ex ea cognomen addidit, voluitque Gonzalus de Comera dici, quod eius posteris nobilitate insignibus honoris heredi- rium permansit. Accessit utraque insula Lusitanorum ditioni, cum eo prouentu, quem breui maximum, syluis igni exuta, & arundinetis sacharariis consita Madera ubertim reddidit: hoc diuina tutela pignore obstrictus Princeps, navigationi- bus annuis nouas querere terras non destitit, quoad anno de- mum 1433. Ægidium Anes ad hoc adhibuit, hunc Lusitani Gileanes appellant, Lacubus oriundum, ducem oppido intre- pidum, quodque mox patuit nautica omnis experientissimum, nam milliaria prouectus ultra Non, promontorium centum octoginta, ad aliud pertigit, quod Bogiadoris materna lin- gua nominauit, hoc est Versatilis ob flexus multiplices qui- bus reducta in seipsam ora, in sinus varios, se torquet, sed ultra non ausus quantumuis inuictus animo, illic hæsit, as- suetos enim radendis litoribus, nec se alto credere solitos, quod marino carerent gnomone quo ex solis & syderum gradibus cursus nauium regerent, cornu illud horrendum exterruit, ve- ritos ne aquis tempestatum in modum aestu fero reciprocantibus sorberentur, seu vadofus illic Oceanus hoc periculum crearet, siue illius vehementissimus ad Lybim impetus; vel immanitas fluctuum ex maris gemini mutuo conflictu surgentium; aut quod alij scribunt Cauri vis latè furentis; undecumque tan- dem, fractus animo Gileanes retro flexit, & Lusitaniam re- petiit. Post hæc diu cessatum donec nouos Principi stimulos subiecit Deus, à quo sunt qui tradant obiurgatas per vi- sum eius moras, animatumque ad urgenda cæpta. Quare monitis parens, anno 1443. Tristamum Nunnium iussu Gi- leanis vestigia relegere, cursu quidem uti cautiore, sic euentu haud paulo meliori, aliquanto enim ab littoribus recessu Bo- giadoris effugit vortices, & promontoriij noui auctus notitia huic à colore, Albi nomen dedit. Biennio post Dionysius Fer- nandes*

Portus sã-  
 ctus & Ma-  
 dera insu-  
 læ inuen-  
 ta.

## ADITVS OPERIS.

*naudes ad Cornu Viride peruenit, postremam Gorgadam è regione spectans, gradu ad Septentrionem quarto & decimo. Itum est denique nauibus ad vsque promontorium Leana, montes scilicet qui longa serie ad confinia Guinea, in mare subeunt, ultra sextum gradum à Cornu viridi fuitque hic limes expeditionum annis quadraginta Principe auspice susceptarum; nam hunc anno 1460. portu Deus excepit beata immortalitatis, rara plane virtute, & commendandus aternitati princeps, dignusque, hoc Symbolo quod sibi à puero proprium adsciuit; eius duces, ac nauta, rupibus passim, & corticibus arborum insculptum reliquere, ad bene agendum Indoles. Fama est pudorem virgineum quem matris ex utero tulerat, sepulchro intulisse, nec patris nomen aliunde optasse quam ex animarum infinita prole (si caëpta feliciter verterent) Christo, & caelo procreandâ, qui fuit eius in iis inuestigandis Scopus.*

Nouæ circa Africâ repertæ regiones.

*His initiis institere qui consecuti sunt Odoardum reges, Ioannis primi successorem, Alfonsus, Ioannes, Emanuel; defuncto enim post quinquennium Odoardo, Alfonsus eius nominis quintus nauigationem integravit anno 1471. quam eius auspiciis Fernandus Gomes ad promontorium triceps commodè protulit, versus mediam Guineam, quâ serè post annum decimum, aurarium Fluentum Sancti Georgij arce munitum est, ad securitatem aurarij commercij, quod illic ob aurum largè ex fluuiis abundans celeberrimum est. Promouit hos limites Ioannes secundus, Iacobo Cano circulum equatorem, ultra regnum Congi ad sexcenta millia-ria transgresso. Proximus demum annus, qui fuit 1487. Bartholomæum Diaz extra tropicum emisit ad fines Africae postremos, in iis, (quod Canus alibi fecerat) ad sanctæ Crucis insulam imitatus, columnam erexit fastigiatam signo Crucis, incisæque in scapum Latinè ac Lusitanicè breui epigraphe quâ tempus appulsus, Nacleri nomen, & cuius imperio venerat Ioannis Regis notabatur, in Lusitaniam rediit.*

Cornu Bonæ spei.

*Narrato postea tam arduæ cursu, metæque nauigationis, de hac adiecit procellosum caput ab se nominatam quod se il-*

lio

lic extre  
gerent  
promonto  
me, inqu  
men reti  
gradu,  
riculis,  
seruauer  
scuti reg

Et pr  
tunante  
laboriosa  
quo sua  
nus exp  
animi re  
Emanue  
inde cur  
tam com  
se Iulio  
cuit, nu  
lente tu  
illi adsp  
scribi, q  
præterqu  
lescunt,  
roribus,  
dè omni  
ret, cur  
confert  
caeli Re  
cum iiso  
ingens  
sa, par  
& cons  
neritate

## ADITVS OPERIS.

*lic extrema in Africa arietatione terribili duo maria fran-  
gerent improbavit rex prudens ominosam nomenclationem,  
promontorij Non tristes metus, nautis obiecluram; & mini-  
me, inquit, imo Bonae Spei promontorium dici volo, quod no-  
men retinet hodieque, ac poli antarctici, quarto & trigesimo  
gradu, tertiusque duabus subiaceret. Sed tantis quasitam peri-  
riculis, tamdiu expetitam Indorum notitiam Emmanueli Deus  
seruauerat, cui velut futuri praescius, auctor fuit Ioannes vt  
scuti regij tesserae caeli globum abscripto lemmate In Deo.*

*Et prorsus Deo primam eius expeditionem mirabiliter for-  
tunante id assecutus est, quod annorum quinque & septuaginta  
laboriosa indagazione maiores illius frustra tentauerant: in  
quo sua item non impari laude claret Vascus Gama Lusita-  
nus explorator, indexque Indiarum, splendore sanguinis, &  
animi robore insignis: hunc nauibus quatuor cum praefecisset  
Emanuel (quem illi honorem, rei totius maritima Pratura de-  
inde cumulauit) tres illarum ad cursum armis & milite, quar-  
tam commeatu necessario instruxit, vela ventis daturus men-  
se Iulio anni 1497. quo anni tempore, vt post experientia do-  
cuit, nullum importunius eligi potuit Indicae nauigationi, si-  
lente tunc ventorum communium fauore qui solent potissimum  
illi adspirare. Volebat nimirum diuina bonitas, vni sibi ad-  
scribi, quod artis industria, & natura beneficium negabat:  
praeterquam quod rerum inuenta maximarum non statim coa-  
lescunt, sed cresunt paulatim ducuntque non raro ex ipsis er-  
roribus, perficendi sui regulas, & modum. Ergo Vascus proui-  
de omnibus ad discessum munitus, pridie quam portu solue-  
ret, cum suis Ducibus, ac nautis, in Bethleem eremum se  
confert quo solent nauigia ad profectiorem conuenire, coram  
caeli Regina vigilaturus illam noctem; prodit inde postridie  
cum iisdem paruoque exercitu conscensurus: sequitur paratos  
ingens turba, nobilium, aula, ac populi extra urbem effu-  
sa, pars solennis discessus curiosa spectatrix; pars amicos,  
& consanguineos nunquam forte visendos deductura, & te-  
neritate in illos tristi, tam ignoti maris caecos exitus animo*

Vascus  
Gama in-  
uentor In-  
diarum.



## ADITVS OPERIS.

reueluens interque mutuos amplexus, & velut supremas salutationes vim magnam lacrimarum, & luctuum ciens, precipue cum ex Bethlemitica eremo supplicantium agmen monachorum in littus processit ex quo cymba in classem transuedura exercitum erant. Illic monitos genua flectere, Deoque, ac matri virgini commendatos, impertunt plena omnium noxarum venia; & pœnarum condonatione, si mori contingeret obtinenda, cuius Princeps Henricus Pontificiam diplomatis impetrarat quise in discrimen tam ambigui euentus conicerent. Consecsis hinc nauibus panduntur aquiloni vela, die Iulij nono, anno 1497. comitante quam longissimè oculis licebat populo, itusque ac reditus faustitarem enixè adprecante.

Erat iam tum nauigandi labor haud paulo mitior quam prius cum Astrologicis machinis destitutus stellarum & solis, uti ductu non posset, nec auderet à terra procul se mari committere; hæc illi præsidia Ioannes secundus comparauit, medicorum suorum Mathematica vsus peritia, Roderici, & Iosephi Iudæi, maximeque Martini Bohemii, qui Ioannem de Monte Regio doctum in astronomicis magistrum audierat: ab his in artem ratio nauigandi certasque regulas, est redacta de meridiani solis altitudine petendas, ex cuius utrimque vario deflexu ab circulo æquinoctiali, describere tabulas, & constituere canones, quorum vsum cum suis probe Gama edoctus, vasto demum Oceano proras confidenter commisit. legitque post seuam tempestatem, primum sancti Iacobi insulam, decem illarum præcipuam qua ad cornu Viride sita sunt, ubi post refectas aquatione, opportunisque nauis, ad caput bona spei obuertit, expertusque haud frustra a Bartholomæo Diaz Procellosi damnatum appellatione, ægre supremum exitium euasit. Ipsa enim ex nauis qua ceteris præibat, nauarum tempestas oritur marina crudelior, præsentis siquidem horrore certoque interitu si ulterius auderent exterritos, coniratio atrox subit, proiiciendi in fluctus Gama, omniumque salutem unius interitu redimendi. Quod subodoratus callidè,

sagax

Gama iter  
ad Indos.



sagax,  
pedes  
tamdiu  
montori  
functus  
dit, ser  
postea  
maris f  
traicen  
cimo. a  
ne solu  
tus ri  
sima,  
partim  
taque  
concur  
ad In  
uis, e  
ne illa  
bitus  
diis te  
rent;  
Etus il  
clesia  
res L  
mea  
artes  
Etia co  
ce, j  
proue  
ram,  
vari  
plora  
que  
barb

## ADITVS OPERIS.

*sagax, & magnanimus Gama, nefarij consilij capita in com-*  
*pedes conicit; ipse gubernaculum fortiter inuadit, idemque,*  
*tamdiu, & gubernatorem, & nauclerum agit, dum pro-*  
*montorij flexu superato suos in tuto secum statuisset. Quo de-*  
*functus periculo, cursum aquilonem inter, ortumque inten-*  
*dit, semperque oras Africae sectatus, Mozambicum insulam,*  
*postea Melindam tenuit illius regni metropolim. Illic patrij*  
*maris scientissimo nauarcho secum adhibito aggreditur sinum*  
*trauicere bis mille quingentorum, tandemque Maij octauo & de-*  
*cimo. anno 1498. Indiam attingit, mense postquam Vlyssipo-*  
*ne soluerat decimo. Primas iecit in portu anchoras, milliari-*  
*bus viginti ab Calecutio, vrbe Malabaris tunc frequentis-*  
*sima, & rei omnis aromataria celeberrimum forum, vt quæ*  
*partim illic progignitur, partim ex Zeilano inuehitur, to-*  
*taque ex India, & regnis extra illam semotis, mercatorum*  
*concursum euocat atque his tot annos passibus Lusitanus, iter*  
*ad Indos molitus est; primum tanquam puer vacillans, par-*  
*uis, & trepidus; inde animosis vt gigas & grandibus, quos*  
*ne illa quidem velut erbis meta inhibuit, quin nobiles am-*  
*bitus in exteriora proferrent imperia; instaurataque ex In-*  
*dijs terrarum exploratione tum ad Sinas, & Iapones veni-*  
*rent; tum per interiora Oceani, & Austri ad insulas tra-*  
*ctus illius innumerabiles. Quibus tam operosis erroribus, Ec-*  
*clesiæ Sanctæ animarum ingens accessit populus; & complu-*  
*res Lusitanica ditioni, cum gloria insigni Prouinciæ: hic*  
*meæ huius historiæ campus; hic explicandi sunt labores atque*  
*artes quibus Ignatij haud degeneres à patre filij, eum inui-*  
*cta constantia versarunt, factaque in illo religionis Catholi-*  
*ca, sudoris, & sanguinis semente perpetua, dignos ex ea*  
*proventus tulerunt. Quam ego meam qualiscumque sit ope-*  
*ram spero non minus legentibus vtilem quam iucundam ex*  
*varietate rerum atque euentuum illustri; cuiusmodi sunt, ex-*  
*ploratio terra & aquarum; nouarum urbium regnorum-*  
*que inuentio; tincti suis cum populis sacro fonte Reges antea*  
*barbari, & idololatra; legationes ab ultimis finibus ad sum-*

## ADITVS OPERIS.

*num Pontificem Christi Vicarium professionemque deuote illi Obedientia; disputationes cum Sacracenorum Castizibus, Brachmanis Indorum, Iaponum Bonziis; Immanes regum pro auita superstitione de Christianis strages, & crudelissima lauiena inflexa patientia tolerata, quibus nouo in orbe, Romana Ecclesia rediisse visa sunt antiqua secula aurei temporis, cum esset vita Christianis ad usum virtutis non minus in pace pretiosa, quam in bello à tyrannis furente, mors ad martirium aut patientiam.*

*Nondum erat ex cunis egressa Societas cum visum Deo est illam ex Europa vocare in Asiam ad sudores robusta potius infractaque etatis quam adulta. Nam etsi tunc paruo constabat numero, sui adhuc iuris cætus Patrum primorum decem (quos Paulus tertius statim post religionis nomine formaque colligauit) sed erat iam diuino delectu ad ministerij cuiusuis excellentiam ita comparata, ut duabus mundi primariis partibus sat esse crederetur, alteri quidem Christianis studiis reformanda; alteri vera Christi fide ac moribus informanda, adeo certum est hominum vires non numero, sed virtute constare, & corroboratos aeterno spiritu vel unum Samsonem aut Dauidem pro decem millibus computandos. Fuit planè huius tam excelsæ stature Xauerius, ex primis nouem Ignatij sociis in admirationem etiam ethnicorum diuinitus electus, cui præconium Euangelicæ veritatis, ex legibus populis, vixque de homine quicquam tenentibus creditum; cui prope continua, per terrarum, marisque infesta & inuia, peregrinatio; cui arduosus inter aduersa perpetua labor; linguarum facultas diuersarum; potestas patrandi miracula; excellentia virtutis absolutissimæ, hominumque ad Deum conuersiones infinita cognomentum Apostoli, communi iam tum voce mortalium fecerunt, quod ipsi postmodum supremi oraculi Pontificia auctoritas confirmavit. Hic Societatem in Orientales plagas induxit*

*primus*

*primus  
sere ve  
tum ex*



## ADITVS OPERIS.

*primus, iterque signavit posteris qui eius deinceps presere vestigia, non tam iter monstrantis, quam pone virtutum exemplo trahentis tanto muneri debitarum.*



*Facil*

devote illi  
ibus, Bra-  
m pro aui-  
a laziene  
mana Ec-  
oris, cum  
s in pace  
ad marty-

isum Deo  
s robuste  
etsi tan-  
Patrum  
post re-  
am divi-  
e compa-  
esse cre-  
rmanda;  
adeo cer-  
constare,  
aut Da-  
ne huius  
m Igna-  
diuinitus  
exlegi-  
ibus cre-  
nifesta &  
a perpe-  
stas pa-  
, homi-  
Aposto-  
, quod  
as con-  
induxit  
primus

---

*Facultas R. P. Prouincialis.*

**I**OANNES PLATIERE Prouincialis Societatis IESV,  
in Prouincia Lugdunensi, iuxta facultates ei-  
dem Societati à Christianissimis Regibus Hen-  
rico III. 10. Martij 1583. Henrico IV. 20. No-  
uembris 1608. Ludouico XIII. 14. Februarij 1611.  
& Ludouico XIV. 23. Decembris 1650. permit-  
tit Adamo Demen Bibliopolæ Lugdunensi, ty-  
pis mandare ac diuendere librum cui titulus est  
*De Vita & gestis Sancti Francisci Xauerij Indiarum  
Apostoli, è Societate IESV libri quatuor*, ex Italico  
R. P. Danielis Bartoli eiusdem Societatis Romæ  
Edito, Latinè redditi à R. P. Ludouico Ianin  
ex eadem Societate, in decem annos proximos.  
Datum Lugduni die 18. Decembris. 1665.

IOANNES PLATIERE.

DE



S.

IESV,  
s ci-  
-Ien-  
No-  
611.  
mit-  
ty-  
s est  
arum  
alico  
oma  
anin  
mos.

R E.

D E



S. FRANCISCVS. XAVERIVS.

*Spirinx sculp.*





S. E.

1.



Nauarra  
mum, p  
familia h  
stirpe no  
Maria A  
famiijis  
gloriosu  
lis est  
lucem v  
ctum ce  
deinde  
tanto n  
excipien  
destinab  
que adu  
animi n  
succesfil



DE VITA ET GESTIS  
 S. FRANCISCI XAVERII  
 ANDORVM APOSTOLI  
 è Societate IESV,  
 LIBER PRIMVS.



R T V M duxit legitimâ serie, ab Regibus Navarrae Franciscus Xaverius; hos illi atavos assignant vetera eius familiae monumenta, & iuridicè testatur Antonius Zapata Cardinalis; patria illi Xaverium, leucas ferè sex Pampelona distans, in Pyrenæorum radicibus, quâ Navarra Hispaniam spectat. Hoc majorum ipsius meritis repensum præmium, per continuos toparchas ab annis iam inde trecentis, materna familia hæreditarium tenuit: Xaverij pater Ioannes Iassus, dignitate, & stirpe nobilis; Regi suo, Ioanni tertio, ab consiliis, & percarus; mater Maria Aspilqueta Xaveria, duplici appellatione, ex illustrissimis regni familijs duabus traducta. Quòd autem Xaveriana, in matre desinebat, ne gloriosum tot sæculis cognomen cum ea moretetur, liberorum nonnullis est additum; quorum minimus natus Xaverius noster anno 1497. in lucem venit, paternum Iassi cognomentum alij tenuere. Hunc diuino lectum consilio ad inferendam in orbem alterum Christi fidem (in quem deinde iussu Pontificis ab S. Ignatio missus est) sapientissimus artifex tanto muneri aprauit, & materno vsque ab utero corpus, & animum, excipiendis venturæ gratiæ satibus sic attemperavit, vt Apostolico cui destinabatur ministerio par esset. Indolem in seuit moderatissimam, sui-que aduersus perturbationes apprimè compotem; ad hæc magnitudinem animi nobilis, & erecti; spiritus generosos, & in quauis ardua secundis successibus ituros, quos amabilis comitas, ab omni furo aliena, sic adu-  
 A tibus

I.

Xaverij ortus,  
 educatio, in-  
 doles, studia  
 litterarum.

2 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

tibus commendabat, ut facili nexu statim illos sibi obstringeret, dumtaxat ea lege, nequid minus honestum eorum amicitiam oleret (cellarum est metium suo quodam instinctu ab ijs abhorrere, quae spirant aliquid minus castum) hinc ille pudoris illibati candor purissimus quem à cunabulis, ad usque supremum spiritum, sincerum seruauit. fuit demum prouidentiae singularis, quod, alioqui animoso inesset vehemens ad scientias impetus, cum maiorum exemplo rapi fratres ad arma cerneret. Prima parentum institutione, vereri Deum pra omnibus, Dei offensam odisse pra omnibus didicit, ex quo factum ut inde ab teneris (ita disertè Pontifices) coram Deo perfectè ambularet, adultum parentes, velificati ipsius genio, & spebus rei domesticæ, quas iam tum optimas de se dabat, Parisios mittunt, ubi tunc Europæ totius celeberrimum ad literas omnes emporium: illic post felicem studiorum decursum, Doctoris Philosophi lauream Martij 15. tulit, anno 1530. Exin facta nobilitatis suæ fide legitima, Philosophiae Magister creatus, illam publicè docuit.

2  
Conuersio, ar-  
dor, vita X-  
uerij ante In-  
dicam missio-  
em.

2. Sed enim longè excellentiora Xauerio suo parabat Deus, quàm ipse tunc, atque ipsius parens; & priuatas iuuenum rationes, vndique regnorum, Parisiensem scholam petentium, in eum delectum, iam tum tacite dispensabat quem erat illic ad Societatem conscribendam facturus Ignatius; qui & ipse tunc ab aduersantibus Hispania pulsus, sedem conficiendis studiis quietam captarat Parisiis. Huic vero nec breui, nec paruo Xauerius stetit; cuius, & Fabri contubernio in Collegio S. Barbaræ utebatur, (agitque Deo Faber suo quodam diário, contubernij huius immensas gratias;) illa Ignatij, humilis species, neglectus sui, obsoleta vestis, mendicatus in diem ostiatim victus, ille pra cæteris, honorum, famæque contemptus, ab eo validè alienabant Xauerium, vni tunc inani gloriolæ inhiantem; huic Ignatius fermè pro stolido, angusti pectoris, & vilis animæ, erat despectui, & ioco; dicebatque in eum dicta non dissimulanter, velut idoneum quem falsè luderet. Quod imperturbata patientiâ eludens Ignatius, hæc in se iacta dicteria & sarcasmos, pro iactantis salute repræsentabat quidem Deo, sed eius interim animum valida interdum impressione quatiebat, ea vi verborum, ac desiderij, qua tantam indolem, tantique ad Dei gloriam momenti, ardebat Deo subiugare; certus nimirum, si semel in eam penetraret radius tenuis aternæ lucis, perspecturam temporaria decora quæ tantopere deperibat, quàm nihili essent pra mansuris, quorum ipsi pretium ignoratio deterebat. Nec diu pependit aggressionis crebræ secundus exitus; iteratis illi ex Euangelio, ineluctabilis Veri Bonique effatis, fusaque pro illo apud Deum, copia lacrimatum, expugnauit tantam illam mentem sæcularibus stipendiis celsiorem, sibi que Xauerium in Crucis Philosophia, quam prius ignotans spreuerat, non modo conciliauit discipulum, sed sequacem & imitorem, iisdemque consiliis excolendæ Christo Palæstinæ, sudores, & sanguinem daturum.

3. Quare

3. Quare  
se exsolu  
fui met  
contentu  
in nostris  
Deo siste  
mancipa  
suspensa  
cultu nu  
colliganc  
alium m  
euasit D  
riæ ratio  
ratis om  
tenu cor  
tatis, Ca  
aut si no  
ad omne  
ret: hæc  
rum edit  
fuit 153  
petunt,  
urbibus  
rocinia p  
nempe it  
niue obs  
quod  
immitis,  
arctus c  
tuguriis  
ni secess  
dorque i  
patientia  
4. No  
ctus, qu  
statu se  
luere sta  
cessa m  
vehemen  
tionem c  
Deus ad  
funiculo  
netiis in  
lenta &

Liber Primus.

3

3. Quare ut primum à Philosophicis quas profitebatur prælectionibus se exsoluit, sub Ignatij disciplina spiritum meditando exercuit, eo statim suimet odio, ut quatrimum solidum, ieiunus planè transigeret, vno illo contentus animi pabulo, quod diu noctuque cœlitus hauriebat. Ac lego in nostris veteribus tabulis, prima illa Exercitia cum obiret, solitum se Deo sistere, arctè manus pedesque colligatum; se vellet se totum Deo mancipare, libertatemque omnem in posterum ex eius nutibus habere suspensam; siue pro illo impudenti agnosci, & ingrato seruo qui absque cultu nuptiali, conuiuium regium irrupisset, essetque propterea merito colligandus, & in exteriores tenebras mittendus: hinc demum totus in alium mutatus, & hæc, quibus hærebat, infima perosus, in hominem euasit Deo plenum, vnâque deinceps perpetuò anhelantem diuinæ gloriæ rationes. Quinque iam sibi ex Academia iuuenes Ignatius legerat, raris omnes ingenij dotibus; & vnus secum sententiæ; communi contentu conuenerant de consecranda Deo vita omni, nuncupatione Paupertatis, Castimonie, & Euangelij apud infideles, in Palaestina prædicandi; aut si non pateret anno toto ad eam aditus, sistendi se summo Pontifici, ad omne illius imperium quocumque gentium, in Dei obsequium mitteret: hæc uti aliàs enarraui prope Parisios ad S. Mariæ in monte Martyrum edita, Xauerio annum iam septimum supra trigessimum agente, qui fuit 1534. Inde trium accessu sociorum aucti, anno exeunte Venetias petunt, vbi eos aliquanto pridem opperiebatur Ignatius: Illic aliisque in vrbibus ea fuit Xauerio videndi ratio & agendi, quæ hominem decuit tyrocinia ponentem Apostolici famulatus, quamprimum in Indian obeundi; nempe itinera, & longa, & media hieme, semperque pedestria per montes niue obstructos, inter infestos exercitus, hæretico in solo, vnoque viatico quod esset Deus mendicanti, benignè prouisurus. Accedebat suimet immitis, & sæua tractatio; ac nisi fuisset miraculo vetitum etiam lethalis; arctus corrogatusque panis; tunica vilis & lacera; noctes desertis vel in tuguriis, vel sub dio; solitarij cum Deo, velut extra mundum, & diuturni secessus; heroiæ in crebra, & ardua sui expugnatione victoria; ardorque interea inexpletus quarendarum Deo animarum, & vexationum patientissima, assiduaque perperio.

4. Notum illud dum Venetias pergeret insigne factum; serupulo ductus, quod olim plusculum, bene habiti corporis agilitate delectatus, statu se aliis iuueniliter prætulisset, hanc Deo qualemcumque culpam luere statuit; crura, & brachia, implexa funiculis sic adstringit, ut incessa motuque corporis, ruptis carnibus in nervos descenderent; ipse vehementia doloris animo linqueretur; Chirurgus arti suæ diffusus, curationem cæci, & insanabilis mali desperaret. Sed hanc Medicus clemens Deus adhibuit, noctis vnus spatio, rescissus sponte, carnibus exemit funiculos, & miraculo duplici altè ab iis impressa vlcera, glutinauit. Venetiis in Nosocomio, quod Incurabilem dicitur, dum illa tractat purulenta & graueolentia semicadavera, refugam persensit ab eo aspectu;

3  
Exercitia  
obit, & quæ  
modo.

4  
Vita periculosa  
domandi sui  
ardore incur-  
sum, miraculo  
evadit.

4 *Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

Saniem vlc-  
rum ex fugit.

Dies solus  
qua lraginta  
orando transi-  
git.

S. Hieronymi  
conspetu sa-  
natur.

5  
Xaverij ad  
apostolatam  
Indorum,  
el: catio.

fœtore, tactuque nauseam; at ille hanc forti caritatis violentia vlciturus, admouit vlceri quod curabat informi ac tabido labra, duxitque sæpius ex eo lambendo saniem, vt sensus sui delicatioris fastidia frangeret. Montifilicis in oppido, Parauij vicino, dies transegit quadraginta, in sola eremo, cum Deo tantum secumque habitans, nisi quantulum exire quotidie cogebatur, ad corrogandum panis quo aleretur frustum. Vicentiæ lapsis sub asperitatum, & laboris pondere viribus agrotauit, & ex Nosocomij egestate, eodem exceptus cum agrotante simul, paupere lectulo, curationem morbi haud aliam habuit, præter S. Hieronymi conspectum, qui se illi spectandum præbuit, & longè grauiorum, quas esset passurus ætumnarum, promissione recreauit. Bononiæ licet quartana iactatus pertinaci, alienæ nihilo secius incumbibat saluti quam sanus; nihilo minori molestia quam agrotus, concionibus, directioni animarum, consiliis, confessionibus diu noctuque audiendis. Romam denique vsque aded defectus corpore peruenit, vt ne leui quidem deinceps operæ, rat vnquam futurus putaretur; sed palam mox fecit, quanto vigore mens imperitaret affecto corpori, velut enim clamore animarum egentium excitus, ad S. Laurentij in Damaso, S. Ludouici Gallorum, locisque aliis ad populum dixit, eo labore ac prouentu, vt ex itinere Indico ad socios scribens, dulcem eorum memoriam gestiret refricare. Romæ verdum agit, & in obtinenda Ignatij ab Christi Vicario Societatis confirmatione strenuè incumbit, adfuit præfixi cœlitus momentum temporis, quo ad apostolarum Indorum accitus est, rem vti se habuit hic pono.

5. Dum arma Ioannis III. Lusitaniæ Regis fortunat Deus; & noua quotidie gloria, & ditionibus illum auget; novos quoque illi quotidie, grati animi subdebat stimulos, eò piissimum Principem sollicitabat vnice ardens cura, non minus strenuos verbi Dei præcones, quam maris peritos, classium nauarchos, & belli Duces egregios parandi, vt quicquid armis & nauibus quæsisset, Ecclesiæ finibus adderetur. Quod eius cœleste studium transmittendarum ad hoc in Asiam nauium, illius maioribus diuinitus insitum, diuina quoque bonitas promouit, cum ingenti laude fortitudinis Lusitanæ. Regebat Parisiis Gouea Lusitanus, S. Barbaræ Collegium, in quo Ignatius, Xaverius, alique illorum socij dabant scientiis operam. Erant horum, tum virtus egregia, tum quærendarum industria, vigorque animarum Goueæ exploratissima, diuque spectata. Contigit itaque, Deo fortuitis in speciem casibus, nostra hæc infima in fines altissimos, nobis inficis digerente, vt hic suo ab Rege destinaretur ad Paulum III. essetque tunc Romæ, cum deposita spe petendæ Palæstinæ, Pontificis pedibus se cum sociis Ignatius sistebat, deuouebatque illi suam, & illorum operam, in quosuis labores, pro Ecclesia subeundos. Visum hic Goueæ, Regis sui votis fauere cœlum, monet ab se repertos, qui essent iis idonei, sibi pridem notos, pridemque perspectos; planè homines Dei, eiusque vnus rationibus addictos, pauperes, contemptores sui, laboris inexhausti, peculiari voto, conuerrendis ad Christum infidelibus obliga-

tos,

itos; m  
sed pat  
ret inu  
nueret.  
tunc R  
Ignatio  
mum d  
nens,  
suas, q  
Incia, q  
cis man  
esse par  
Ignatio  
ranti m  
ricio, &  
magno  
aliud vi  
ricio ad  
quàm s  
aduersu  
alens d  
huius a  
ambire  
vt hum  
aliis du  
rat: exec  
exiret,  
primum  
hunc ef  
deat, si  
ricus na  
vt Rom  
quam er  
gente p  
perat. I  
tendit Ig  
tunc ag  
ad Indos  
spectu D  
tutū nuti  
defero,  
quem ab  
mittam,  
tantoper



*Liber Primus.*

5

tos; multis, atque immanibus probatos conflictationum molestiis, sed patientiæ insuperabilis, & in ardua quæuis, animarum bono audenter inuasuros; demum Indiis natos, eoque mox aduolaturos si Rex innumeret. Nec ut innumeret, pluribus opus fuit, Mascaregnam suam tunc Romæ legatum, per literas iubet de iis cum summo Pontifice, & Ignatio agere, secumque in reditu, qui proximè instabat, sex minimum ducere. Quod ante Ignatio Mascaregnas quàm Pontifici exponens, animaduertit Dei seruum haud paulo latius exsporrigeret curas suas, quàm in aliquam solum mundi partem; nam si ex decem sex ferat India, quid, inquit, residuū orbi reliquo fiat: se tamen cum suis in Pontificis manu esse, quanquam paruo, quo adhuc constabant, ex numero, duos esse partem non minimam quod & Pontifici placuit, & duorum delectum Ignatio permisit; At is consulto, de more, Deo; libratique hinc diu tanti ministerij momentis, suorum hinc ad illud opibus, in Simone Roderico, & Nicolao Bobadilla tandem acquieuit, strenuissimo utroque, & magno muneri non impares spiritus agitante, nisi diuino prospectui longè aliud visum, aliudque decretum; neuter enim Europa excessit. Sed Roderico ad Societatem in Lusitania fundandam, Deus fructuosius usus est, quàm si per se solus Indos coluisset; Bobadilla vero ad fidem Germaniæ aduersus Lutherum sustentandam. Interea rerum Xauerius longa dudum alens desideria tanti boni, sibi que quodammodo à Deo promissi, nulla huius ardoris prodebat indicia, nedum ut eam prouinciam verbo vllò ambitet, sed humilitate se sua inuoluens excelsores esse cogitabat, quàm ut humi stratus ad eam deberet adspirare multoque iustius, & sapientius aliis duobus censebat concreditam, at qui vnum ad eam Xauerium legerat: exequendi ordinem tam aptè contexuit, ut quod inde Deo prouidente exiret, coactæ prudentiæ necessitate factum videretur. Quod enim à vero primum Ignatius aberraret, arcanum fuit Dei consilium, ut esset clarior hunc esse delectum ad Apostolatam qui cum Dei solius ex suffragio pendat, sibi quoque illum peragendum seruasset. Reuocatus Serni, Rodericus nauim illico in Lusitaniam conscendit; redux Neapoli Bobadilla, ut Romam attigit statim ex morbo decubuit, qui Deo potius dirigente, quam errante natura conscitus, ægre sperabatur tempori desiturus, urgente propediem Mascaregnæ discessu, qui Bobadillam ducendum susceperat. In eas coactus angustias nouo mentis instinctu, delectui nouo intendit Ignatius, quem in Xauerio firmavit; eo ad lectulum accito, in quo tunc ægrotus iacebat. Tua est Francisco, non Bobadillæ fors, expeditio ad Indos; hanc tibi iudicia addicunt nostris meliora, qui tam longo prospectu Dei consilium assequi non valemus; hanc equidem Pontifex cuius tui nutibustua deuouisti obsequia, virtuti tuæ credit; ego eius nomine defero; sed illam perinde tu occupa ut si perse Deus ipsemet committat, quem ab oriente videre videor inuentem, mihi quidem ut illuc te mittam, tibi vero ut alacriter eò pergas. Ita eius tamdiu Venetiis frustra tantopere expectati ad barbaros traiectus, en! Romæ sis compos, nec

A ; iam

6 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

iam (qua vna nostri tunc ambitus claudebantur) Palæstinam, sed totas Indias, & orbis vnus integros populos sortiris, hæc tibi latifundia colenda Deus locat; hunc tuis sudoribus commendat agrum, vel hinc cerne quàm carus illi sis, cum sui honoris, ac nominis primarios titulos tuæ fidei credat, hoc est numerum animarum innumerabilem, quarum te saluti, prius omni æuo designatum, singulari nunc modo addicit, & mancipat. Sic tuum idem secundet iter & fecundet labores; ac dum sui præconem Euangelij te facit, & spargendæ in illos populos suæ distributorem opulentissimæ gratiæ, intus semper tuo cordi adfit, tantoque illud caritatis incendat igne vt totus illius ignibus & decinerascat orbis nouus, & huc eius etiam pertingat splendor, tuisque in literis progressus operæ discamus, expectatione dignos quam sustines: nos te, vt tui noster amor iubet, ponè animis consequemur; comitabimur votis, & precibus, nec te vsquam tam procul terræ aut marià à nobis diuident, quin nos apud Deum semper tibi proximos videas, teque illic vicissim præsentem simus habituri.

Ad hæc, affectus tot ac tam variij subito Xaverij animum miscere, penè vt omnis hæreret responsio, oculis tamen quam voce vberius, suam liberaliter operam, ac vitam ad salutem Indorum detulit; iturum vltro, & magna voluntate, in ærumnas, pericula, & perpeffiones, nec Apostolico muneri quocumque accerferet, sudores, & sanguinem negaturum, aut parcè impensurum. Mirari deinde maiorem in modum cardiagnostæ, & inspectori Deo cum nihil in se potuisset tantis dignum, & aptum gerendis occurrere; se tamen haud secus ab eo eligi, ac si rerum molem suis ipse viribus æquaret, & pondus Gigantis pumili humeris imponi. Verum hæc sui tam modesta, demissaque verecundia nequaquam obstitit, quo minus diu desideratæ, & efflagitatæ crucis Indicæ compos incipiens fieri, magnis incesset lætitiis, & eo quidem liquidioribus, quo in ea sibi deferèda, explicari cernebat obscura ænigmata promissionum occultarum quibus ad cruces ærumnosas in Dei gloriam tollendas & curandam salutem barbarorum admonebatur in procinctu stare.

6. Dormienti enim frequens incurrerat imago Indi, nigrore Æthiopsis, quem sibi per somnum videbatur in ceruices sublatum, tractu itineris bene longo portare, sed tam graui pondere prementem, vt eius sub mole fatisceret, erumperetque anhelans in voces, & gemitus, quibus excitabatur Lainius, contubernalis illi assiduus dum his fatigaretur somniis; à quo vicissim excitatus, causamque rogatus querularum vocum, narrabat somnij speciem, addebatque se iam expergefatum perinde sudore diffluere, & lassitudine afflictum iacere, vt si vigilantis fuisset labor, non laboriosa imago obiecta dormienti. Aliàs (incertum an vigili) representauit illi Deus ærumnarum figuras mille, grandi fasce collectas, vt eas caro complexu stringeret: longinqua nimirum, per montes, & inuia, & syluas, & gentes ignotas itinera; vastitatem enauigandam Oceani, faciendaque illic naufragia; barbarorum

insu.

6  
Præfagia In-  
dici eius spo-  
ditolatus.

insult  
sione  
ab in  
gora  
discr  
inger  
dis I  
nere  
que  
dom  
deri  
exp  
ad In  
tui a  
hoc  
fessu  
rum  
Apo  
mo  
bat  
qui  
fed  
tem  
tum  
bus  
Reg  
nem  
can  
rifi  
ras,  
salu  
tren  
cur  
eni  
nis  
stol  
arg  
tur.  
auf  
sum  
Eus  
com  
stru  
reba

insultus, atque insidias; telorum saxorumque imbres; venena; commif-  
 siones cum idololatriis, superstitionem suam disputatione tuentibus; &  
 ab ipsis quoque Christianis vexationes sæuissimas; præter æstus, & fri-  
 gora, infesti alienique cœli; famem, sitim, vigiliis, nuditatem, & vitæ  
 discrimen vbiq̃ perpetuum. Fuitque hæc densa consita crucibus sylua  
 ingens, quam deinde perruptam subegit annos decem, quos in excolen-  
 dis Indiis posuit: ad cuius aspectum, tantum abest vt exterreretur, ge-  
 nerosa illa, quam nec maria extinguunt caritas; vt potius in vota preces-  
 que exiliret, grauiora deposcens, iteraretque Deo identidem, adde his  
 domine, adde plura, quod eum audiuit aliquando clamantem Simon Ro-  
 dericus dum vnâ Romæ nosocomio inferuirent; haud tamen vnquam,  
 expiscari ex ipso valuit clamoris eius causam, donec Vlyssipone. Nauim  
 ad Indos conscensurus vale vltimum diceret remanenti, tunc pignus mu-  
 tui amoris, & precum tesseram quas tot in aduersis ab eo expectabat,  
 hoc illi arcanum, & quoddam aliud (de quo nos postea) disertè pro-  
 fessus est: hinc ille tam creber Xauerio sermo de conuersione ethnico-  
 rum, & miserabili Orientis orbis destitutione, vbi campus esset multis  
 Apostolis fingendis idoneus, si quos salus animarum æterna, quam com-  
 moditatis priuata stimulus acrius incitaret. Quæ ille cum diceret, arde-  
 bat in ore, animi sancta fax, & discindi pectus videbatur. Sic enim retulit  
 qui eum audierat Hieronymus Domeneus, itunc quidem amicissimus viro  
 sed nondum è Societate. Nec solum hoc fuit lecti diuinitus, ad Orien-  
 tem Christo subiugandum, Xauerij omen. Ex eo iam tempore significa-  
 tum fuerat, cum ipse alia omnia volueret, ab his tam excelsis cogitationi-  
 bus aliena. Sororem Gandiæ habuit in Parthenone S. Claræ antistitam,  
 Reginæ quondam Hispaniæ honorariam, raræ tunc sanctimonix virgi-  
 nem, & futuri prædictionibus insignem. Hæc patrem audiens de reuo-  
 cando domum Xauerio cogitare, quod magnis sumptibus, egisset Pa-  
 risiis diutius, quàm res domestica pateretur, dedit ad eum ardentes lite-  
 ras, quibus futuri conscia, monebat, si quo diuinæ gloriæ, hominumque  
 salutis desiderio tangeretur, etiam atque etiam caueret, ne prius fra-  
 trem amoueret ab studiis Parisiensibus quàm peregisset Theologiæ suæ  
 cursum, etsi omnem vnus rem familiarem in iis esset exhausturus: hunc  
 enim, aiebat, Deus sibi signauit Apostolum ad imbuendum cultu sui nomi-  
 nis Orbem nouum, & incrementis Ecclesiæ adiungendum. Quam eius epi-  
 stolam ab se lectam testatur Ioannes Osorius, fuisseque tum nouo illius  
 argumento, tum scribentis honori delatum, vt in familiæ abaco serua-  
 tur. Demùm haud putem negligendum, velut casu magis, quàm Deo  
 auspice (ex quo temporum ortus, & spatia decurrunt) comrade prou-  
 sum, vt eo anno in hanc lucem veniret Xauerius, quo Vascus Gama ex  
 Europa soluit ad inuestigandos, explorandosque Indos, hoc est 1497. ita  
 concurrente vnus discessu in nouum orbem, cum alterius in hunc no-  
 strum ingressu, vt dum Vascus Gama adducendos ad Christum qua-  
 rebat populos, Deus à quo adducerentur, pararet Apostolum.

Rade

8 *De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,*

7  
Eius ad pro-  
fectionem in-  
dicam appar-  
ratus.

7. Rodericus cum Paulo Camerte, haud pridem sociis adiuncto Roma Martij 5. discesserat anno 1540. iamque nauis oneraria in Lusitaniam ex ciuitate veteri soluerat (quod quartana vexatus, terra comes esse legato non valeret) marique vsus est tam prono, vt ad Tagi fauces intra octiduum anchoras miserit: inde peruectus Setuuallem, exscensione facta Palmam deducitur, legati mandato, cuius ditionis erat id oppidum, vt salubritate summa eius coeli, viribus refocillaretur. Sed breui ab Rege singulari beneuolentia vocatus, Vlyssiponem 17. Aprilis attigit. Quod hic à me notari nonnulla compulit ratio, de qua modo non sit operæ pretium: fusius agere, hoc enim in fronte bibliorum suopte Chirographo consignauit, quem librum ab eo acceptum, cum secum in Indiam, post annos aliquot Antonius Quadrosius tulisset, non ita pridem P. Alexander Rhodius, nobis retulit in Europam. At vero Xauerius, Martij quoque sexto & decimo, Roma cum legato discessit, fuitque totus itineris tanti apparatus, diei vnus, in plagis attritæ tunicæ sarcindis, in carotum salutatione ac præcipuè in quærenda Pauli III. Pontificia Benedictione qua illum Pontifex dum amplissima impertit, prius hortatus est verbis grauissimis, vt induceret animos tam sublimi dignos Prouincia, nec tenuitati suæ, tantum diffideret, quasi tantis ausibus impari quin multo maiori erigeretur eius fiducia cuius obsequio illam suscepisset; haudquaquam dubius quibus maiora humanis committit, eos vna idoneis ad ea viribus dotibusque ornare; nec illum nostris egeret subsidiis, qui piscautores vocans, hoc ipso creat Apostolos; mundi magistris ex rudibus efficit; ex pauperibus, Ecclesiæ principes, & sub lutulentis eorum pedibus, sapientum, regumque capita, omnemque tumentis seculi superbiam incuruat. Meminisset vero, magna se rerum manere discrimina: nisi enim magnis, & decumanis periculis, præclaros exitus grandia non habere; nec Apostolorum meritum, ac nomen quæri, nisi vestigiis iisdem quæ suæ virtutis hæredibus premenda signassent, vitæ scilicet perpetuo morientis. Ad calcandas. S. Thomæ vias se mitti cogitaret, primi barbariæ Indiciæ domitoris, eiusque tunc Christianitatis, adeò pridem afflictæ ac perditæ parentis. Tanti præcessoris conciperet spiritus, ac si foret cœpto tam nobili fundendus sanguis: nullum mortis genus Apostolo dignius: Deo tandem animarum causa corporato, & Ecclesiæ votis vnâ earum salutem poscentibus nihil posse conuersionibus illarum pretiosius venire. Quàm igitur grati vtriusque obsequij nomen? quanta meriti merces? quale præmium excellentissimi laboris? quem certò ab illo ipso expectabat, fortunarique illi à Deo tam enixè poscebat quantum & desiderijs, & spebus iam tum præcipiebat fore maxime fructuosum. Huic Pontificis velut Dei, eius ore loquentis, adhortationi sic respondit vt virum decuit quàm abiectissimè tum de se sentientem, tum subiturum in omnes casus intrepide qua pietate Christi Vicarium intimè affecit, erexitque in nouas expectationes quæ toto deinceps nouennio ex Xauerij laboribus etiam supra spem exiere. Ergo illi ad iter, operæque susceptæ fausta  
omnia

omnia p  
lociorum  
sui des  
mam ad  
Lainij  
posito se  
[Quan  
cum Igr  
Eligi ab  
vetuisse  
Obedie  
omnem  
Societa  
8. Ro  
cumque  
interpo  
quam A  
tenuit,  
lectilen  
stris, e  
nam si  
tùm ali  
cie, bo  
præsto  
laboran  
in disc  
frequen  
etiam p  
vel nu  
postter  
commo  
exsolue  
turum  
constan  
ribus o  
à quo  
locorum  
mum,  
menti  
cogita  
quibus  
fici e  
& ama  
affabil

omnia precatus, ab se illum quàm humanissimè dimisit. Ille post muruos-  
 sociorum amplexus, quibus haud minorem beatæ sortis inuidiam, quàm  
 sui desiderium relinquebat; postque amantissimi parentis Ignatij postre-  
 mam adprecationem, statim profectus est, sed tradito prius, in manus  
 Lainij quod asseruatur apud nos hactenus, suæ de futuro Generali Præ-  
 posito sententiæ, & constitutionibus conceptæ in hanc formã autographo.  
 [ Quantum ad se spectabat, probari sibi Constitutiones & regulas quas  
 cum Ignatio Socij stabilirent, pollicerique sanctè illarum obseruationem:  
 Eligi ab se in Societatis Præpositum P. Ignatium, & si quid humanitùs  
 vetuisset, Petrum Fabrum: Tria se Deo, Paupertatis, Castitatis, &  
 Obedientiæ religiosa vota in Societate Iesu nuncupare, vim suam tunc  
 omnem habitura, cum primum suprema auctoritas Religionis formam  
 Societati induisset. ] Quod sexto post mense confectum est.

8. Roma V. lissiponem terrestri itinere mense tertio attingit, virtutis quàm  
 cumque transisset, clara vestigia imprimens, secum præter se nihil tulit;  
 interpolata qua tegebatur tunica, & presso sub axilla Breuiario diues;  
 quam Apostolicæ paupertatis constantiam, etiam apud Indos perpetuam  
 tenuit, nisi cum inter Ethnicos cogebatur sacram ad celebrandum supel-  
 lectilem circumferre. Sibi quidem ad iter, uti & cæteri, ab Legati mini-  
 stris, equum habuit singularem; sed eum fecit omnibus communem,  
 nam si cui peior obtigerat, huic de suo meliori gratificabatur, gaudens  
 tum alios commodè equitare, tum ipse pedes ire, & variandi itineris spe-  
 cie, bonam partem diei pedes incedere. Iam in hospitij vnus omnibus  
 præsto esse, etiam famulis, quorum aut dormientium obibat vices; aut  
 laborantium ministeria iuuabat. Equos stabulo, pabulo, in aditu curare;  
 in discessu parare ac sternere; si cui comitum (quod magno in numero  
 frequens) in diuersorio locus venisset incommodus, virgere etiam atque  
 etiam precibus, ut sibi daro succederet; ipse vel reiectio in lecto somnũ,  
 vel nuda in humo capere. Erat verò is paucarum horarum, omniumque  
 postremus decumbere solitus, primus omnium euigilare ac surgere, ad  
 commodandam famulis operam; & precum statarum pretiosa pensa Deo  
 exsoluenda. Quod enim Romã discedens statuerat, nullum sibi diem abi-  
 turum cuius non certas cogitandis æternis horas impenderet, hoc lege  
 constanti, religiosè semper retinuit; tantetsi dempto quod dabat famula-  
 ribus operis, & breuissimæ quieti spatio; totus de cætero cum Deo esset  
 à quo nec illum defatigatio, nec strepitus comitum, nec importunitas  
 locorum auertebar, tanto in eum pondere ferebatur. Tunc autem potissi-  
 mum, cum peruagaretur animo Indias, raptusque in illas ardore vehe-  
 menti, quotidie millies earum salui immolabat sese. Ab hac tamen dulci  
 cogitationum imagine, ac sensu, distrahebant illum subinde comites,  
 quibus nullum erat ad mulcenda diuturni itineris tædia leuamen, P. Fran-  
 cisci consuetudine, verbisque iucundius. Erat enim eius comitas mira,  
 & amabilitas, semperque alacris, & vna, nec sibi vnquam dissimilis:  
 affabilitas vero nullo discrimine aded facilis, ut si omnium foret conditio.

8

Eritis in Lusit.  
 humilitas, &  
 caritas.



10 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

feruus, natura germanus. Nihilo secius tam æquabiliter hæc moderabatur vt illa eius modestia, & perpes cum Deo familiaritas, tantum apud omnes conciliarent illi venerationis, quantum humanitas benevolentia. Iniciebatur itaque non rarò ab socijs de re quapiam grata sermo, ipseque in illum haud ægrè descendebat, vt ex obuio illo atque fortuito, sensim dissimulato gradu ad grauiora conscenderet, ipsasque medullas animæ subitura, vt erat ab Ignatio edoctus; promouebatque tam longè a cæpto colloquia, vt vespere demum dies solidi notarentur in diuinis traducti, sed audientium tam insigni ac præsentis bono, vt subsistere interdum furtim cogeret in casa quapiam viæ iuncta, ad excipiendam confessionem alicuius, conscientia lanienam ferre vterius non valentis, eaque obita comites consequi.

9  
Laureto,  
Bononia  
transitus.

& 9. Laureto dum transit, quid illic octiduo egerit; quid Bononia paulò post, cum Cardinali Bonifacio Ferrerio Inureensi Episcopo, ex eo gratius quàm ex me lector intelliget. Eius itaque litteras bona fide Latine referam, quod sum etiam deinceps vbi res tulerit facturum, vt hinc & certius historiae pondus, & legentibus pietas accedat. Ait igitur pridie Calendas Aprilis anno 1540. ad Ignatium Bononiâ scribens. [Vnas à te accipi litteras ipso Paschæ die, cum fasciculo ad Legatum, quanta id animi voluptate, solus mihi conscius est Deus: nunc postquam, nisi per litteras, vt puto, non sumus hinc inuicem denuò visuri, sed illic *facie ad faciem*, cum multis mutuisque complexibus, superest hoc breui quod viuimus, per litteras sæpius nobiscum versemur. Id quidem pro virili mea vt a te iussus sum præstabo, particulatim, & distinctè, vt fert epistolæ natura perscribens omnia. Cum Cardinali Inureensi, vt mandaueras, egi placidè valdeque per otium; accepit ille me perhumaniter, largèque detulit, quicquid foret in sua potestate: digredientem ab se bonus senex me suo complexu dignatus est, ego manum venerabundus osculo libaui, sed iam in medio congressu prouolutus in genua, illam Societatis nomine fueram osculatus: humanitatem Legati erga me nec possim assequi scribendo, nec scio quâ ferre valeam, nisi mihi certò præfagiat animus, luiturum me illam inter Indos haud minori pretio quàm vitâ. Dominica in Palmis in augustissimo Sacello virginis Lauretanæ, Sacra confessionis, & Eucharistia obiuit cum tota familia me sacris coram operante, quod octauo post die Christi resurgentis à nobis iteratum.] Porro quam memorat Cardinalis benevolentiam non ab eo solùm, sed ab vniuersa promeritus est Franciscus Bononia, exinde illi iam tum maximè addicta cum sanctis laboribus ex ea quæ fuerat, totam mutarat in aliam. Igitur vbi rescium est illac eum transire, ad visendum illum complures adiere, vtque commodius ad animi sui consolationem eius industria vti possent, ex hospitio Legati, eum ad se transtulit Canonicus Casalini, vbi concurrentium pietati cum esset dies angustior, negare noctes non poterat, audiendis contentibus, & impertiendis diuino epulo: proficiscentem ingenti numero, multis milliaribus deduxere, multis cum lacrimis, quod eius in  
perpetuum

perpet  
cioru  
bus no  
vsque  
glici S  
fuerun  
10. I  
tia fur  
ter, v  
deba  
furent  
interea  
stia.  
tempu  
tunc ed  
immiss  
mine c  
est ter  
non ob  
festim  
casus  
paucis  
niam  
ab eo  
auxiliu  
erat flu  
vel ten  
taturu  
forbet  
millia  
mare;  
tus, e  
colum  
fluente  
constit  
quæ in  
videtur  
virgul  
ad san  
quam  
diuini  
agi se  
Legati  
destia,

perpetuum conspectu orbari se cernerent, ac si eius arbitrio steterisset sociorum delectus quos secum in Indiam duceret, magnis hoc ab eo precibus nonnulli flagitabant. Longum sit referre cœtera quæ Vlissiponem vsque de illo habentur, & maiora in Indiis nos vocant; sed quædam negligi Scriptorum vetat iudicium qui posterorum memoriæ tradenda censuerunt.

10. Erat Legato metator hospitij homo ferus, & belluina excandescencia furere assuetus, is quandoque ab Domino negligentia perstrictus acriter, vbi se illius oculis subduxit, tam fœdè cœpit apud comites in illum debacchari, vt exuisse hominem videretur. Audiebat vir sanctus insanè furentem, & silentio animum premebat, ne igni oleum adderet, arrectus interea in occasionem quæ prima occurrisset reuocandæ ad mentem bestia. Die igitur insequenti cum detumuisset amentia impetus, obseruat tempus quo designaturus hospitia reliquorum aduentum præuertebat, tunc equo (quod nunquam antea) celeritatis validæ, ab vno comitū rogato, immixtis habenis ad illum præcipitat: patuitque euentu, præfago lumine cœlitus edoctum, necessitati extremæ succurrere. Assēcutus enim est tempori, præcurrentem; cum lapsus nimirum per abrupta, tantum non obtritus sub equi pondere iaceret ac generet. Hic verò defiliens confestim Xauerius, magno demum conatu subtraxit equo semiuiuum (qui casus allisu disruptus crepuerat); & suo ipsius in equo compositum, paucis, ad eò cordatè, sanctèque pupugit, vt ab comitibus offensionis veniam oraret quæ illorum aures scelerata lingua pridie violarat, aliusque ab eo qui fuerat deinceps viueret. Ad hæc Legati armigero non dispar auxilium, in pari animæ corporisque periculo attulit. Transmittendus erat fluuius vadi difficilis, atque ambigui; in hunc artis vel præfidentia, vel temeritate iuuenili, equum subiectis calcaribus inicit armiger prætenturus & præiturus vadum; paulum processerat cum inopino gurgite sorbetur, abripiturque citatissimo alueo cum equo, ad medium fere milliare. E ripa socij actum de illo rati; Deum magnis vocibus inclamare; flere Legatus cui erat carissimus; Xauerius secum, & cum Deo totus, eò ardentius instare precibus, quò præceps magis, sæuumque periculum: & gratas habuit preces Deus. Quem enim sui deque rapidissimo fluente, circumuolui cum equo penitus oportebat, semper in equo constitit iuuenis, exerto ex aquis capite, quod nec equestris egit peritia, quæ in illa consternatione prorsus vanuerat; nec vt ea maximè adesset, videtur agere potuisse; in terram denique appellens preheussis tenaciter virgultis euasit incolumis. Quo illum discrimine credibile est percussum ad sanationem potius animæ quàm exitium corporis, vt qui paulò priusquam Româ profisceretur, obstinasset animum aduersus acres & validos diuini spiritus impulsus quibus ad religiosum Ordinem vehementissimè agi se senserat. Hanc eius liberationem Legatus, dum Xauerij precibus; Legati lacrimis Xauerius tribuit, & christiana inter illos certatur modestia, accurrunt serui, & comites, siccatur, fouetur, restituitur, sed

FO  
Periclitantes  
corpore, &  
anima iuuas.

12 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

ab Xaverio maximè quàm potissimum opus erat. Dum enim recentis horror periculi, salubri monito hunc præstat docilem, ex eo seiscitatur in tam præsentis vitæ periculo, quid tandem animo versasset? at is ingenuè confessus est in procinctu illo sistendi se æterno tribunali, occurrissè mox animo viam Ordinis illius imaginem in quem fuerat nuper à Deo vocatus, & hoc sibi admissum tam crudeli morlu conscientiam exprobrasse, ut eius reddenda ratione, quàm ipsa morte discruciaretur violentius. Sub hæc de supino salutis neglectu, de atrocitate sempiterni supplicij sceleratis parati; eo animi sensu, ea verborum expressione loquebatur, ut modo ex inferis ignibus videretur, non ex fluuij aquis emeruisse. Fuit & alius in via casus Xaverio, argumentum beneficæ caritatis. In transgressu Alpium Legati Scriba, tantillum semita exiens præceps in barathrum corruit, quod niues altissimæ plano æquatum cælauerant, & deuoluebatur in subiectum torrentem mergendus aut comminuendus, nisi Deo volente ruina tandem substitisset. Sed loco hæserat tam pauendi accessus ut auderet nemo tentare aleam hominis inde retrahendi; vnus Xaverij generosum pectus, seu verius dixerim, mascula caritas, per calcatum periculum euadens, eò se dimisit, sategitque, tam vario, & industrio nisu, ut eum imprimis, se verò deinde in tutum seduceret. Quare hic vti & alij quorum memini, duo, mirè aduersus Xaverium grati, vitæ suæ parentem illum perpetuo dixerunt; ipse grato illorum animo, vni eorum bono perpetuo vsus est nempe ut efficeret meliores.

II  
In salutem  
dixerit pa-  
triam

II. Transmisso iam saltu Pyreneo cum eò ventum est, vnde castrum Xaverium propius aberat, expectabat Legatus eò excurrendi occasionem acciperet procliuem vtique, ac fere necessariam, ut postremo suorum reficeretur aspectu, & affatu; vel si minus suorum afficeretur necessitudine, matri saltem grandææ suprema verba, & fratribus diceret. Miratus verò, diuerticuli huius nullam ab eo fieri mentionem; non modo id illi suggestit, sed suasit etiam vehementer; tum quod ita prorsus fieri deberet; tum quod notam sibi duritiæ apud nobiles illos hæsuram cerneret, si post longinquitatem absentia illuc Xaverium deducens, vnde nunquam esset rediturus, ne obiter quidem illius copiam ijs fecisset. At qui sæculo valedicens nihil se illic præterea quod suum diceret, habere statuerat, induci non potuit, ut de via Apostolicæ missionis tantisper flecteret, aiens mutuos propinquorum complexus se illuc differre vbi non forent obiter dandi, & accipiendi, sed solidis gaudijs cumulati, cum hic & raptim iungerentur, & suo aliquo semper fastidio miscerentur. Iam quidem Mascaregnas, singulari, prudentia vir, & catus Xaverij obseruator, intimè illum perspexerat, & tam altè de illo sentiebat, ut ante suum in Lusitaniam aduentum curforem cum literis ad Regem præmitteret, quarum erat præcipuum argumentum Xaverij sanctitas, quem ipsius obsequijs in salute Indorum operam nauaturum, secum adducebat; de hominis innocentia, humilitate sancta, contemptu sui, rerumque caducarum scribebat

bebat  
suam  
12.  
focom  
spitui  
quo p  
dulci  
nullu  
excipi  
gatur  
de sa  
iam v  
flictu  
natio  
hinc a  
dumq  
lescen  
in cur  
comit  
propo  
nem,  
quide  
victur  
tu, iu  
nume  
doma  
egesta  
queta  
literis  
quod  
atque  
mo sa  
pleffet  
las dua  
ac den  
gelij s  
fuère:  
is men  
Ibi etia  
fenesce  
sentian  
lætos  
cio leg  
risterio



bebat ita magnificè vt eius expectatione, & desiderio Rex ipse aulam suam lætus recrearet.

12. Vlyssiponem Iunio exeunte peruenerat, statimque diuertit in Nosocomium omnium Sanctorum, vbi socij eius duo nauigio aduecti, hospitium sibi delegerant. Illic ergo Simonem Rodericum salutans, quo puncto temporis pertinacissimæ quartanæ accessionem opperiebatur, dulci caritatis miraculo persanauit, nam ab eo complexu in posterum nullum eius febris residuum sensit. Elapso triduo in aulam euocatur excipiturque ab Rege, & Regina Xauerius reuerenter vt sanctus; fatigatur ab ijs humanissimè rogitando, de recenti tunc Societatis instituto; de sæua præsertim tempestate, qua Romæ fuerat iactatus Ignatius, & iam vbique Prouinciæ perstrepebant; de prouidentia Numinis in eo conflictu admiranda, quæ Deo in gloriam atque in testimonium virtutis Ignatio vertisset, quod ab Hæreticis fuerat in eorum dedecus concinnatum, hinc ad visendos Principes filios ab iisdem perducti Ioannem & Mariam; dumque in anni proximi ver primum nauigatio Indica expectatur, adolescentes nobiles ad centum qui ad aulæ morem fingebantur, iussi suam in curam suscipere, christiana virtute, pietateque imbuendos. Post quæ comiter dimissi nosocomium repetunt, tam religioso ibidem hærendi proposito, vt neque in Aula, nec alibi vsquam, honorariam habitationem, à ministris regijs plurimum oblatam admiserint; ac ne sportulam quidem, regis mandato assignatam, statis enim horis quotidie ostiatim victum corrogabant; quanquam visum deinde horas illas maiori prouentu, iuuandis animis insumi oportere; crescente videlicet in dies eorum numero, qui opem ab ijs flagitabant; retinuère hinc tamen vt quot hebdomadis semel & iterum mendicantes prodirent, haud quidem leuandæ egestati, sed religiosæ demissioni exercendæ. Inter hæc Martinus Azpilqueta, cognomento Nauarrus primus Conimbricæ Professor, diuinis literis, & peritia Canonum celebris, de Xauerio audit sororis filio, quod fama vulgauerat: dat extemplo ad Regem supplices rogans etiam atque etiam ad paucos dies illum sibi Conimbricæ permitti, saltem ultimo salutandum; ac si eo vsque sibi eius copia fieret, dum sui muneris expleisset tempus, spondebat se tanti beneficij gratiæ repositurum Vrbi scholas duas nullo stipendio, alteram Theologiæ Mysticæ; Canonum alteram, ac demum post annos aliquot; futurum illi apud Indos prædicandi Euan-gelij socium; at enim pluris apud Regem Xauerij preces, quàm Nauarri fuère: nec his detentus est, nec missus Conimbricam: nam de illa quam is memorabat societate itineris Indici, ac laborum, sic ipsemet scribit, *Ibi etiam ipse vitam finissem, nisi ille quando Olyssipone discessit, me iam senescentem, laboribus animo conceptis imparem indicasset, scribens vt absentiam patienter ferrem in terris, presentiam sperans in caelis.* Quam porro lætos, & vberes quæstus, suo illo ardenti; & diuino animarum commercio legerent Xauerius, & Simon Rodericus, ex concionibus publicis, ministerio sacrorum, dissidentibus componendis, reuocandis ad mentem

I 2  
Vlyssipone  
gesta ab Xa-  
uerio

c. 24. h. 10.  
manual.

14 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

per Exercitia, etiam viris Illustribus, præter quotidianam curam commissi sibi sancti officij carceris; & nobilitatis, potissimum aulicæ, christianam instaurationem eos, inquam, fructus Apostolorum appellatio plus satis indicat, qua illos Regis, & populi consensus, nomenclatione decorabat, ornanturque illâ nunc etiam eorum posterî de Societate, esto supra modulum nostrum magnifica, sed tamen hæreditariâ. Quare magnam habebant apud omnes venerationem; noui se illis addebant socij eiusdem vitæ capti præstantia, ferebanturque omnia cursu tam prospero, vt gratulantibus cæteris minus oculatis, doleret identidem, & queretur Xauerius, probe gnarus, eximia quæque ad Dei gloriam suscepta, ipsis præsertim initiis solita ferociter concuti. Dum his strenuè adlaborant, aderat tempus itineri dictum, vocabat opportunum mare & naui instructa necessariò comœatu; Rex eorum virtute sic gaudebat, & mutata tam breui, aulæ, nobilium, & populi facie sic admirabatur, vt inducere animum non posset ad profectiorem eorum probandam, cense- retque nimium imprudenter exteras regiones regni sui vtilitatibus præferri; itaque re tota in Consilium adductâ, multis v trimque certatum est, urgente pro India maximè Infante Principe Henrico, sed in Regis mentem flexit denique Senatus, decretumque vt retinerentur in Lusitania, cuius decreti significatio illos grauissime perculit, cum iam moras dilati eo vsque discessus quàm molestissime tulissent, tunc verò eius spes præscindi cernerent, cum essent in nauem conscensuri. Consulunt ergo per literas, & in opem Ignatium poscunt: ille quod foret Deo gratissimum, certius cogniturus, ad Summum Pontificem negotium detulit, cui placuit Regis arbitrio vt starent in omnibus, siue illos in Lusitania, seu vellet in India manere. At qui Xauerium Indorum saluti donauerat, Ignatium mouit ad Mascaregnam vt scriberet, esse quidem illos qui missi fuerant, integrè in Regis potestate, si tamen ex se quid de illis sentiret interrogaretur, videri sibi nullo incommodo Xauerium Indis, Lusitanis posse Rodericum concedi; sic vtrobiq; factum iri satis: quod planè vt opinatus fuerat euenit, Deo, Regi consilium probante, quod ipse Ignatio afflarat. Diuini profectò beneficij fuit etiam erga Indos, vt Rodericus in Lusitania remaneret. Debet enim illi Societas magnam partem domorum illius Prouinciæ, Collegium præcipuè Conimbricense, famâ percelebre, ex quo postea delectu annuo deduci hodieque pergunt coloniæ alacres præstantium operariorum, copiosa messe, Christi horrea locupletantium.

13.  
Vlyssipone  
soluit in In-  
diam, diplo-  
mate quadru-  
plici Apostoli-  
cus Nuncius  
dicitur.

13. Ver primum aderat, & vela nauibus quamprimum facturis, acci- tur ab Rege Xauerius, moneturque de profectiõne, ac velut homini, san- ctitatis non modo perspectæ, verum etiam singulariter prudenti, ma- gno affectu, parique fiducia, Dei causa, Regniq; commendatur: com- missum vigilantia suæ sciret Lusitanorum arcès inspicere, lastrare præ- sidia, distinctè ad Regem sigillatimque perscribere, quæcumque fo- uendæ neophytorum pietati, & religioni inter ethnicos proferendæ vi- disse

disset con-  
nam iuxta  
quam pr  
ctantis,  
Breuia il  
hæc num  
ipsemet  
tium, &  
bus conf  
feruanda  
tium Da  
tum etia  
capite Bo  
finumqu  
tacenda  
lucinat  
quòd ob  
tunc Igr  
General  
obseruan  
laboriosa  
se in vtili  
Ignatius  
gendorum  
cognitor  
coram P  
Sanctoru  
rogatiua  
Suntque  
digna. [P  
gelio ha  
tum, cap  
mergeren  
rationali  
cum ex S  
Angliam  
niæ part  
Liouian  
stolici v  
Apostoli  
à Chono  
rius; ab  
colaus pr  
pitus secu

diffet conducere, illius se ardentibus studiis, & inuicto labori, Christianam iuxta, & barbaram Indiam credere, ipsamque adeo Æthiopiam, in quam propediem ingressus sperabatur. Atque ut foret Dei negotia tractantis, auctoritas grauior; & potestas aduersaturis nequaquam obnoxia, Breuia illi diplomata tradidit, quibus Pontificis Nuncius creabatur. Erant hæc numero quatuor Romæ data, ut in originalibus eorum protographis ipsemet perlegi, primum Iulij 27. Subscriptum; alterum Augusti 2. Tertium, & quartum Octobris quarto; sed anno eodem omnia 1540. Duobus constituitur Apostolicus Nuncius cum amplissima potestate, ad conseruandam in Oriente, propagandamque religionem sacrosanctam: tertium Dauidi Æthiopiæ Imperatori, illum magnoperè commendat: quartum etiam Toparchis & Principibus, Continentis Insularumque dominis, à capite Bonæ spei, per vniuersas Africæ ad Ortum oras, mare Rubrum, sinumque Persicum, & utrosque cis, & ultra Gangem Indiæ populos, ubi tacenda non videtur, in rebus Xauerij scribendis, vulgaris Auctorum hallucinatio, qui eius Obedientiæ exquisitam ex eo præstantiam celebrant, quòd obtemperarit Ignatio, iubenti ad Indos proficisci; necdum enim tunc Ignatio subdebatur, Societate nondum constituta; Ignatio nondum Generali; nondum Xauerio, iure vllius obedientiæ illi obnoxio, sed vna obseruantia & amoris libera voluntate. Hanc ergo Indicæ missionis tam laboriosam, quàm claram Prouinciam ab ipsemet suscepit Pontifice, cui se in utilitates Ecclesiæ peculiari voto obstrinxerat, nec in ea quicquam Ignatius habuit præter sibi mandatam, ab eodem summo Pontifice diligendorum sollicitudinem, qui essent ad eam idonei; quod tres Rotæ Rom. cognitores prudenter admodum aduerterunt, cum ad sacrum Senatum coram Pontifice de Xauerij virtute ac miraculis relaturi ob quæ illi Sanctorum honores tribuendos censebant, inde exorsi sunt, quod prærogatiua excellenti ab Christi Vicario Apostolatam Indiæ accepisset. Suntque ferè hæc illorum verba, tantis auctoribus, & tanto argumento digna. [Prædicationē Euangelicā, rete illud eximie refert de quo in Evangelio habetur, quod ex Petri nauicula post Christi in ea concionem laxatum, captura piscium ambas nauiculas tam larga cumulauit ut pœnè mergerentur. Illa enim tùm demum prædicatione multitudinem piscium rationalium immensam ex amara infidelium vndarum falsugine educit, cum ex Sede Romana B. Petri nauicula mittitur, & propagatur. Sic olim Angliam Christo subdidit Augustinus; Bonifacius maximam Germaniæ partem; Franconiam integram Chilianus; Eleutherius Albaniam; Liunioniam Mainardus; Noruegiam Nicolaus; alique populos alios Apostolici viri Christo subiugarunt, verùm ij omnes ab sublimitate Sedis Apostolicæ, in eas missi expeditiones; ab Gregorio Magno Augustinus, à Chonone Chilianus; à Greg. secundo Bonifacius; ab Aniceto Eleutherius; ab Alexandro tertio Mainardus; eodemque aliorum ministerio Nicolaus primus Morauiam; Stephanus septimus Bohemos; Daniam Agapirus secundus Christi Ecclesiæ adiunxere; & Orbem qua patet latissimè

animo

16 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij.*

animo lustremus, quocumque horum peruenit sonus hominum Apostolicorum, censeamusque si possumus populos quos Christi retibus concluscere, omnes ab hac Petri nauicula profectos agnosceremus; ac laborum quidem ab iis susceptorum, tam felici prouentu, ut nunquam Roma Imperij sui fascibus tot gentes domuerit, quot Ecclesia Rom. Christi Prædicatione deuinxit. At enim eorum quos Petri sedes in eam piscationem destinauit, nemo tantis promouit spatiis, nemo eos attigit limites quos patrum nostrorum memoria Xauerius calcavit: qui à Paulo. III. ad Insulas, & remotissimas Nationes ire iussus, expanso in vltimum Orientem reti, inuoluit piscium tam innumerabilem copiam ut creboro sociis cogereretur innuere quò ad opem ferendam accurrerent. Proinde Xauerium (Beatissime Pater) è sua illa piscatione Orientali faustissima, reducem excipe, tanta populorum, tribuum ac linguarum multitudine stipatum, ut iniri earum non possit numerus, agnosce; nauiculæ Petri, quanta sit virtus, & efficacitas; quantum possint illius retia; quam fructuosa fuerit piscatorum suorum industria, &c.] Hæc illi à me ex Italico reddita, quòd ipsissima eorum latina verba, non potuerim reperire.

Nauiगतuro igitur quamprimum Xauerio, Castaneriæ Comes Ataidius, classis procurator quâ suo pre instinctu, quâ Regis mandato, prolixè omnia detulit, rogauitque sibi scripto tradi quæcumque ad iter, vsui futura crederet; quod & alij factitabant qui Regis sumptibus erant in naues imponendi. Verùm Xauerio qui nihil cuperet, quærendum nihil fuit, orta que hinc miræ comitatis, inde humilitatis sanctæ pulchra contentio, urgente Ataidio ad vsum regiæ liberalitatis; obstante Xauerio, ne sibi thesaurus sacræ paupertatis imminueretur, in quo vno haberet omnia, proindeque re nulla egeret. Ne quid tamen illa virtutis constantia superbum oleret, aut fastidiosum, flecti se denique passus est, ut pios aliquot ab Ataidio libros admitteret; sibi que, ac sociis duobus Paulo Camerti, & Francisco Mansillæ gausapina singula, crassiori opere ac vili coacta quibus post promontorium bonæ spei, aduersus immania frigora sustinerent: tam pauca Comes pro nullis habuit; institit igitur humanissimis precibus, ne abnueret saltem familiarem seruulum; id enim vero, si minus ad vsum, necessarium certè ad dignitatem esse: fore id denique Apostolico Nuntio maximè indignum, Si cum nautica, & vectorum fœce, pannos eluere spectaretur, & communem ad focum; cibos sibi cum iis coquere: crediderat Comes, vbi precibus non dabatur locus, datum iri decoro, & rationibus, ex eo in speciem, & ab dignitate Officij petitis; te autem ipsa ex Philosophia inani, etiam in diuinis Magisterium affertante, in quibus ut ait Apostolus, tam stulta est, quam stulta illi, tametsi falso, Christi sapientia videtur. Itaque responsione hac Comiti satisfacit; non sibi modò, sed quibuslibet etiam qui erant in nauica ministeria præstitarum; non posse illa nisi ex pretij ignoratione, haberi vilia, nec dedecorare Nuntij dignitatem. Quod enim adderet, plus nimio abieci sublimitatem eius gradus, istiusmodi cautiones de inanitatis produ-

ctas.

32.  
Summa in itinere Indico paupertas Xauerij.

tas f  
vero p  
sibi ian  
& ru  
quam  
struclu  
Alfon  
luit, t  
auris a

15.  
no, ta  
pondu  
tes are  
plaru  
octing  
bent c  
ponen  
tineri  
ter cor  
His æ  
magni  
nimur  
nostri  
ma, to  
singul  
arcis il  
bellico  
fiores  
aduers  
vbi cor  
fit, si d  
decum  
serta f  
capax:  
sublici  
bie pul  
rudent  
respon  
tamen  
naues  
tunt. C  
ad qui  
16. D  
gnomo  
riora Fa

Etas fumo eò rem Christianam redegisse vbi tunc miserè iacebat. Hinc vero postea classis Procurator abtinentiam hanc Xauerij prædicans plus sibi iactabat fuisse negotij ad perpellendum Xauerium, ne paucos libellos, & rusticas penulas ingestas reiiceret, quàm ad explendam aliorum, nunquam satis expletam cupidinem. Hoc ergo tantulo, ad tantum iter instructus Xauerius, S. Iacobi Prætoriam conscendit, in qua illum secum Alfonso Martinus de Sofa, Indiarum Pro rege Gubernator habere voluit, tandem anno 1541. Aprilis 7. passis è Tago velis in altum mare auris adflantibus classis mouit.

15. Gauli regij maiores quos Lusitania ad Indos, vasto committit Oceano, tam capaci sunt mole, vt portent pænè integros populos, præter pondus immensum mercium. Nauarchos enim, & turbam nauticam; milites arcium præfidiarios; ministros regios, iisdem præfectos arcibus; & suis plarumq; cum familiis mercatores; mancipia, & seruos omnis generis, ad octingentos, & mille, pluresque interdum capiunt; & sua omnibus præbent concludia, pro cuiusque gradu laxa vel angusta: merces verò iis imponendas, dum iacent in littore nemo credat posse naui omnes vna contineri; cum tamen illius partem vix infimam quandoque impleant, præter comparatum mille hominibus alendis, mensium octo commeatum. His ædificandis, armandis, instaurandis non potest alia quàm regum magnificentia par esse. Sentinam inter, & tectum spatia, quinque vt minimum exstant tabulatis, (maxime in Gaulis veteribus, quibus multum nostri de magnitudine concedunt) illic annona cibaria, mercimonia, arma, tormenta ænea, nonnunquam octoginta, ordinatim digesta, suum singula locum habent; præter suas ad puppim, & proram speculas velut arcis illius mobilis turres duas, & propugnacula. Qui vero essent in vsu bellicos constructi, eorum latera muro cingebantur lapideo, inter crassiores tabulas medio, nec leuioribus munimentis sat tuti credebantur aduersus tormentorum globos, & tempestatum, marisque impetus, quod vbi concitatum furit, tam horrendo verbere illos quatit, vt frangi necesse sit, si debiliori armatura muniantur. Ex malis quatuor à fundo surgentibus decumanum trabes compingunt magnæ, gomphis vnam in arborem confertæ ferreis & fastigiat speculatoria corbita viginti saltem pugnatorum capax: licet verò hic tanto & corpore nitatur, & pondere, & firmis circumsublicis fulciatur, vinciatque catenis immanibus, subinde ventorum rabie pulsatus, frustatim dissilit, vt si foret arundo fragilis: antennæ demum, rudentes, vela duodecim, fori, anchoræ, transtra, & reliqua, huic moli respondent; navigationis tempus, ventorum ludibrium metitur; nunc tamen auctâ maiorem in modum peritiâ nauticæ, nisi qui casus aut naues deflexerit, aut tardarit, post sextum mensem Goæ anchoras mittunt. Quo temporis spatio Africæ totius circuitu sulcanda sunt miliaria ad quindecim millia.

16. Nam Vlyssipone, Maderam proras, ad quartam Africi ex magnetico gnomone obuertunt, inde ad vitandam Canariarum malaciam per exteriora Fauonij ad Palmam insulam tenditur, Promontorium vitide, & mon-

15  
Moles nauium  
ex Europa in  
Indiam.

16  
Vlyssipone  
Goæ in 1541.

C em

tem Leænæ: Longo deinceps tractu Guinea legitur, & post Æquatoris transmissam lineam aspirante Phœnicia, qui vnus est Cardinalium ventorum, ad Austrum icur, permittunturque flatibus in Brasiliam naues, duntaxat in eius conspectum ne veniant, ne si propius accedant, infestissima illius maris planeque insuperabili rapiditate in Lusitaniam repellantur, vt exploratissimo exitio se subducant, cassa eum in annum Indica nauigatione: quare Brasiliam adnauigant, dum ad Trinitatis, & Tristani de Cugna prouectæ sint, ex quibus Insulis in formidolosum vt nautæ vocitant Marileonem, hoc est Bonæ Spei, cum sese iniecerint, flexis prorsus Cafrariam radunt, plagamque Africæ quæ à promontorio Cæciam versus porrigitur. Quod si eatenus tam secundis auris promouerint, vt ad S. Iacobi, quod mense Iulio celebratur ultra promontorium euaserint, possunt opportune in Mozambico, aquari ac refici, vnde inuito cursu per interiora S. Laurentij Insulæ Goam tandem appellant. Nam si fuerit annus in serum prouectior, ne torrentibus fluentis, ac pœnè perpetuis abripiantur in syrtes & scopulos certis naufragiis infames, coguntur in altum vela dare, & secundum exteriora Insulæ Cocinum petere, quo portu excipi ij solent qui ad Mozambicum non applicuerint. Sed mora quam dixi plus mense solido luitur, qui nauigationi addendus est.

17

Ærumnæ, Indicæ nauigationis.

17. Cui si nihil inesset præterea, nisi longum ab terra exilium & vnus aquarum & cœli infinitus vndique prospectus; iidem hominum vultus, plerumque flagitiosorum, atque agrestium; somni, graueolentiæ, sordiumque incommoda, scilicet malum dici forsitan posset. Verum enim verò iis tam multiplices accedunt ærumnæ, vt vna illas vel auaritia insatiabilis, vel Apostolica caritas eluctetur perpeffionum grauitate, ac periculorum, certatim animum ex æquo lacerante. Assiduæ in primis conuulsi ex nauisca stomachi, & fere omnibus communes molestiæ, maris tractum ingressos statim exagitant, quem ex vndarum subsultatione Equarum appellitant, vbi æstu furente tam dirè iactantur miseri vectores, vt etiam sanguinem euomant, ad hæc summi caloris & frigoris vices, huius quidem ad Promontorium Bonæ Spei, & viride; illius ad Guineæ oras, vbi per diurnam, & laboriosam malaciam, cœlum, & aquam spirare ignem putes, ne leuissimo quidem auræ vllius suspirio, hinc verò cordis tam inquietus angor, tantus afflictarum defectus viriû & horror cibi cuiuslibet, vt mors videatur omnib. imminere. Adde sub Æquinoctij circulo trāsueriam Africam scindente, bisque transmittendo, corrumpi solitam annonam escariam, è regione Insulæ S. Thomæ; illic nauticus panis putrescit, & verminat; foetet aqua, eiusque paucillum id, quod arcendæ morti necesse est glutire, in obscuro, & pressis naribus ducitur. Habent & pluuiæ veneni nescio quid, earum madore intumescunt carnes, & in vlcus rumpuntur. Sed deterrimum omnium lues quædam Loanda nomine, ab insula Loanda (Congi regno contermina, eiusque ærario, ob conchilia quæ inde collecta, monetæ locum & pretium apud incolas tenent) turgent Loandâ nauigantibus gingiuæ tam enormi tumore vt dentes sepeliant, liuescunt

liuescunt  
aut si pe  
agrotum  
saccum,  
ter post  
vt omitta  
gia, in va  
aut ludan  
uertere;  
tes, illas p  
quas ferè  
aquis las  
sum long  
vectoribu  
torrens i  
illud pro  
fluctus in  
tæ vocan  
quatrindu  
ne vndis  
nes tect  
borant.  
18. Ne  
nam qua  
ria vir Sa  
Prouinc  
colendis  
tum pro  
liares L  
pericula  
castos, v  
eius blan  
quam lu  
cium, si  
fitus co  
inconfu  
derentur  
campur  
rè deci  
ctimon  
dices ex  
nactas  
uisere  
itinerè

liuescunt maculis crura, & inflata demum in sanie suppurant viscosam, aut si pestilens humor in vitalia irreperit, inter valida, deliria & spasmos ægrotum perimit. Hinc illud iam olim solemne nauigaturis in Indiam vt saccum, aut sepulcrale linteum secum ferant, quo si casus tulerit decen- ter post obitum inuoluantur, marique inhumati humentur. Demum vt omittam rapidos fluentorum torrentium occursum, qui transuersa nauig- ia, in vada & scopulos impingunt, vt cætorum immensa corpora, quæ aut ludant, aut certent, possunt nullo negotio suæ molis incussu ea sub- uertere; abunde sit solas cogitare quæ nauigationem exercent tempesta- tes, illas præcipuè sub promontorio Bonæ Spei, obiectis atroces mortibus quas ferè præfagiunt piscium monstra ex profundo immenso in summis aquis lasciuientium, & subsultantium, ea multitudine vt quocumque ver- sum longissimè pertingit acies, confertum iis mare appareat, pauendo vectoribus anxii, & tristi spectaculo; tempestatum verò eiusmodi causa torrens illic sæuo Africo mare, & Oceani gemini ex lateribus Africæ ad illud promontorium conflictus, & depræliantium ventorum; ex quo se fluctus insani attollunt, & ad discrimen formidabilius refracti, siue vt nau- tæ vocant, decussati. Quare illo quod in superando promontorio insumitur quatrinduo, saburræ adduntur ænea tormenta, occluduntur fenestræ, ac ne vndis operientibus demergatur nauis, spiracula omnia obturantur, om- nes tecto clausi pro communi salute, alij arte, precibus alij adla- borant.

18. Non erit opinor digressu importunum, si partem epistolæ hîc po- nam quam dedit ex India ad S. Patriarcham Ignatium Gonzaluis Sylue- ria vir Sanctus, & eo quod demum adeptus est martyrio dignus. Illic ergo Prouincialem agens verbis grauissimis Sanctum rogat, ne quos Indis ex- colendis mittat nisi homines virtutis, spontaneo sui martyrio diu mul- tum probatæ, interiori potissimum suorum affectuum coercitione, fami- liares Deo, sensu conscientia tenero, contemptores sui, & in quæuis pericula & aduersa ingentibus animis expeditos; præ omnibus vero ita castos, vt si dici potest, corpus circumgestent emortuum, aut sensus ad eius blanditias penitus extinctos, fore alioqui feraciorem damnis Indiam quam lucris, ob eius cæli mollitiem, crebritatemque occasionum pella- cium, si ad primas cuiusque literas, ex Europa in Asiam, petentibus tran- situs concedatur, & habeatur citius verborum ratio quæ dicat sæpius inconsultus feruor, quàm solidus: virtus autè illorū & pietas leuius pon- derentur. Indiam Sanctos nequaquam facere, verum si Sanctos exceperit, campum iis pandere in quo Apostoli euadant. Fortè verò magnope- rè decipi, qui se vt littus illic contigerint, eum putant se gradum san- ctimonie tacturos, quem in Europa lentè & oscitanter quæsierant; ra- dices enim propensionum noxiarum, & malè domiti affectus, solum nactas natiuo benignius, & quàm alibi vsquam fortasse pinguius, reui- uiscere, & vberius crescere.] Post quæ, sanè vera, sapienterque scripta, de itinere subiungit [Indicat V. Paternitas cunctis per Societatem Domi-

18.

Quanto nunc  
Indicum iter  
quam olim fa-  
cilius.

bus, & Collegiis quotidianas ad Deum preces, & sacrificia pro his Indorum Prouinciis, & nostris illas colentibus, vt pro Germania statuit; quotannis verò à Martio vsque ad Octobrem, pro nauigantibus ex Europa in Indiam, nisi enim experto, nemini fiat credibile discrimen quàm multiplex, quàm perpetuum sæuumque subeant à mari, à ventis, ab eluionibus imbrium; ab incendiis; scopulis; allisionibus; fame; siti, grassatione pestilentium morborum; & destitutione ab omni hominum, Deiq; solatio; vt annuis illis calamitatibus dici nihil possit miserabilius, vestræ quoque Paternitati suggerendum puto, quãtã utilitati futurum sit, si Confessarios nauium singularum & nostros, & externos dignetur summus Pontifex potestate plenioris veniæ impertiendæ vectoribus, maximè moribundis & caput Bonæ Spei flexuris, quod sit multorum dierum spatium inter tam feros ventorum turbines, & tam horrenda naufragia, vt ferè illic forbeantur, quicumque in itinere Indico pereunt; & sunt homines suæ adeo salutis supinè incurij, vt nisi præfocaturò iam iam mari, ad confessionem suorum scelerum induci vix possint: & hæc quidem Gonzaluus.] Certo tamen hæc nauigatio ab experientissimis naucleris vsu annuo trita, nunc multo quàm olim euasit planior, nouæque obseruationes ad peritiam veterem continuò adiunctæ fecêre illam minus ancipitem. Primum enim allisu contractæ, siue ad littora, siue ad latentes scopulos, & vadosa naues, posteros docuerunt funestis locis procul absistere, atque in eam rem Oceani descriptionibus, consignata semper ob oculos ea loca habere, sic dum interiora Oceani ad Occasum sectantur, arenarias moles promontorij Candidi, Rubri, & Montis lænæ facile declinant: inde australi quadrante inito, in Octauum altitudinis gradum ad austrum descenditur contra Brasiliam, ex opposito quidem Capitis cui ab S. Augustino nomen, sed interfluo leucarum plus centum spatium, ex quo per alios deinceps maximi circuli decem gradus descensu facto, propitij Cauri naues excipiunt, ac (nisi tunc mare procellis ferueat) impelluntque vltra promontorium Bonæ Spei vno circiter gradu; hoc enim oculis etsi tanta non prodit longinquitas, sed pixis nautica exponit gradu illic sesqui altero in Cæciam vergens, & monstrant marinæ quædam aues, quæ ternæ quaternæve frequentes cernuntur, candore & magnitudine cygnorum. His quoque haud paulò grauiora post promontorij flexum pericula, nauarum tamen peritia eluduntur. Succedit enim calamitosissima illa Natalis ora quæ ab cornu Primarum ad Torrentium cornu porrigitur, vbi mare violento impetu in Africum rapitur: succedunt scopuli, Iudæorum dicti. Hos verò inter, & famosa Camurij breuia, quæ a faucibus Cuamæ fluuij vltra sex gradus se proferunt, securus est transitus, recessu leucarum quinquaginta in mare interius ab Aquatione seu Aquada in Mozambicum. Ex in Cæcia afflante in prospectum insulæ Comoroni venit gradu decimo, sesqui ad Austrum sita, ex qua ad aliam si forte compareat indagandam cursus promouetur, nempe Almirantis, seu Thalassiarchi, maritimis quidem adscriptam tabulis, sed planè fabulosam, proinde hætenus reper-

tam nem  
boreal  
nauigan  
tur ex q  
subter g  
dringen  
tium,  
spumat  
tici dem  
singula,  
& quan  
ad Picu  
gues, re  
nem gra  
larum si  
errandi  
centum  
Xaveriu  
æstus m  
quibus  
se nauig  
19. E  
diernus  
constet  
tusque  
maria &  
lut suis  
ri alien  
parens  
capita;  
bant sp  
ne tant  
omniur  
& nobi  
cament  
præter  
omnibu  
moniti  
mendat  
essent m  
machi,  
quos d  
Sofæ si  
calamit



tam nemini. Iam verò transuecti circulum *Æquationem*, ad vsque gradum borealem sextum & decimum per leucas centum, eadem sub altitudine nauigant, quòd venti & mare iuncto impulsu in Sinum Cambaia ferantur ex quo tutæ præstantur naues ne auris à portu Goano repellantur subter gradum quintum & decimum posito: is vero à milliaribus quadringentis prænoscutur, draconum indicio, & maritimorum serpentium, marisque ipsius perinde albicantis, vt cum vadosis allisum spumat; licet passus illic centum & viginti profundum obtineat. Magnètica demum gnomonis obseruationes graduum numero per loca digestæ singula, vbi declinat ad Caurum, aut Hèllespontium) abunde indicant quæ & quantum conficiatur itineris in longitudinem graduum, præterquam ad Picum Azorum, ad Caput acuum, & Meacum, quibus locis Magnes, rectâ Polum vtrumque obuertitur. Nam quod spectat altitudinem graduum tam multis potest instrumentis ex Sole, Fixarumque Stellarum supra meridianum transgressu deprehendi, vix vt vllum superfit, errandi periculum, hinc ergo potissimum ex Europa in Asiam iter quam centum viginti retro annis securius, & expeditius euasit, cum illuc Deus Xauerium mitteret, etsi nunquam desunt tempestates, nec per immensos æstus malaciæ, & morbi, & ab experientissimis etiam naucleris errores, quibus inter cuncta prudentiæ artisque præsidia, semper tamen periculose nauigatur.

19. Eò dicta hæc velim haud tam vt cursus nauigationis in Indiam hodiernus, intelligatur longe facilior veteri, quàm vt illustri argumento constet, quantus arderet Xauerius sancto igne diuinæ caritatis, quantumque assurgeret, in difficultates, & arumnas quibus sauiore per illa maria & diuturniores multis retro annis non fuerant, cum is interea velut suis aut obcalluisset malis, aut vnum earum putaret solatium mederi alienis, totum se in cuiusque leuamen partiretur, medicus, curator, parens, consolator, seruus, & omnia. Vehabantur eadem naui ad mille capita; sauiit & anno lues multorum exitio intactis paucissimis; iacebant sparsi per nauim miseri; & officiebat singulis omnium numerus, ne tantillum id opis acciperent, quod eo loci conferre iis sani potuissent; omnium erat Xauerius, in omnes ex æquo, caritatis suæ officia, viles, & nobiles diuidens: cursare, visere, solari, parare quod ederent, medicamenta porrigere, cibum in os debilioribus indere, pannos abluere, ac præter abiecta quælibet, etiam trullas familiares ex purgare, verum præ omnibus confessione sacra morti proximos expiare, hortari salubri admonitione, sanctisque precibus supremum illorum agonem Deo commendare. Haud erat tamen earum virium quibus non potius fomenta essent necessaria quàm tantum operis, menses enim duos, fastidio stomachi, & molestissimo vomitu laborauit; dies quadraginta inter eos quos dixi Guineæ æstus intolerabiles languit: mensam Gubernatoris Sosa sibi perbenignè oblatam respuit, nec sustinuit inter miserorum tot calamitates, id sibi leuaminis indulgere, ac licet admiserit quotidianam

19  
Mira Xauerij  
caritas in ne-  
ui.

22 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

ex ea sportulam, ab se tamen intactam penitus, in egentiores agrotos semper distribuit, sibi verò ad victum à mercatoribus panem solitus corrogare, aquara ad potum eodem quo ceteri modulo accepit, parte quini-  
mo itineris altera, designatum sibi ab Gubernatore cubiculum commo-  
dum idcirco admisit, vt statim mutaret cum agrotantibus grauius affe-  
ctis; quos illuc velut in nosodochium tenue coactos dum curat, cubicu-  
lum sibi (vt semper aliàs) in patienti nauis platea delegit, in fune anchora-  
rio lectum, & ceruical. Nec illi minor valentium quàm agrorum cura; istorum corpora, illorum animos instaurabat, vtebaturque ad hoc mirificè suo illo prudenti, & sancto omnium temporu, hominumque ingenio, quod attemperabat cuiusque indoli, & conditioni, affabilitate singulari; & apud nobiles, plebeios, milites, negotiatores, viros iuxta & pueros, eorum ex moribus colloquiis, & rationibus captabat aditum insinuandæ in animos pietatis, & inculcandæ salutis ad quam conditi à Deo essent, ea dexteritate ac suauitate, vt non minus iucundè, quàm vtiliter audiretur. Solent fere vectores, ludo temporis partem maximam fallere, quo si minus lucrum, saltem remedium fastidiosi otij aucupantur; at quocumque id animo vsurpetur, rarò hanc triplicem euadit iacturam, temporis, num-  
morum, & conscientia. Huic igitur occupationes Christianas opposuit ingeniosa Xaverij caritas, sed sua illa comitate ita sapidè conditas vt ludo ipso fierent gratiores; festis diebus sub maiori malo, in nauis platea concionem habebat; post hanc dabat audiendis confessionibus operam, de meridie rudes & pueros imbuebat rudimentis fidei christianæ; litem nul-  
lam mouebat discordia, quam ille non statim componeret; nulla emer-  
gebat offensus, quam non amoueret; nulla prauus vsus corruptela, quam non efficaci manu reuelleret. Denique tam clarum sui experimentum dedit, vt inde illi sancti Patris hæserit nobile cognomentum quo illum dum vixit in Indiis, etiam Ethnici honestarunt.

20  
Mozambici  
ficus, & natu-  
ra.

20. Inter has agendi, patiendique curas, probante se Xaverij robore, in Mozambicum classis applicuit, post enauigata milliarium duodecim millia, inciditque hic prior appulsus in exitum Augusti, quinto mense postquam ex Lusitania soluerant. Iacet Mozambici regnum ad ortum Africae, hunc nigro colore gens habitat, planè barbara, & agrestis, minus tamen quàm Cafres quos habet confines, Æthiopum enim & Arabum consuetudine, atque commercio, sin minus exculta, similior saltem hominibus quàm bestiis facta est: portu caret, & sinu hæc plaga quo naues tegantur; sed commodum præbet exigua Insula, communi, & ipsa Mozambici appellatione, vno ab continente milliari, quarto decimo & dimidio gradu latitudinis Australis, fracto enim mari, & exclusis ventis, tutum præstat inter se, & continentem portum, tanta altitudine aquarum, vt Gaulos quantumuis ingentes excipiat. Hanc Saracenis eripuerant Lusitani, & arce munierant, ad reficiendas aliquandiu, absque metu classes, & aquationem: sed anni tempestas iusto prouectior, Solum compulit ad hiemem illic transigendam, quod esset in Indiam nimis iam tunc

anceps

anceps  
na, &  
est nec  
rum  
cuius  
mari c  
ea Op  
rius,  
ea sem  
plures  
prima  
nistra  
longa  
nactus  
riam,  
cepit  
vnicui  
tati c  
quisq  
peter  
anim  
& pe  
lis, m  
omni  
vigila  
que d  
ret, &  
longe  
tamen  
bat te  
sua m  
uisse a  
ti per  
arter  
tanti  
morb  
mali  
facer  
remi  
mis &  
& a  
quiet  
viro  
enim  
ad le

anceps & inuium mare; multosque veheret ægrotantes, qui nisi diuturna, & commoda mora non videbantur posse ex morbo refici; quanquam est necandis valentibus aprior Insula quam ægrotis sanandis, & ex incolarum, maximè aduenarum breui æuo, Lusitanorum sepulchrum dicitur, cuius causa est corruptus cœli tractus, quem ex paludosis restagnante mari conceptis, & putridis, maligni vapores inficiunt. Duo tamen sunt in ea Oppida, indigenarum, & Europæorum, quibus lucrum quàm vitacarius, ad hanc infestæ auræ labem accessit eo anno lues, ad eò funesta ut ea semestri spatio interierint octoginta, & quod è tanto numero, non plures confecti sint, attributum sit Xauerij caritati. Iactis illic anchoris prima Sosæ cura, ægrotos in nosocomium comportandi; Xauerio iis ministrandi, hoc nempe adamauit sanctus leuamentum ærumnos à exhaustus longaque nauigatione, nihil fessò corpori, caritati omnia indulgere, & nactus est eius haud paulò solita ampliorem, ac panè ultra vires materiam, nec enim vnus ut antea nauis, sed classis totius curandos sibi suscepit infirmos; & perinde ut suo peculiari officio haberet concreditos, ita unicuique commodauit sese, quòd non sineret tanta multitudo necessitati cuiusque singulari, subsidia propria officiaque alligare, poscebat quisque sibi Xauerium, aliis animæ, corpori alius, erant qui solum expeterent eiusdem conspectu, & consolatione recreari; legebatur enim animi species cœlestibus gaudiis delibuti, eius in vultu velut in speculo, & peculiare id illi fuit ut suum magis de cœlo beati, quàm in terra mortalis, mentis beneficæ serenum, & alacre intuentibus adspiraret: vocatus ab omnibus, præsto omnibus aderat, continuabat diuturno labori noctes vigilando apud moribundos; apud periclitantes, ad lectuli pedes utcumque dormitans, vnde ad minimum illorum gemitum extemplo consurgeret, & solatij aliquid afferret, sed in his corpore laboribus victo, & longe ingentes animos subsequente, febri cœpit maligna corripì; quam tamen aliorum malis tolerabilius perferens, ut depascente vitalia æsta ardebat totus, ægrè genibus præ debilitatè tremulis incedens, pergebat ægrotis sua ministeria circumferre, suæ modo hac in re sanitati, & vitæ satis cauisse arbitratus, si eam caritatis obsequio immolasset: occurrens cursanti per lectos Medicus in ipso accessus vehementi feruore, post tentatam arteriam edixit, periculosius toto nosocomio habere neminem, proin tanti viri miseratione, & obseruantia permotus, rogauit, si minus, ut morbi poscebat grauitas; abiecto labore, tantisper saltem dum remitteret mali vis, interquiesceret, at ipse id sibi negauit licere, quòd ne vel temerè, facere videretur, vel esse parendo cunctantior, causam intulit, quòd è remigibus, vitæ palam profligatissimæ iuuenis, colluctaretur in extremis & ex febri acutissima delirans periclitaretur de vita simul temporaria, & æterna; sibi noctem illam eius discrimini adhuc vigilandam, post quieti se suæ consulturum: & prorsus euentu patuit monstratum cœlitus viro sancto, perdiri iuuenis instantem obitum, & pœnitentiam: humo enim sublatus à famulis, & eo iubente, in eius lectulo collocatus, mox ad lectuli contactum, repentina iudicij sanitas misero rediit, sui que pro-

24 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

bè compos, Confessionis sacrae piaculo & mysteriis ultimis ad mortem Christianam comparatus est à sancto Patre, qui prius ab eius latere non discessit quàm suorum dolore scelerum, & Dei fiducia plenus, animam efflasset, idque ipsa illa quam prædixerat nocte Dei seruus, qui iam magno illo perfunctus munere, & æterno vnus animæ lucro diues, tum demum ex Medici præcepto decubuit. Multorum certabat ambitus vt virum sanctum domi suæ haberent, deferebantque complures precibus omnem ægroto subsidij opem, tum quod ipse, vt verè aiebant, lecto egeret, ciboque meliori; tum quòd puriori, quàm esset nosocomij aura, quæ tot iacentium flatu, situ, graueolentia putris & morbida spirabatur. Verum vtcumque placitum Deo foret, mori aut viuere, nisi summè pauper, & cum pauperibus abnuat, & pauperum domo moueri recusauit: Creuit interim morbi malignitas, & de statu mentis triduo hominem deturbauit, quanquam in cæteris phreneticus, diuinis in rebus, nunquam à recto, veroque aberrauit, siue ipse per se de iis ageret, seu suggererentur ab aliis. Mente quoad hoc vnum vim mali edomante, septima tandem venæ sectione remisit febris, sensimque paulò post desiit. Et si vero nondum planè recreatus, cogitur tamen nauim conscendere, cœptoque in Indiam pergere. Sosa enim dux classis, & ipse valetudine affecta, in omnem aut morbi, aut mortis euentum, habere voluit, cui se turè fidentique committeret, relictis potissimum eius sociis duobus, quos in Mozambico circa ægrotantes, cura derinebat, cui eius vice successerant. Ita illic traducta hieme vela fecit Martio inueniente, haud tamen in S. Iacobi quæ illos ex Lusitania vexerat; sed in naui oneraria, Coulani nomine quòd esset pondere lenior, & venti multo plus legeret, in quo illud obseruatu dignum, quod retulere postea vectores, de S. Iacobi naui ab Xaverio iam mente præceptum, cum ea portaretur, fuitque vaticinorum primordium quibus semper in posterum claruit; audiens enim illam mirificè laudari, velut omnium quæ Indiam peterent instructissimam, & validissimam; è conrario illi minabatur, dictitans haud procul ab exitio abesse, quod magna eorum quos exceperat clade nimis verum fuisse patuit, cum in Sallietana insula, ad Austrum qua Bazainum inter, & Bandomam, sinum maris subit fluius Manapasser, miserabilem in modum confRACTA est. Ea nunc in Mozambico relicta; in oras Africæ, vti occæperant, Æquatorem versus in oneraria prouecti; applicuere denique Melindam.

22. Est hæc Saracenorum vrbs sanè pulcherrima, ad Oceani prospectum, in plano & aperto sita, palmetis aliisque plantis frugifero, satis hortorumque delitiis vberi: muros habet quales in Europa; domos quidem vt Mauri, sed visu pulchras, vsuque commodas, ciues Mahometem sectantur, valido & bene habito corpore, animosi, & sicubi in iis regionibus, bello acres: nigro sunt colore, nudique incedunt, nisi quod lineo, vel gossipino tegunt ab umbilico ad medium femur; immodicis æstibus id quoque vestium agrè ferentibus, cum ab æquinoctij linea, gra-

æstibus

22  
Melinde quid  
Xaverius.

dū ferè  
que pa  
consp  
dum, p  
factura  
tinaces  
acueba  
& lætit  
bant ex  
compo  
teris ex  
fulgent  
Christo  
que iam  
cibus h  
gauit,  
& toribu  
ris trad  
Christi  
Melinda  
clausis  
de aliqu  
rat cogi  
exitio a  
nia in au  
glectis p  
peccatis  
oculos  
fidelem  
atque sa  
lidior ab  
dem cor  
apud se  
suos re  
re, & re  
benefici  
ad eam  
eius for  
23. Sa  
rita est  
Socoro  
maximè  
ctens, n  
longa ef

du ferè altero tantum distent. Cæterum constans inter illos, Lusitanosque pax, vsusque commercij, & benevolentia mutuus. In portus igitur conspectum vix classis venerat, & ad eam visendam, Ducemque salutandum, ingenti comitatu Rex statim adfuit, sed cum breues moras illic esset factura, nec ignoraret Xauerius quàm essent Mauri suis in erroribus pertinaces, tentauit nihilominus si quid posset in eorum salutem effici, & acuebat viri sancti ardorem, quod exscendentis animum miseratione simul, & lætitia inflexit, vt enim frequentes illic agebant Lusitani, suum habebant extra urbem quo humarentur sepulchretum; videns ergo vir Dei compositos tumulos fixis desuper cuique crucibus; & eminentiorem cæteris ex sculpto lapide, media in area extantem, egregij operis & auro fulgentem; prouolutus in genua illam adorauit, incredibili voluptate, Christo gratulabundus, quodammodo, in hostili solo triumphanti, eiusque iam tum possessionem ineunti: quanquam indoluit vehementer iis crucibus honestari potius mortuos, quàm viuentes iuuari. Quare Deum rogauit, vt quas Christiani Maurorum in agro statuerant, Maurorum pectoribus altè insereret. Post quæ aggressus de fide Christiana cum Mauris tractare, incidit vt quidam inter primarios, percontaretur ex eo, Christianorum vrbes an à pietate perinde defluerent, vt ab suo Mahomete Melinda: in qua ex fanis olim septemdecim, tria omninò superessent, & clausis cæteris, illa quoque à paucis adirentur. Mali fontem aiebat, grande aliquod nefas ab suis peccatum, quod cuiusmodi esset, non satis poterat cogitans diuinare. Nihil non egit Xauerius vt mentem hominis ab exitio ad salutem, ad Christum à Mahometo traduceret; quæ cum omnia in auras spargerentur, & in auita superstitione defixus barbarus; neglectis propriis quæ illi Xauerius obiebat, in inuestigandis suorum peccatis fatigaret sese; missum denique illum fecit, suam interim illi ob oculos cæcitatem ponens qui non aduerteret, Deum sibi fidelibus maximè fidelem, testari non obscure, Sectam illam sibi esse inuisam, impiam, atque sacrilegam, quam nec veller augeri neque conseruari. Nihilò stolidior alius, inter primos quos vocant Casciges Alcoranni doctor, qui eandem conquestus solitudinem fanorum, & cultus veteris neglectum; sibi apud se statutum narrabat, nisi Mahumetes per se ipsemet intra biennium suos reniseret; sibi, inquam, ratum, de rebus animæ alia consilia inire, & religioni meliori suam operam locare: quam esse Xauerius diuinæ beneficentiæ gratiam obseruarat erga infideles, & vita profligatos, et si ad eam minimè aduertiant, vt semper animo suo nutent, nec sint vnquam eius sorte contenti.

23. Salutato Rege Melindano; post aliquam apud ipsum quietem repetita est nauigatio, promotaque per oras Africae ad gradus sedecim, vsque Socotoram. Est verò Socotora promontorio Goardafo obiacens quo se maximè ad ortum Æthiopia protendit, inde ad felicem Arabiam reflectens, rubri maris toties decantati coarctat ostia. Leucas insula viginti longa est, nouem lata, septentrionum decimo tertio gradui subditur, in-

D fanis



23

Socotora In-  
sula.

26 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

sanis caloribus, sterilitate & macie damnata, nisi quod quæ mediam pervadunt, montium dorfa pascua sunt; plana dactilos palmarum suggerunt ex quibus panis conficitur: domos alias non habet præter structa neglectim tuguria, soli magis arcendo quàm habitationi idonea, & passim rara, ferè siquidem illic cavernæ montium pro palatiis sunt. Hanc duæ aliæ propius, exiguæ insulæ, à Borrea spectant, vsque ad eò inter se similes vt propterea sorores nominentur: incoluntur hæ à semihominibus, ita sunt omnino sine lege ac iure barbari. Mauri quidem confines Socotoræ, fuisse hanc aiunt Amazonum patriam, eiusque rei vestigium putant ditionem quandam, etiamnum illic feminarum imperio subiectam: utcumque res habeat, infelicitas Insulæ tanta est vt eam mortalium nemo dignaturus accessu fuerit, nisi eius miserta natura aloë ipsi tribuisset, quo nullum est in Oriente præstantius, & socotorinum ex ea nominatur. De illa tamen sua Socotora, barbari, qui nihil extra illam videre, sentiunt ita magnificè, vt mundi oculum arbitrentur. Quo porrò viuant religionis cultu; obscurum efficit varietas rituum quos sibi adsciuerè. à Mauris habent Mahometem; Circumcisionem & sacrificia ab Indæis; à Christianis nomen, & pauca quædam; à Nestorio hæresim; ex Abissinis schisma. Nominalia ex quibusdam apostolis viri ducunt; feminae vt plurimum ex Maria: crucem adorant, thure vaporant, & butyro inungunt, gestantque de collo ad pectus pendulam. Duplex quotannis ieiunium pro quadragintadiali nostro colunt, sed duorum ferè mensium alterum; solisque radicibus, dactilibus, & oleribus traducunt. Templis non carent, sed quæ magis stabula referant quàm Tempia. Quater tamen quotidie ad illa conueniunt, manè vesperi, meridie, de media nocte. Nullus apud eos sacrorum vsus, nisi tantum Baptismi, sed qua forma incertum. Sunt in mysteriis fidei plane rudes, nec habent codices quibus explicentur, nec qui legere norit: etiam Casciges qui pro sacerdotibus se gerunt, perse seipos inaugurant, commendatis solum memoriæ nonnullis precibus lingua sibi peregrina, & ignota conceptis, nec quicquam præterea muneris obeunt: nisi quod illas in templis suis cantant, thus cremant, & vocem sæpissimè iterant, quæ nescio quid de Alleluia nostro sonat. Summam apud illos venerationem S. Thomas Apostolus obtinet, patrem fidei suæ illum vocant, se verò illorum quos ipse instituit hæredes legitimos, inoleuitque apud illos à veteri æuo S. Thomam Indias petentem ad eam plagam tempestate allisum, contractæ navis reliquias ædificasse in templi formam, quod deinde paratu extructum meliori, nunc etiam visitur, & hoc de Christiano, residuum Socotora tenuit cum appulit ad eam Xaverius. Causa religionis deprauandæ vicini Arabes, Fartasses præcipuè, qui tyrannicè occupatam, vi primùm armorum, post etiam mutuis connubiorum fœderibus, superstitioni Mauricæ paulatim obstrinxere. Nec Tristanus de Cagna, ab Emanuele Rege missus tanto malo mederi valuit, etsi aliquando in solitudinem ab eo redactasit, eique arx Lusitanorum ad fidelitatis præsidium imposita; insularij enim prætulere Arabes

Lusitanis,

Lusitan  
merano  
reuocan  
eatenus  
propriu  
culæ ig  
nutibus  
buit, v  
tantope  
ferrant  
Hebrae  
sus leth  
pro iis  
Indiam  
sterniq  
rogare  
neret,  
Xaverij  
sis præ  
que ora  
pico na  
assentir  
ex Insul  
missus f  
multo v  
tos, ad  
nec plur  
aueheba  
quos co  
tim sup  
tunc li  
di, vel  
quod &  
mandau  
Regis c  
niciem  
catorias  
la latus  
praculu  
possent  
daum f  
suorum.  
Xaverio  
Ethiop

Lusitanis, excindique tandem arcem oportuit & seruituti Mahumetanorum insulam permitti. Iam Xauerius in magnam spem venerat reuocandi populum errantem ad antiquam diuini cultus puritatem, cuius eatenus nonnulla seruabat vestigia: & quia suum caritati nusquam deest proprium idioma quo percipiatur ab omnibus, cum esset eorum vernaculæ ignarus, quæ ab Arabica, & Æthiopica longè differt; concionari nutibus apud eos cœpit, quibus tam commodè intelligendum se illis præbuit, vt fructum ederet, mutus sermo, spe omni maiorem. Inculcauit iis tantopere quanta esset baptismi necessitas, vt suos ad eum certatim deferrent filios, sacro fonte lustrandos, quod etiam non paucis annuit. Hebraeorum ritus, & Turcicos non modò inutiles ad salutem, sed prorsus lethales demonstrauit, magnam partem illorum aboleuit, induxitque pro iis Christianos. Quæ dum strenuè ab eo geruntur, iubet Dux vela in Indiam pandi, quo iussu excitus, conturbatusque populus accurrere, prostrernique ad pedes viri sancti, & quibus poterat modis agrestis urbanitas, rogare ne se desereret; offerre herbas & dactilos; spondere si secum maneret, breui Insulam omnem ad Christum redituram. Non tulit mite Xauerij pectus sensum beneuoli & pij doloris, lacrimas dedit, ad classem prætorum festinus adiit, illorum vota precesque suis iunxit, suppliciter orauit ne se illinc saltem prius abstraheret, quàm relictæ in Mozambico naues intermissum in Indiam cursum repeterent. Sed negauit Prætor assentiri precanti posse, tum ne illum Arabum seruituti obiceret, frequentes ex Insula prædas agentium; tum quod esset ab Rege, suæ pro India commissus fidei, vbi eius incensis studiis, & labori campus esset futurus, & multo vastior, & longè certior; nam Socotoranos pridem esse comperitos, ad desertionem Christi tam faciles quàm fuissent ad professionem, nec ptura renuissis anchoris Goam versus tetendit. Ictus graui dolore auheebatur Xauerius, defixis, quoad tueri dabatur, in miseris oculis, quos compellebatur salutis expertes relinquere, quam iis, enixè præsertim supplicantibus, breui opera conferre se posse, cogitabat: quod vnum tunc licuit desiderium ardens secum tulit, eò, si quæ daretur, reuertendi, vel transmittendi ex sociis aliquos qui sibi essent ex Europa venturi, quod & postea tenuit sæpius, destinato illuc Alphonso Cypriano, & aliis, mandauitque Simoni Roderico in Lusitaniam per literas, vt exstimularer Regis conscientiam, ad auertendam ab lamentabili populo æternam perniciem, quod promptum esset solo iussu, nullo sumptu præstare. Mercatorias nempe ex India in Lusitaniam, iuberet ad purgandum eius Insulæ latus diuertere, vbi secus mare prædonum Arabum sedes erat, & receptaculum latrociniorum debili munitum præsidio, vt qui ab incolis nihil possent metuere, quibus cum arma omnia abstulissent, nihil opis residuum fecerant ad depellendam tyrannidem, & defendendas bonorum suorum, filiarum, ac fidei rapinas. Triennium fluxerat ab translato è viuis Xauerio, cum illac transiit Gonsaluis Rodericus, obiterque (nam in Æthiopiam nauigabat) eorum animos nouo erga Christum, & Ecclesiam

affectu incendit, nihilque officij prætermisit quod conferri vale ret à nuto concionatore, solis ferè pro ignota lingua nutibus prædicante. Anno dein sexagesimo altero Antonius Quadrosius nostrorum in India Provinciam regens Ioannem Lopeziùm, & Gasparem Cœlium, strenuum utrumque operarium, eò misit; quorum prior, ipso pœnè in aditu, cum febris, ex Sole externis intolerabili, contracta interisset, substitutus est alius, etiam Proregis mandato, vt si solum illud Maurorum infestatione, Christianæ culturæ ineptum censeretur, inde quatuor aut quinque, egregiæ indolis, & boni ingenij iuuenes Goam deferrentur, quò sincera illic doctrina imbuti, edoctique Lusitanicum sermonem, Patrum interpretes fierent, & vindicata Lusitanorum armis ab oppressione Arabum insula, in eam redirent cum Patribus, spe tunc certa prouentus non dubij.

24  
Situs Indiæ  
eis Gangem.

24. Nunc paucis diebus ex ea Goam peruenit Xauerius, quem dum secundi portant venti, ponam hic breuiter, marinæ oræ consinia quæ Gangem inter, & Indum clauditur, suntque omninò necessaria cognitu ad narrandorum perspicuitatem. Ergo pars Indiæ cis Gangem, quam Indostanum appellant indigenæ, ex continenti Meridiem versus in linguam protenditur, quæ ab Indi, & Gangis ostiis ex quibus initium ducit, non-genta milliaria obtinet; hanc mare Bengalæ, ab ortu; ab occasu Arabicum alluit; ad Austrum à septentrione catena montium diuidit, quæ Caucaaso apta in Comorinum promontorium descendit, ac desinit. Suos habent in iis montibus fontes, ij flunij qui magno numero cum subiecta vtrimque secuerint, suo quisque sorbentur mari. Fueruntque præcis temporibus, hi fines prouinciis totidem natura iudice diuidendis, quot planis interfusi; & sunt nunc etiam quot plana tot regna. Sed ambitione inualescens regnandi latius cupido, & armis audacia, ad expungendos sensim debiliores proruperunt, donec superueniens Lusitanus, alios iugo domitos pressit; alios in deditioem accepit; haud tamen vltèrius, quam ad pauca intra continentem milliaria; firmandis videlicet frequentandisque præsidio portuum, & securitate commercii. Nam interiora, sui vt olim, Reges idololatræ obtinent. Iam Indi à faucibus abest propius Cambaia gradu vigesimo altero supra se polum spectans, cuius vrbs nomen toti regno recentiores attribuunt; verùm indigenæ Guzaratten id vocant, longèque tandem Bati amne, ab Regno Decanis discluditur; Decan inde ad vsque Aligam excurrit, cuius ad austrum pars vltima Provinciam efficit (ad quam Goa pertinet) Canaram. Sequuntur deinceps Malabares qui à Cananore & Aquilonij gradus dimidio supra vndecimū, longa planitie, in promontorio Comoriniensium desinunt. Ita nostri aui Scriptores, & locorum periti. Vt cumque vero sit, non sunt regnum vnum, sed multa Malabares, longo tractu secundum mare iacentia, Cananor, Calecutium, Tanor, aliæque deinceps minoris nominis, exinde Cranganor, Cocinum, Coulan, ac demum Trauancor, quod Comorinense in acumen exit, vltra septimum Arctici poli gradum. Atque hinc littus in oram oppositam flectere incipit, vbi iactu sagittæ vix altero, post illum

illum ang  
spectatu  
tolerabil  
rigidi &  
trarios,  
Caucaaso  
tur, ven  
glacie st  
ria, cui  
cus cum  
in vada  
Inde Ch  
alij nom  
gnum ac  
bus inac  
dia, ad  
25. R  
variis si  
harum  
haud en  
longa,  
herbida  
que ang  
diarum  
Proregi  
quam il  
Alphon  
Regi sul  
mirand  
quam la  
multoq  
imperic  
morian  
Iapore  
lo Prou  
situm q  
coloris  
imbuer  
trahere  
lumnæ  
que ex  
rasisse  
vsque C  
distent



illum angulum quem plagæ utriusque in Comorinum concursus efficit, spectatur miraculum hinc asperimæ hiemis, illinc eodem tempore, intolerabilis æstatis, & quod fit consequens procellosi maris, & placidi, rigidi & sereni cœli, ob Solis nimirum in oras contrarias aspectus contrarios, & affectiones; præterquam quod excelsitas montium, quibus ab Caucaſo tota ex Borea in Austrum tanquam muris, ut dixi, regio scinditur, ventos frangit alternis, parte vna tranquilla, dum perflatur alia, & glaciæ stringitur. Iam prima post flexum Comorini, ora occurrit Piscaria, cui nomen, & famam, vnionum fecit piscatio, de qua erit dicendi locus cum in eam affectabimur euntem Xauerium. Hæc leucas sexaginta, in vada Ramancoris famosa excurrit, quæ ab indigenis Cilai vocitantur. Inde Choromandelis, & Guadauarini oræ, quæ regni Narſingæ, siue ut alij nominant, Bisnagæ partem efficiunt. Consequens huic Orissæ regnum ad Gangis producitur ostia, sed cum sint hæ plagæ ferè nauigantibus inaccessæ, resciri de iis pauca potuerunt. Hæc de parte Indiæ media, ad Gangem ab occasu sita, ad propositum plus satis.

25. Reuisamus nunc Goæ Xauerium, & Sofam. Continenti Canaræ variis sinibus se infundens mare, minores aliquot, inde insulas abscindit harum vna Tizzuuarim nomine, quod apud nos eſſet tringita villæ, haud enim plures initio habebat insula, nec vltra septimum milliare longa, lata verò nec vltra tertium, cliuis mollibus torosa, & planis herbida, fontibusque irrigua: ab Austro Salseta peninsula; multæ quoque angustæ ambitus, ad latus alterum insulæ; ad Aquilonem Goa, Indiarum regina, Orientis emporium maximè celebre; Archiepiscopi, & Proregis sedes, Maurorum opus ab Regno Onoris exulum, annis antequam illic naues Europa mitteret, quadraginta. Hanc ab iis anno 1510. Alphonsus Albuchercus cognomento Magnus, bello captam Lusitanæ Regi subiugauit, & diuina tandem bonitate Apostoli Thomæ vetus admirandumque oraculum optatos cepit exitus sortiri, fore scilicet ut fides quam latè per Indiam sparserat, renasceretur aliquando ac refloresceret, multòque vastius, etiam in Sinas funderetur, qui toti olim Orientis illius imperitabant Oceano; quod vaticinium S. Apostolus ad posterorum memoriam, reliquerat viuo in saxo columnæ insculptum, quæ propè Meliaporem visebatur, Choromandelis regni Metropolitim. In ea vernaculo Prouinciæ caractere legebatur. Cum mare (tunc inde miliaribus distantum quadraginta) columnam lamber & appulsuros Indiam exteros albi coloris, ad instaurandam religionis sanctitatem qua illic populos primum imbuerat. Cui apud incredulos, rei tantæ expectationi, cum fidem detraheret maris longinquitas, ita se tamen iis ad amissim probauit, ut columnæ basim allueret mare, cum Gama primum Indias attingit. Aiuntque ex veteri auditu Indi Cananores, Calecutiani, Cocinenses, & alij rasillè olim Arabicum mare radices illorum montium quos dorſi modo vsque Comorinum excurrere diximus, cum tota nunc ab iis, Malabarum distent planitie, cedente scilicet hinc mari, quod illinc ex opposito inuadit

25

Goa Insula, & vrbs, qualis cum in eam Xauerius venit.

Status Indiae  
infelix, cum  
in eam perue-  
nit Xaverius.

26. Cœpta ergo ex eo ab Europæis, Beati Apostoli prophetia præstari, excitari fides Christiana, pœnè apud Indos emortua, sed vix millesima ex parte, squalentibus cæteris in deserta sua, & sterili vastitate. Inde usque adedò intepescere virtus, & pietas, vt nihil æquè obesset Christianitati propagandæ, vti profligata Christianorum vita. Quidam illuc per capitalia, longaque discrimina nauigare, ad hoc solùm vt benè nutriti redirent in patriam; huius lucri fame ac rabie, vexare indigenas, nec secus exfugere, ac si ad prædas, non ad commercia venissent; hinc religionis apud illos implacabile odium quæ homines aleret tam crudeliter auaros; ad hæc Asiaticis frangi delitius, & maximè Indicis, tam fœdum in morem Christianorum mentes, vt vitam tantum non viuerent Ethnicorum. Quare his in cassum prædicari Crux, castimonia, æquitas, desiderium æternorum, dum has paucorum admonitiones tam multorum exempla eliderent, & factis communibus suaderent licere, quod factu nefas à paucis dicebatur: ac ne hîc nimium apertè dissimulare omnia videamur quæ tum orbe toto vulgarût Historici; tum ipse qui fuerat spectator ad Ioannem Tertium Lusitanie Regem piissimum anno 1542. scripsit, de statu misero Indicæ Christianitatis. Primum illic non pauci habere domi vxorum loco concubinas quàm multas pro facultatibus poterant; & pro Christiana honestate, quam debuissent Mauris inferere, poligamia Maurorum infami, Christianum decus incestare; seruas magno numero vel raptas, vel emptas, diurni operis penso obruere; quod eæ reddere non possent, miserarum supplitio exigere; compellere miseras ad locanda turpitudini publicæ corpora, vt representarent heris crudelibus iniuncti operis residuum pretium, quod diei totius ærumnos labore, non valuissent exsoluere. Nundinari iudicia, & tribunalia; pœnas & licentiam scelerum, venalia habere. Hinc cædes ritualium in lupanaribus, negotiatorum in commerciis, competitorum in Officiis, hinc euertendorum, & opprimendorum debiliu liuor industrius, vexationes, rapinæ, & quicquid malorum, ex auaritia, effræni ambitu, & libidine sequi necesse est, vbi legibus nullis inhihentur, tantumque audent quantum nihil metuumt. Restabat vnum in ea colluue scelerum, pietatis cuiusdam vestigium, quantum & impium; quod anni totius decursu ad sacra Mysteria non adibant, non tam quod iis indignos se crederent, quàm quòd digni fieri recusarent: Fuit hæc Indicæ Ecclesiæ ad Ioannem tertium transmissa imago, paucis quam illuc Xaverius appelleret mensibus, & visus est auctor aduentum eius præfagire, cum Relationem illam suam precibus ad Deum, & Regem infimis absoluit, rogans, illuc virum aliquem sanctum mitti, qui religiosa imprimis vitæ suæ censura, dein verbi Dei ardente præconio, illam corrigeret Europæorum illic agentium, ad omne facinus solutam audaciam, quod quarto post mense vidit idem scriptor à Xaverio præstari, magna morum priuatim ac publicè commutatione. Ethnicos verò quod attinet, longum sit, ac fœdum scribere quot scitis superstitionum, quanta flagitiorum, immanium ambage tenerentur, vixque huma-

nus,

nus quæ  
tametsi  
specie ad  
bant, ac  
eius ido  
cus prin  
risset, D  
& petul  
multis v  
quo dicit  
domum  
ter pla,  
vestita R  
parent,  
plis sacr  
Bracmar  
nihil po  
set; qua  
perinde  
nummo  
peculiare  
gregum  
medio to  
vxores a  
uentes se  
cantame  
idolo cu  
vulgatur  
Christi f  
& nunc  
aduectis  
tinente,  
xerant.  
Ormuzi  
barico  
Cherson  
cris, cor  
eiusdem  
bus ipsor  
quantis  
rent, qu  
nisi vna  
etiam C  
Ethnicor

nius quàm quadrupedes viuerent. Erant inter illos ij minus scelerati, qui  
 tametsi & lege, & Deo carerent, at saltem à dæmone propudiosissima  
 specie adorando abstinebant sese; nec illi aut suis aut alienis carnibus lita-  
 bant, aut insana venarum sectione, & diuulsione proprij corporis coram  
 eius idolo membratim edita. Nouos alij quotidie colebant Deos: por-  
 cus primum aut canis, aut viuens quodlibet manè prodeuntibus occur-  
 risset, Deus illis fiebat: Iam in tanta cœli mollitie, corporum nuditate,  
 & petulantia sensuum, nec frontem nec modum tenebat impudicitia:  
 multis vxores & maritis communes, & vxoribus mariti; præter illum,  
 quo dici detestabilius nihil potest solemnem ritum, sponsas priusquam  
 domum ducerentur, initiandi sacerdotum stupro, & extant hodieque  
 templa, sacrarum vice tabularum, expressis ad viuum circum formis  
 vestita Reginarum, quæ illuc venerant vt se Bracmanum cuiquam manci-  
 parent, factique memoria, picturæ probro, posteritati scilicet, & tem-  
 plis sacrabatur. Iam vetus illud Pythagoræ de metempicosi somnium,  
 Bracmanum doctrinis traditum, apud vnâ Sectarum sic inualuerat, vt  
 nihilo peccare leuius censerent qui pulicem, quàm qui hominem occidif-  
 set; quamuis è contrario interfici hominem, præsertim à nobili plebeium,  
 perinde habebatur, vt alibi necari pulicem. Nec religioni ducebatur,  
 nummo vilius capitatum, filios in mancipia vendere, scelestaque hac mente  
 peculiarem operam procreandis iis dare, vt quæstum ex iis aliquem velut  
 gregum mercimoniis facerent. Veneficiis præterea mutuis, inuisos de  
 medio tollere, penè illis pro ludo erat; vorare hostium carnes crudas;  
 vxores ad rogum maritorum, vrendas adigere; cum defunctis heris, vi-  
 uentes seruos sepulcris condere; familiaritates inire cum Dæmone; in-  
 cantamenta quasi artes tractare; voluntario se præcipitio ex alta rupe,  
 idolo cuiquam, aut amicæ infami deuouere, tritum, & vsu communi  
 vulgatum. Sed hac tanta, & tam multiplice feritate, ac sacrilegio,  
 Christi fidem ab Indis arcebat longius, Saracenorum imperium opibus,  
 & numero potens quibus oras illas latè occupabant, portibus, arcibus,  
 aduectisque ex Arabia machinis egregiè munitas; & iuuabat quod in con-  
 tinente, multi Reges, patriis ritibus idolorum, Alcoraum illorum adiun-  
 xerant. Ad hæc ab iisdem Saracenis, in freto Arabico Lusitani, bello  
 Ormuzium tulerant; Diu, & Bazainum in regno Cambaiæ; in Mala-  
 barico Calecutium; Meliaporem in Choromandello; in aurea veteri  
 Chersoneso Malacam; amisso his damnis maris imperio, negotiorum lu-  
 cris, com meatu Mecam, patriam Mahometis, & Methymnam Talnabi,  
 eiusdem sepulcrum; furebant scilicet, & harum dolore cladium capitali-  
 bus ipsorum in religionem Christianam odiis accedente, incredibile est  
 quantis modis, illius progressibus obstarent, vt qui sibi detrahi cerne-  
 rent, quicquid Christianis adderetur. Huic colluioni sæx infima deerat,  
 nisi vnâ Iudæos habuisset, ac fortè plures, quam alibi vsquam, vt Rex  
 etiam Cocini, Hebræorum Rex cognominaretur, quod in eius regno,  
 Ethnicos Iudæi numero vincerent. In hanc syluam frementium belluarum

vt

vt de Apostolo Romam inuente loquitur S. Leo. Maij 6. anno 1542. Xaueriu. primum ingreditur, tantumque valuit, eius quo agebatur inuicta vis spiritus, vt cum factu grande summéque arduum videretur vel eius solam Metropolim Goam Christianæ reddere pietati, alios tamen tot populos falsorum cultores Deorum ad Christum perduceret, ac si Christianitatem nactus illic foret non modo sinceram, & integram, sed laborum suorum, à quibus tantopere abhorrebat adiutricem. Nec id sola egere miracula, quibus illi Deus velut Apostolo eam barbarorum conciliauerat venerationem, vt naturæ Deum nominarent; sed labor omnino humano maior, suo tantum vnius desiderio minor; sed inexpletæ caritatis; sed ipsis miraculis exempla vitæ mirabiliora, difficultates ei ardor ineluctabiles complanarunt, earumque fecere victorem, assertoremque animarum innumerabilium ex probrosa, & sæua tyrannide scelerum, auitarumque superstitionum in suauissimam Christi libertatem.

26  
Goa à Xaue-  
rio gesta.

26. Goa igitur ingressus, diuertit in nosocomium, nec solum nomine paupertatis, verum etiam seruitutis, vt qui sua ægrotis obsequia subleuandis eorum animis, & corporibus dicaret. Exin operi manum priusquam adijceret in ministerio animarum, Episcopum adit, aduolutusque ad illius pedes, Pontificiam illi diploma exhibet, exponit Pontificis, Regisque consilium in sui ad eas Prouincias destinatione, professus velle se ex illius natu omnino pendere; nec Apostolici Nuntij potestate nisi pro eius arbitrio, & sententia vsurum, quem morem vir sanctus apud omnes Ecclesiæ Præsules, perpetuum tenuit, tum quod eò priuatae humilitatis suæ amore ferebatur, tum quòd mirum quantum promouendis diuini honoris rationibus intelligeret conferre illam non modo Antistitum sed inferiorum quoque obseruantiam sacerdotum, nedum vt iis obesset, easve retardaret. Nam vt crebrò suos monebat Ignatius dimissioni modestæ, ac placidæ non ægrè conceditur, quod potestati, & auctoritati plerumque denegatur; pronam enim ad fauendum sibi modestia efficit præsidium benevolentiam; auctoritas, maximè si suas tantisper excedat lineas, potestatis diuersæ & æmulæ iura inter se committit, quo nihil est vel ad animarum salutem nocentius, vel ad offensionem populorum perniciosius. Sedebat tunc Goæ Episcopus Ioannes Albucherchus è Sancti Francisci Ordine, cui pro sua insigni virtute facillimè cum Xauerio in Dei gloriam conuenit, atque in nexum amicitia constantis, quam par alterius in alteram affectus, & veneratio semper auxit. Is humo Xauerium attollens, inspecto Pontificis restitutoque diplomate, fore sibi gratissimum edixit, tota vteretur fungereturque potestate, quam illi tribuerat Pontifex, sua quin etiam, quicquid in manu ac potestate esset, prolixè detulit. Ergo his perfunctus officiis, suum Xauerius mox opus aggreditur, cuius in excolendo seipso, & proximo, quotidianus hic ordo fuit. Tres, aut, si quando vrgeret necessitas, quatuor, nocturnæ quieti horas dabat; sed eas, ægrorum quibus ministrabat curatione sæpius

pius abru-  
culosissim-  
aut gemit-  
bat sibi p-  
relinquer-  
leproforu-  
solabatur  
expertus  
rum conf-  
tione, po-  
bum por-  
argument-  
moribus  
vibrarent  
& luculen-  
terquam  
milior, qu-  
itaque Ra-  
ces potu-  
tantæ ille-  
cierent, E-  
in luce d-  
fructus f-  
pellicum  
contract-  
stinæ lib-  
simultate  
lia quib-  
stuperen-  
Post ver-  
generis e-  
in quo  
sectabatur  
ex India  
visabat  
gandæ n-  
cederent  
vicos &  
populo  
absoluer-  
condisc-  
vt ipsum  
curreba-  
cedebat  
gebat p-

pius abruptas, quod enim Mozambici hoc & Goæ solenne fervebat; periculosissime omnium decumbenti iacere à pedibus, ut eius qualibet voce aut gemitu excitus, ad opem statim exurgeret: noctis residuum vendicabat sibi precatio, quod diurnæ occupationes vix illi ad eam quicquam relinquerent temporis: summo mane ex suo, in nosocomium transibat leproforum, quod erat in suburbio situm, adibat seorsum singulos, consolabatur dulci allocutione, iuuabat subsidio ab Lusitanis corrogato, quos expertus est semper ad quæcumque optasset liberalissimos. Sub hæc eorum confessiones audiebat, respiciebatque communi ad omnes adhortatione, postquam, si foret dies festus, sacris operatus cœlestem iis cibum porrigebat, inde se in urbem referens ad Lusitanos concionabatur: argumenta verò concionum cuiusmodi essent, quàm opportuna solutis moribus profligatissimi populi adstringendis; vi quanta intimi ardoris vibrarentur, conuersiones animorum ex iis consecutæ, re quavis certius & luculentiùs prodidere. Cum enim antea prodigio simile haberetur præterquam in Pascha, sacram mensam adire; tunc cœpit portento videri similior, qui ad illam etiam sæpius quàm mensibus singulis non adiret: suis itaque Romam ad nostros literis aiebat se si denum hominum obire vires potuisset, ac locis decem eodem tempore, confitentibus adesse, tantæ illorum frequentiæ minimè suffecturum. Cumque hos motus in iis cicerent, Evangelij effata quæ ex æternorum expressa meditatione, & clara in luce dicendo posita, eorum animis vehementiùs imprimebat, inde fructus ferebant quos solet vera, & seria vitæ mutatio edere; eiectiones pellicum ab consuetudine, atque ab ædibus; pactorum per fraudem contractorum rescissiones, restitutiones iniquè partorum; vindicata pristina libertati, quæ iniuste possidebantur mancipia, sedatas dissidentium simultates; redditam famam quibus perperam erepta fuerat, & his similia quibus breui Goa speciem induit, ad eò hesternæ absimilem ut ad eam stuperent etiam ethnici; atque hic horas ante meridiem occupabat labor. Post verò fidei symbolum feriatibus diebus populo explanabat, eo omnis generis concursu, qui contineri templis quantumvis capacibus non posset, in quo Lusitanicè cum diceret, studiosè tamen rusticum, & crassum sectabatur linguæ idioma, ut ab auditore perciperetur faciliùs, qui ferè ex India ortus, Lusitanicum purum non assequeretur. Profectis diebus visebat carcerem, docebat victos examinandæ conscientiæ ac purgandæ modum, excipiebat confitentes, idque si tunc primum ad se accederent de vitæ totius antea actæ culpis. Progressus inde urbis obibat vicos & æris pulsu quod manu gerebat, excitato ad fora & compita populo, magna voce parentes, & heros rogabat, animum religione absoluerent qua tenebantur erga liberos & seruos, eosque mitterent ad condiscenda Christianæ fidei rudimenta; quod impetrabat tam liberaliter, ut ipsimet & patres, & domini, & totæ familiæ ad eum confluerent: accurrebant ad illum & pueri semper ad trecentos, quibus ipse stipatus procedebat in templum, ubi summa credendi capita exponens, interpungebat probè viuendi monitis, & pia morum institutione, quo eius in-

E uento,

uento, nullum æquè publico profuit; nam si diuinorum, & Christiani officij planè expers fluxerit prima ætas, vti Goæ factum eatenus fuerat, sperari, nisi miraculo non potest, fore vt recti, & Dei amantem animum induant, quibus penè cum lacte infusa prauitas, cum ipsa semper ætate creuerit; his autem pueris Christiana doctrina, & sanctimonia imbuendis tantum viri Dei valuit solers ardor, vt non aliundè maiori rubore suffunderetur parentum vita licentior, quàm virtute simplici filiorum: à quibus candore puerili, sed virili studio dum carpi se ferrent, emollicbantur, ducique se ab iis ad Xauerium iubebant à quo ipsi audirent quæ ipsos pudebat interrogare à filiis. Hinc natum quod lege perpetua tunc primum sanxit præsul Albucherchus, Goæ in posterum singulis in templis, vt erudirentur pueri in rebus diuinis, quod magno nunc etiam familiarum bono obseruatur. Ad hanc viri sancti solertiam accedebat modus priuatæ consuetudinis cum facinorosis, qui nihil saperet austerum, & asperum, à quo velut à rhamno sibi metuerent; sed è contrario mite ac placidum, eoque suauius, quo essent peius animo comparati; matris planè in morem quam tenerius afficit amor iacentis ex morbo filij, quàm benè valentis; nam quorum improbitas vulgo nota, eos & adspiciebat hilarius, & beneuolentiæ singularis vrbauitibus mulcebat, conuiuiam ad prandium se illis offerens, vtrò rogans videre illorum & filios, & domos, atque aded pellices, quas aut iis cognatas, aut honesti obsequij ancillas fingebat se credere, seque ab hominibus scelestis & perditis diligi magni faciebat, haberique ab iis minimè alienus; vt si quem ipsorum clementissimus Deus penitentia factorum pungeret, is in promptu haberet, cui libenter consideret haud minori spe consolationis quàm certi remedij; vtque ipse, amicitia iure parata fiducia, vtrò se sensim in arcanam eorum conscientiam penetraret, & morbis illius faceret medicinam. Et hæc eminebat ars mirabilis charitatis, in complanandis corrigendæ vitæ difficultatibus; in excipiendis, laudandisque illorum conatibus, tametsi exilibus, sed quales poterat eorum debilitas spondere, in iungenda cum iis opera ne soli labore confessionis apparandæ, ac luendæ post illam, admissorum poenæ grauius premerentur, quibus agendi præsidis vt mirè suauibus; sic efficacibus, quos Goæ totaque Indiâ quæstus animarum collegerit, opportuniùs libro quarto scribam.

27

Primus in Piscariam insulam Fidei ingressus.

27. Sex menses non totos in emendanda Goa feliciter sumpserat, cum Deo visum illius virtuti patientiorem campum aperire, & Apostolicum ardorem ad conuertendos infideles educere; id occasione quam narro factum. Oram illam quam dixi ad ortum Indiæ, quæ à Comorino, ad insulam Manar progreditur Piscaria nomine appellatam, principio adibant negotiatores Saraceni, qui paulatim numero, armis, & re aucti Parauos indigenas longè viribus impares pergebant opprimere, dum anno tandem 1532. casu improviso, lentata diu patientia in rabiem erupit, illorumque internecione iugum insolens excutere decreuit. Rixa inter vnum ex primatiis Parauis, & Saracenum orta, facta minis adiungens Saracenus in aurem Parauis, cum auriculæ parte lacera reuulsi, quo contumeliæ

tumeliæ g  
Parauos p  
probr o i  
semel ab  
atcano, &  
dictam di  
meliori su  
fos obruit  
iurant in I  
domos eor  
fuga serua  
argenteis c  
cti iam pre  
gallicis aff  
pecudis vi  
uos fundit  
(quod pra  
pere, atque  
cium adue  
ftianus & a  
legatus in  
Rege, int  
tam eius c  
tum inter  
ab se defen  
apud præ  
ab Saraceni  
iurabant v  
lege in pot  
calamitate  
illius pop  
cim aut P  
mis qui p  
vt cum a  
exercitu; i  
stabat pau  
oram Pisc  
ros huius  
cinnensem  
& auxilia  
dem, & d  
que possit  
aureos mo  
uendum,  
Vazio In

tumeliæ genere nullum apud illos censetur indignius. Vulgatum ut fit in Parauos probrum, & sensus diuturnæ, iamque intolerandæ tyrannidis, probrum ingrauescens, ita illos confixit, ut communi consensu conuenerit, semel ab iis sese absoluere, & inimicam gentem excindere: quod auso atreano, & minimè barbaro ab iis confectum est, simulque omnes ad conditam diem Saraceni ferro sublatis præter paucos, qui se forte nihilo meliori sua in nauigia collegere, nam eos tempestas Deo vindice depressos obruit; peruadente vicina stragis nuncio, Saraceni terrâ marique coniurant in Parauos, adortique repentino incursu absque numero cadunt, domos eorum solo æquant, prædas ingentes ex iis ducunt, ac ne quem fuga seruaret superstitem, eorum capita apud confines oræ continentis argenteis quatuor proscribunt, quæ cum tam multa proferrentur ut pacti iam pretij pigeret, cœpere singula singulis argenteis hoc est quinque gallicis assibus distrahi, adeo hominibus barbaris, hominis caput quam pecudis uilius; haud tamen ualuit tam atrox, & immanis uindicta Parauos funditus delere, & oræ illius ditionem, piscationemque unionum (quod præcipuè agebatur) mauris asserere: multi se in continentem recepere, atque in iis Ioannes à Cruce, Goa illuc nuper ad negotia mercium aduectus, prudentia insignis, natalibus Malabar, professione Christianus & ab Samorino Calecutij rege aula & gratia deiectus, quod ab eo legatus in Lusitaniam, Christiana Sacra suscepisset, essetque ab Ioanne Rege, inter Christi Equites cooptatus: ad hunc Paraui conueniunt, nec tam eius consilium quam præsidium, & opem expetunt; nam deliberatum inter eos erat in Lusitanorum tutelam se tradere, ut iniurias hostium ab se defenderent, illo tantum optabant intercessore uti atque interprete apud præfectum Cocinensem, ad impetranda arma, & milites quibus ab Saracenis tuti essent, foreque hanc præbiti auxilij gratiam data fide iurabant ut sacro baptismo initiarentur uniuersi, & qua Lusitani, eadem lege in posterum uiuerent. rei tractandæ prouinciam admisit ciuis nobilis, calamitate quidem miserabilium permotus, sed magis studio augendæ, illius populi numero, ac salute, Dei Ecclesiæ. Coccinum ex iis quindecim aut Pantagitinos seu publici rectores, vel ut alij uolunt ex primis qui promissionem iureiurando firmauerant, secum duxit, effecitque ut cum arcis Præfecto in pacta mutua coirent, hinc de commodando exercitu; illinc de capessanda Christi religione: una pascisci promptis, obstabat paucitas fideiubentium, qui ut plures adessent recurrens unus in oram Piscariam, alios ad septuaginta, numero adiunxit. Præterire Mauros huius fœderis odor non potuit, communi consilio Præfectum Concinnensem per legatos sollicitant ad rescindendam Parauis datam fidem, & auxilia neganda, perfidiæ pretium proponunt, summam argenti grandem, & dona varia, sed in eo nacti animum nobilem, & vel iis quæcumque possidebat Parauorum salutem redempturum; ubi ex eo audire, etsi aureos montes ferrent, se nec latum unguem à Parauorum fœdere dimouendum, confusi abierunt: ita Paraui quinque & octoginta à Michaële Vazio Indiarum vicario, sacro fonte lustrati, accepto exercitu Saracenos

36 De vita & gestis S. Franc. Xaverij,

fugarunt, restituti sunt cum suis in possessionem Oræ legitimam; & ex Pagis triginta, ad vicies mille salutari lauacro expiati Christianis quidem accesserunt; verum nec sat edocti quid eos credere oporteret; nec quibus moribus viuere, quod deessent qui linguam callerent, & præter mercatores, vix comiteant eò Lusitani: solitudinem faciebat soli sterilitas, commoditatum penè omnium penuria, cœli squalor, externis ob plagam Indiæ totiùs æstuosissimam vix ferendus. Nihil mirum igitur tam multos vnâ baptismo tinctos, cum tam facili pretio, vitam, patriam, libertatem ab se redimi putarent, quàm erat procliuè, & obuium lauari semel, & Christianum dici: annum iam decimum tenebat hæc ignoratio, cum Xaverius in Indiam peruenit, qui ex editis Goæ documentis opinionem Vazio Vicario certam fecit, parem se fore operosissimæ culturæ ad eruderandam Christianitatem illam necessariæ, & alterum tantum ethnicorum qui residui fuerant conuertendum: qua sanè expeditione, viro sancto nulla potuit venire optatior, etsi enim impensus Goæ labor, fructus dabat vitales vrbi diuinorum tunc egentissimæ, sed iis aded non acquiescebat Xaverius, quin adducendis ad Christum ethnicis perpetuò anhelaret, expectaretque dum reipsa portandus imponeretur suis humeris ille Indus, cuius pondere toties in Europa visus esset per somnum se opprimi. Ad primam igitur Vazij de Parauis vocem, complexus est illos ingenti animo, parique modestia, totumque se Vicario Vazio ad quasuis ærumnas pro eorum salute deuouit: huic Episcopus omnia fausta precatus; huic Sosa gubernator pariter annuit; haud tamen priùs quàm socij duo, quos Mozambici reliquerat appulissent, ad eorum aduentum nauim conscendit quæ nouum Præfectum Commorinum vehebat: Et voluit Sosa copioso illum viatico profusè instruere, sed comes illi omni viatico carior paupertas, omnia reiecit, præter calceos quosdam aduersus coquentes arenas, & vile tegmen solis ardoribus defendendis: iuuenes Indos itineris, & operæ socios assumpsit duos, recens Diaconos, & Ecclesiæ ritibus à puero assuetos.

28  
Primus Xaverij in ora Pifcaria labor.

28. Milliaria sexcenta nauigando emensi, applicuere Cocinum, inde terrestri itinere Tutucurinum versus dum tenderent, locum illa celebrem in ora, in pagum deueniunt, in quo omnes ad vnum ethnici: quare velut primam auidus in prædam inuadens, interprete ex sociis vno Christum eos docere, & suadere aggreditur; sed frustra post paulum se esse intelligens, quod excusarent toparchæ metum, cuius iniussu deos mutare non auderent, Deo tamen volente obtinuit ne primus hic labor ( futuri omen ) abiret inanis, & vacuus: miracula illi tunc primum Deus subsidio misit, quorum exindè in posterum tanta illi potestas diuinitùs adfuit, vt ipse quoque miraculo esset: consuebat iam triduum ethnica femina partus doloribus tam sauis, vt morti proxima putaretur, nec cruciatibus leuandis aut preces impiæ Bracmanum Sacrificulorum, au remedia iuuabant: rei certior factus Xaverius, domum aduolat cum suo interprete, ( *oblitusque ait, versari me in terra aliena, Deum in opem vocare incipio, tamen si hoc probe memineram: Domini est terra, & un-*

Sanata ab Xaverio femina.

uerse

uerse qu  
nit, iul  
qui mu  
illam r  
Baptis  
post le  
rit; cui  
titia cu  
necessa  
tem se  
mores  
ter pra  
inuito  
fisci re  
Xauer  
pœnar  
exprin  
populu  
ctius p  
gradus  
quum  
salutis  
vnde  
ad illo  
stituer  
gos, t  
partim  
mi me  
ad ex  
Christ  
ignari  
posse  
me, r  
aliqu  
multo  
dæ pr  
nis tr  
oratio  
gina, d  
riæ m  
coact  
bam,  
dici  
diebu  
incre



uerſi qui habitant in ea) religionis elementa languenti vt poterat, exponit, iubetque ſpes certas in Deo reponere quem colunt Chriſtiani: at qui mulierculæ vnus ſalutem, toti eius ſeruando populo deſtinat, ita illam interius mouit, vt rogata num Chriſti eſſe vellet, eiúſque Sacro Baptiſmo tingi, ſe verò libenter id velle reſponderet. Tunc à Xauerio, poſt lectum ad illam Euangelium, Chriſti fonte abluta, incolumis parit; cuius prodigij euidentis admirabilitas domum omnem ſtupore, ac lætitia cumulauit, atque ad pedes viri Dei vniuerſam acciuit familiam, vt neceſſariis exulta documentis, eodem lauacro purgaretur; præcurrentem ſecutus miraculi famam Apoſtolus, pergensque victoria vt, Primores domi figillatim adire, æternitatem vitæ, & Chriſti legem audenter prædicare, pronis auribus, atque animis audiri; ſed ne illi parerent inuito Principe, arcebat damni timor, cum ecce tibi commodum adfuit fiſci regij Adminiſter tributi annui exactor: ad hunc ſuos conatus vertit Xauerius; de Religionis Chriſtianæ ſolida veritate, de felicitatis, ac pœnarum æternitate terribili, ea verborum efficacitate cum illo egit, vt exprimeret ab eo, placere ſibi Chriſtianam legem, nec vetare quin ea populus initiaretur; qua facultate Xauerius, geſtiens tunc multo rem alacrius proſequi, docere inprimis quorum erat primaria auctoritas & gradus, luſtrare illos eorúmq; familias ſacro Baptiſmate; poſt hos reliquum etiam populum, cui Primores exemplo præiuerant, Sacramento ſalutis, Chriſto & Eccleſiæ ſubiecit, ac ne qua tam fauſto progreſſui vndeuis remora fieret, dilatâ in tempus aptius, culturâ diligentiori, quæ ad illos in Chriſto formandos, & perficiendos erat adhibenda, iter vt inſtituerat Tutucurinum arripuit, indeque ſingulis tractus illius ſeu Pagos, ſeu Communitates percurrere inſtitit. Erant hi vt ante dixeram partim ethnici, partim Chriſtiani, ſed qui de Chriſtiano præter baptiſmi memoriam haberent nihil, vt qui Chriſto Sacramentum dixiſſent, ad excutiendam potiùs Maurorum tyrannidem, quàm ad excipiendum Chriſti iugum, cæterum ex æquo cum idololatriſ credendi, viuendique ignari. At enim ego, inquit Xauerius, cum iis ſolus quid agerem, aut poſſem? cum ego Cantabricum, illi Malabaricum ſonarent, neque illi à me, nec ipſe ab iis perciperet? hoc ergo conſilium inij, vt ex indigenis aliquos mecum adhiberem, qui etiam Luſitanicè loqui noſſent: cum iis multo labore, ac tempore, diuerſis congreſſibus, modum crucis formandæ primùm ex Latino in Malabaricum conuerti, & Dei vnus in perſonis tribus explicationem; deinde Fidei Symbolum; tum Dei mandata, orationem Dominicam, Deiparæ ſalutationem, præcentrationem *Salve Regina*, & formulam Confessionis Generalis. Hæc Malabaricè cum memoriæ mandaſſem, ſumpto in manus tintinnabulo, curſabam per Pagos, coactiſque quàm multos potueram viris, & pueris, diſtinctè iis recitabam, idque bis in die, per ſolidum menſem; verùm hac lege vt quæ didiciſſent, eadem tum domi familiares qui aberant, tum vicinos docerent: diebus autem Dominicis, viri, ſceminæ, pueri, omnes, conueniebant incredibili ſtudio audiendi; præcationes cantabantur, canendi exordium

38 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

à confessione vnus Dei, & trium eius personarum ducebatur, quam excipiebat magna, & clara vox recitantium symbolum. Ego deinceps articulos à primo relegens, eorum linguâ seorsum singulos repetebam; tum interrogabam ad singulos si verè ex animo certam iis fidem adhiberent, quod cum decussatis ad pectus brachiis vna omnes voce annuissent, subdebam tunc, atque ipsi mecum; Domine Iesu Christe Fili Dei, da huic primo fidei capiti, assentiamur fide firmâ, nec in ea vnquam vacillemus; ad hoc te oratione Dominica precamur; postquam, Sancta Maria, inquebant, Iesu Christi parens hoc ipsum nobis à filio impetres, ne vnquam in eo hæsitemus: ad hoc te Verbis Angeli salutamus, Ave Maria, &c. Decursis hunc in modum Symboli sententiis duodecim, fiebat ad Decalogum transitus, quem simul integrum pronuntiabamus; tum retexebamus sigillatim, interiectis vt inter fidei capita precatationibus, Pater, & Ave, nisi quod pro constantia credendi, petebamus robur benè, & ex Decalogo viuendi. Dicit non potest Ethnicis iuxta vt & Christianis, quantæ sit admirationi legis diuinæ sanctitas, & mira cum ratione consensio: præ aliis Symbolum frequentius repeto, & inculco; tum Dei præcepta: formulam confessionis generalis recitandam curo ab omnibus, sed iis potissimum qui ad Christi lauacrum accedunt; deinde Symbolum, vbi de vnoquoque articulo ex iis quæro, an verum certò credant, & cum se certò credere dixerint, Christi legem explano, quâ vna possint æternam salutem consequi: postremo denique illos Sacro Fonte bapuzo, & demum omnia, Salve Regina recitato, absoluo.] Hactenus ipse Xaverius; iam loci vnus incolis hac tam diligentia accuratone institutis priusquam in alium migraret, seligebat, ex iis qui omnium maximè quæ didicerant callerent viderenturque præ aliis moderati, & pij, eosque dabat cæteris magistros, scripto tradens quæ illos docuerat, vt festis diebus vocato populo ea repeterent, quo ritu ab se fieri vidissent, eorumque viuacem memoriam conseruarent, iisdem factas ædes committebat, quas in Pagis frequentibus, Baptismo iam tinctis extruxerat, vt inuigilarent iis custodiendis, & pro regionis tenuitate decorandis: horum autem (quos Canacopolos ab officio quod gerunt vocitabant) non est passus operam, & diligentiam suâ aliqua mercede etiam temporariâ carere, in hanc aureos nummulos quatuor mille, tributi nomine, quotannis ab oræ indigenis reginæ pensitandos, de gubernatoris assensu, ab ea perliteras exorauit.

29. Quantam porro messem animarum, quos fructus operum, quàm dignos Christianitate primigenij feruoris ex ora Piscaria Sanctus Apostolus cogeret; nec ipse satis referre valuit, fatetur enim ad Ignatium scribens deesse verba quibus id explicet. Subdit tamen illorum qui erant Baptismo lustrandi, sæpe tantum fuisse concursum, vt fracta inquit, tingendo labarent brachia, & deficeret vox, iterando Symbolo, Decalogo, monitis, quæ de officiis Christianis, de fecilitate cælesti, pœnisque inferorum, repetebam, ac de bonis, prauisque operibus quæ essent ad vtrumque viæ: vno interdum die oppida integra abluceba

29  
Quàm vberes  
fructus ex Piscaria  
Insula.

ablu  
ctar  
uini  
riis  
præ  
que  
ganc  
Eth  
pede  
eade  
fordi  
resci  
exhi  
repre  
cum  
bere  
neba  
hra,  
ferar  
ueren  
quar  
damm  
dem  
dio s  
exem  
aliqu  
vel a  
rabile  
Erat  
mitat  
pauca  
barba  
uocar  
intra  
diu d  
rebat  
fereb  
rente  
Chri  
ritiqu  
res cl  
optau  
discer  
bus v  
30.

abluebat; sola tenera ætas, quæ acceptam Baptismo sanctitatem intactam moriens ad Deum tulerat, ad mille capita ab eo censebatur. Diuinis pueri vsque aded afficiebantur, auebantque tantopere de mysteriis fidei, noui aliquid doceri, vt ei tempus, non cibi modo, somnique præriperent, verum nec ad pensum diuini officij, præberent, cogere turque ei exsoluendo captare latebras; & frustra, aded erant in iis vestigandis sagaces pueri. Concertationes etiam illorum, & prælia, cum Ethnicis, erant perpetua; venabantur idola curiosè, raptabantque ad pedes viri sancti, tam grandi numero, vt in acervos confurgerent; illic eadem omni contumeliæ genere calcata, distracta, conspurcata luto & sordibus, fœdabant, spargebantque in mare comminuta. Si quem verò rescissent, esto parens is foret, honoris aliquid Pagodi, hoc est idolo exhibere, audenter ac liberè arguebant, quæ si minùs apud sacrilegum reprehensio valeret, deferebant ad Xauerium eius nomen, qui mox cum manu puerorum in domum impij aduolans, sublatis quotquot haberet Pagodibus, puerorum ludibrio, & sannis illos, eo spectante, proponebat. Fuit quin etiam cum Christianus ab iis delatus est, quod simulacra, palàm coleret, graui offensione cæterorum: huius belluinam, feramque vesaniam, quod nec probrum perfidiæ, nec rationes commouerent, excogitauit modum quo sensum flammaram in eo excitaret, quarum iam tum cum desertoribus quos adorabat dæmonibus se ipse damnaret, misit qui faces ædibus perfidi subderent; vixque multis eiusdem lacrymis, & amicorum intercessionem cessit, vt subduceretur incendio supellex; reliquis omnibus, idolis potissimum in cinerem redactis, exemplo pœnæ iis profuturo, si quos fortè apostata spiritus sollicitaret aliquando, ad eiuandam Christo fidem. Nec erat qui obstare auderet, vel aduersus eum vi aliqua vti, quem potestas edendi miracula venerabilem effecisset, & pœna insolescentis in eum Ethnici metuendum. Erat is ex nobilitate Manaparis, adierat hominem Xauerius solita comitate rogans hoc sibi ab eo indulgeri, tantisper vt autem commodaret, pauca quædam ferenti quæ ab eo audiri, plurimum interesset; sed hunc barbarus ferox, nec aspectu dignatus, foribus exclusit; agresti respõso prouocans, tantumdem sibi ab eo vt fieret, si quando ad fores eius Ecclesiæ intraturus venisset. Votum inurbanum, & impium ratum facere Deus non diu distulit: paulò post, subita armatorum manu à quibus ad necem quærebatur, in fugam actus, quæ ad salutem restabat sola, concitato ad templum ferebatur, prouocationis nuperæ immemor; insequuntur & premunt currentem clamore ac telis inimici; qui diuinis in templo dabant operam Christiani, armis, clamoribus, fugientis terrore & ipsi exterriti, veritque direptionem templi, aut grande quid mali hoc tumultu parari, fores claudunt, misero tantum non limen subeunte; quare templo vt sibi optauerat exclusus frustra ad opem vociferans, crudelitatem hostium discerptus expleuit. Deo illatam seruo suo contumeliam, illorum manibus vlciscente.

30. Ipsi quin etiam Bracmanes, quorum occulta flagitia, & arcanam

Doctrinæ

29

Cōtumeliosus  
Xauerio ethn-  
nicus punitur  
diuinitus.

30

40 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

30

Bracmanes  
qui eorū Dij,  
religio, scele-  
ratissima vita.

Doctrinæ perfidiam publico odio exponebat, utcumque in illum afficerentur interius, venerabantur tamen, vel metu vel reuerentiâ tanquam sanctum, multâque in eum benevolentiam præferbant. Est Bracmanum genus apud Indos, & summè nobile, & præ alio quouis reuerendum, suis enim illis ex veteribus fabulis profitentur se satu diuino progenitos, & illam hodièque paterni sanguinis à Diis puram venam, sincerâque se ducere, nec est inter illos adeò vilis, & mendicus ut sceminam alterius quamquam regij generis suo coniugio dignetur: quem porrò stirpis suæ auctorem Deum iactent, retexendum est breuiter ex Theogonia ipsorum. Deorum itaque supremum faciunt Parabramam quendam, quod sonat apud illorum Sapientes, omni ex parte perfectum, rerum omnium fontem, existentem ab vno se, nullo alio authore: hunc vero liberum à concretione, cum sub hominum sensum venire non posset desiderio captum ostentandi sui, ut semel aspectabilis fieret, hominem fieri voluisse, atque hoc eodem desiderio filium concepisse quem ore pepererat, & Masum vocarât: post hunc alterum, quem pectore edidit: inde etiam tertium qui ventre prodierit; hunc quidem Bramam, illum Visuum dixisse: hac prole triplici in lucem edita, in locum beatitatis suæ redisse, seipso ut ante fruiturum; prius tamen suo, filiis singulis in patrimonium assignato cœlo ac priori quidem contiguum sub paradiso cœlum tradidisse, cum summo in subiecta elementa imperio, ut ex iis corpora pro arbitratu componeret. Visuo alterum cœlum assignasse cum potestate administrandi mortalibus iuris, & quacumque pressis necessitate succurrendi. Bramam denique tertio donasse cœlo, cum præfectura Sacrificiorum, rituum, omniumque ad religionem spectantium. Hos verò tres vnus corporis idolo tricipiti affingunt Deos, ut eadem ex stirpe ramos tres ortos significant; atque hi habentur in pretio, hi vocantur in preces, & in opem, nam Parabrama totus in sese collectus, suaque felicitate inuolutus inferiora hæc negligere creditur. Visnus igitur, inquit, millies in terras delapsus est ad instaurandas res hominum conuulsas & laceras, sed semper mutata specie, animantium diuersarum, vel mutilorum ac deformium hominum, quæ fuit Pagodum origo, deorum scilicet minorum, de quibus spurcissimas, & sceleratissimas metempsychoses fabulantur. Postremò Bramam cepit quoque cupido generis propagandi, factoque in hæc nostra descensu, stirpem Bracmanum progenuit quæ infinito numero aucta est, ac licet omnes, natalium eadem ornet nobilitas; sed gradus varios in iis auorum claritas distinguit de gestione munerum illustris, quæ in successorum familias transeunt. Bracmanes ferè sunt, Indorum Reges; diuinis iuxta & humanis præsent, regiisque insignibus Bracmanum etiam notas iungunt, de quibus, & aliis ad religionis quam iactant stoliditatem spectantibus occurret aliàs commodiùs scribere.

31

Bracmanum  
auctoritas  
fraudibus  
quæ sita, &  
hypocrii.

31. Nunc iis ea est viuendi ratio, ut licet egeant, & opificio victum querant, verum ob cœlestem quam fingunt originem, & pro semi-Deis obseruentur, & pro Sanctis ob legem qua seuerissima, etsi reges fuerint,

tenentur,

tene  
& fru  
cœlo  
tura  
depug  
storit  
meri r  
pugna  
impud  
illie fe  
buria  
exerce  
tio, D  
lorum  
vendu  
proie  
est per  
nes ed  
ex iis  
escule  
Deo f  
mirific  
tantur.  
ne ab  
flabili  
versipe  
orbe t  
quo ca  
verò c  
sterilit  
discess  
famili  
eorum  
dum c  
nemo  
cludun  
omne  
trunco  
in vrb  
à quib  
quid n  
cens h  
& rup  
ration

tenentur, abstinendi se carne, pisce, & animantibus, lacte solo, herbis, & fructibus victitandi. Caterum gentem sceleratiorem vix ullam sub cælo reperias; & si nullos Bracmanes habeat India, idololatram habitura sit neminem, vt scribit Xauerius cui fuit multum ac sapius cum iis depugnandum; potens apud reges eorum gratia; apud populum auctoritas; mille artes fallendi; coniuratissima inter se consensus; numeri multitudo, ipsèque ad eum apud Christianos nundinatus fauor, inexpugnabiles faciunt & aduersus Christum pro sua veteri superstitione impudenter audaces. Alebat Goa eiusmodi luem, sua illic sacra, ritus illic festorum suorum, coniugia, funera obibant palam, etiam viuicomburia vxorum cum maritorum cadauere; denique liberè idololatriam exercebant, & in eos, aiebat Xauerius, aptè quadrat illa Davidis precatio, *De gente non sancta, ab homine iniquo & dolofo erue me*, Pascuntur idolorum sumptu; quam versute, ac vafre decipiunt, tam opime pinguescunt; vendunt pro mysteriis fabulas, quicquid fraudulenter cerebro cuderint, proiectè prædicant, dum ne à credulis sine lucro abscedant. Inter illa est persuasio, quàm simpliciori populo illudunt, Pagodes perinde vt homines edere, verum de cibis sibi apposis, probè conditis & calidis, solum ex iis qui expirat florem naribus ducere, quod inde superest non tam esculentum, quàm esculenti cadauer, & corticem esse; id autem, nempe Deo sacrum, solis sibi ad victum cedere, eo suas alunt familias, & quod mirificè attollunt, vnis ciborum affectionibus, seu accidentibus sustentantur. Pagodes effingunt, capacissimi ventris, & Gigantum in molem, ne ab cultoribus credantur paruo esse contenti, præsertim subtili, & stabili, quod vnum ex cibis haurire illos dicunt. Quamquam de hac sua versipelli fraude etiam mysterium fabricant, Diis videlicet, cum nihil sit orbe toto maius, statuendos esse quàm procerissimo corpore: quod si quo casu accisa & rara decurrant munera dicari Pagodibus solita; tum verò circum vicina cursare, denunciare illorum iras, minitari pœnas; sterilitatem, pestilentiam, bellum ab iis intentare, vel eorum præ fame discessum quibus stolidi plebs miserè territata, egere mauult cum suis familiis, quàm Deos suos cernere tristiores, aut perdere, & Sacerdotes eorum macilentos. Bracmanum alij vitam in Cœnobiis agunt, interdum centeni; alij Iogorum nomine antiquæ anachoreseos simij, auia nemorum, & cauernas captant; arborum cauo, vel ferreis caueis se includunt; vel sub dio soli, procul degunt ab omni consuetudine, ad omnem æstus, & frigorum iniuriam nudi; cum certo annorum spatio truncorum instar, stultis occalluerint malis, & ferino aspectu euaserint; in vrbes tunc redeunt, vel peregrinantur vagi, seque populis ostentant, à quibus tanquam cælo missi magna excipiuntur veneratione. His quicquid nefarium vel ira, vel insana libido, vel demon suggererit, innocens habetur & ab culpâ purum, nec aliò planè illa spectat, vitæ in syluis, & rupibus feritas, quàm vt inde prodeant exleges, omnique prorsus rationis, & naturæ iure absoluti: Et verò ita viuunt vt videantur desertà

42 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

ex solitudine maiores humanis videri voluisse, quò post in frequentia urbium per omne flagitiorum execrabiliū dedecus peiores bestiis viuerent. Quasi ad hoc tot annos coërcita fuerit voluptas, vt diurnam fame proritata, nullo sensu pudoris, conscientia, aut metus in omnia scelera rabiosius debacchentur. Nemo enim miratur, nemini offensio- nem creat quicquid, alioqui nefandum patrauerint, cum nullis putentur peccatis obnoxij, eorumque probrosa facinora meritorum premia censeantur. Venire quin etiam in partem illorum dedecoris & turpitudinum; ab iis conuicio, iniuria, vulneribus peti, quamuis lethalibus, pietatis & sanctimonie quæstus est: hæc viuunt Bracmanes; docent verò nihilo saniora.

32

Arcana  
Brachmanū  
à Christianis  
ducta, & cō-  
trariis dog-  
matis fœda-  
ta.

32 Dant fateor literis operam, academias habent, auctoresque anti- quos, & libros poeticos ex palmæ foliis compactos: (quæ Indorum est carta) hi Philosophiæ naturalis, ciuilibus, ac diuinæ continent do- cumenta; quæ si susceperō enarranda, vagabor extra propositum lon- gius; quanquam sunt aliqua publicæ curiositati minimè iniucunda, Deum vt vidimus primam vniuersorum agnoscunt causam, motores, & præsidēs naturæ totius genios, orbem conditum, animos immortales, pœnas, & præmia post mortem, vitæ probæ aut improbæ debita. Quæ fermè creduntur ex prisco Codice deprompta, quem S. Thomæ discipu- lus scripserat; sed his paucis de alieno veris, falsa sua tam multa per- miscent, vix vt vnum ex mille sincerum efferant, cum sibi quisque fas autumet, quantum valuerit fingere, quicquid libuerit docere. Haudqua- quam tamen in iis rebus hoc audent, quas de futura post hanc vitâ, & de Deo norunt, sed has inuiolabilis arcani Sacramento premunt, nec licet vel ipsis Doctoribus, nisi apud Doctores de iis agere. Ad extremum desinunt omnia in magicas incantationes ( quarum sunt Magistri admo- dum solertes ) in sacra dæmonum, in noua quotidie Pagodum simulacra, quæ caudata, cornuta, aspectu terribili, fœdâ membrorum conforma- tione, inducunt, plerumque belluina: sed quanto portentosa, tanto po- pulis sanctiora. Iam transmigrantium errorem animarum, turpitudines sequuntur nefariæ, solâ enim figurâ ab animantibus putant homines differre; ex quo illa item apud eos omnis generis bestiarum nosocomia sumptuosa, in quibus ægrotæ magna sollicitudine curantur. Sed nihil apud Indos augustius, nihil vaccâ religiosius; ipsi quoque Reges diuinitatis huius stercorebus pigmentorum vice se illinunt, iisdem incru- stant parietes, & solum inspergunt veluti balsamo, cuius odore incorru- ptum aiunt seruari animum & à palatiis principum, ædibusque priuatis omne infortunium arceri: beatus verò quem asperferit Bracmanes ci- nere, de vaccæ ossibus confecto, quam sua manu cremauerit; sed longè nimirum beator, qui vaccæ caudam tenens animam efflarit: hoc sum- mum apud illos peccati omnis piaculum, hic funis, qui eductam è cor- pore animam, in vaccæ corpus, si digna fuerit, inducit; nisi enim viris præstantibus, id non conceditur, & hoc vitæ vel magnâ sanctitate, vel  
mortis

mortis  
hinc &  
ratio e  
furiosa  
per Urb  
in vacca  
lirent,  
pugnan  
tenui p  
quentiu  
quemq  
vnum,  
tam diff  
quos su  
cauerit

33.  
rè agn  
mendac  
vel ipsi  
id inuol  
Narrat  
illorum  
officij  
loqueb  
læto vt  
salutati  
que sibi  
quisque

34.  
dogma  
quem  
octoge  
sibi par  
ludere  
edere r  
quâ sibi  
Christi  
planè,  
qui prin  
proposi  
obmutu  
compon  
bus Di  
meritum

mortis generositate promeritis. Hinc præcipitij vltro dei de rupe, hinc & viuicomburij vsus, & voluntaria membrorum distractio, laceratio carniū in frustra, & comminuendi corporis sub rotas currum furiosa proiectio, dum Pagodes saxei maiores circumuehantur curribus, per Vrbiū compita: & aliæ necandi sui rationes ad obtinendum iis artibus in vaccæ corpore, animæ suæ locum; cum tamen stolidi hoc etiam delirent, quod cuncta necessitate ineluctabili agi putent. In hac expugnandâ natione Braçmanum sceleratissimâ, magno diu labore, tenui pretio sudauit Xauerius, nullaque vi disputationum cum iis frequentium, nullis miraculorum prodigijs coram editorum, emollire quemquam ex iis valuit ad obtemperandum Euangelio Christi præter vnum, etsi fraude illorum deprauatos, Christo adiunxerit infinitos: tam difficilis est, ac propè desperatus diuini luminis in oculos aditus, quos suæ potiùs peruerfitati incoctus animus quàm mentis error cæcauerit.

33. Eò quidem ipsius argumentis arctabantur, vt suam clarè agnoscerent faterenturque, tum impietatem morum, tum doctrinam mendacem fraudulentamque vanitatem; at nec propterea sacrilegio vel ipsi absistebant; vel eos ab eo reuocabant, quos suis fraudibus in id inuoluerant, & quorum æternâ salute gulæ suæ ac ventri litabant. Narrat ipsemet Xauerius cœnobium dum præteruehitur, in quo illorum ducenti viuebant, conuentum se ab iis non paruo numero, officij specie, aut quòd videre auerent hominem de quo magnificè fama loquebatur, seu vellent placatum habere quem metuere cogebantur: læto vt semper, & amico vultu excipit adeuntes; cumque post mutuas salutationes confedisent, de re animi summâ sermonem inicit, rogatque sibi ab iis indicari, quid ipsorum Dij, præstandum edicerent, vt esset quisque post hanc vitam beatus.

34. Certatum inter ipsos diu, quis omnium nomine responderet, seu dogmatis sui sequestrum volebant; quem dignitatis auctoritas, seu quem doctrinæ copia commendaret; delatum denique anno so senio octogesimo prætergresso: at hic non imperitè auguratus, creditas sibi partes in suum dedecus versuras, piam artem Xauerij, veteratoriâ ludere sategit, & ad Xauerium, Decet, inquit, externos rerum priùs suarum edere rationes quàm ab aliis eam quærant: quo nostri Pagodes præmio, quâ sibi gloria homines auctorent, libenter dixero, si priùs ex te audiero, Christianorum Deus quid ab iis petat, vt felicitate suâ illos donet. Imò planè, infert Xauerius, vafre occurrens declinationi, imò decet ei qui primus rogauerit, huic primùm responderi: hæsitque firmus in hoc proposito, responsum silentio expectans: & hic demùm senex ne obmutuisse videretur, ad magnam grauitatem, altamque prudentiam componens sese, magno verborum pondere, duo esse respondit in quibus Dij futuræ gloriæ, societatisque in cœlo secum æternum beatæ, meritum posuissent, & quæ ore proprio imperassent: alterum erat vac-

33  
Obstinatissimi  
Brachmanes,  
in errore  
& flagitijs.

34  
Ireus Xauerij  
conatus  
in Brachmanum  
duorum  
conversionem.

44 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

carum cæde abstinere ; alterum Braçmanes Pagodum ministros liberali stipe demereri. Adplausere illustri senis delirio cæteri ; cæcitatæ miseris Xaverius lachrimas reddidit ac tam effrontis nequitia acri dolore confixus est : quare ultro, iussis adhuc vt erant, tantisper sedere, assurgit claraque, & contentâ voce, fidei Symbolum, & Dei mandata pronuntiat, cum suâ cuiusque breuissimâ explicatione : indè quid Paradisus ? quid inferi ? horum quot, quàm atroces pœnæ ? quanta illius, & qualis gloria ? quibusve promeritis paranda ? pœnarum verò cum malis dæmonibus ( quos Pagodum colebant titulo ) quàm horrenda æternitas ? quæ tanto ab iis audiebantur attentius, quantò nunquam priùs audita ; vixque desierat, cum omnes ad eum accurrere, amplexum illius petere, Christianorum Deo prærogatiuam veri Dei tribuere, vt qui legem dedisset tam consentaneam rectæ notæque rationi ; deinceps verò certatim ponere de quibus quisque dubitabat : satisne liquido constaret de animæ immortalitate ? an cum hâc vitâ vanesceret ? aut si vitæ superstes erat, quâ parte corporis foras erumperet ? cum in somnis videmur in regionibus longinquis amicos alloqui, sîne illic reipsâ tunc animus ? sîne in eius potestate, ad breue id temporis, à societate membrorum se se eximere, post paulum ad eam redire ? ad extremum post multa eiusmodi, cuiusnam coloris Deus sit ? quæ lis inter eorum Theologos magno strepitu vertitur, asserentibus illi Mauris nigredinem, quòd ipsi scilicet nigri sint ; aliis verò qui sunt albo colore albedinem : itaque Pagodes effingunt vt plurimum nigros ; eoque sæpius vngvine obducunt, cuius graueolentia, & nigrore, nauseam pariunt & horrorem. Itiusmodi quæsitæ sic elucidauit Xaverius, & rationibus tam aptis homines diuini, humanique rudes adedò expleuit, vt mirè sibi ab eo factum satis laudarent, multasque gratias agerent. Verum enim verò sementem videns tam commodè factam, de messe mox, quam à Principio spectarat intulit, sacrosanctæ nimirum religionis cultu lætis animis capeffendo, nec fore in posterum eius clarè perspecta sanctitate, ac necessitate, vt ignorantia excusatione sempiterni pœnas supplicij ab se depellerent : at ipsi hoc idem, inquit Sanctus, quod hodièque complures inter Christianos, languidum illud retulerunt, quid dicturi sunt homines, & cuiusmodi vulgò de nobis sermones dabimus mutatione tam subita ? Vnde porrò nobis desertis Pagodibus victus, quorum annonâ & stipe vescimur ? ita quod ferè vsu venit, veri, sanctique agnitio crimen auget, ac pœnas mortalium, vitæ huius breuissimæ commoda, & famam ardentè magis depereuntium, quàm æternæ. Haud multò feliciùs illi cessit cum alio quodam, sed insigni Brachmane colloquium. Erat hic planè non indoctus, vt qui à puero in celeberrimâ orientis academiâ, nauarat operam censebaturque inter illos quibus vnus creduntur quæ diximus arcana, de Diuinitate, præmiisque immortalibus, ac pœnis operum. Videre alter alterum optabat, ac de mutuâ doctrinâ rescire. Verùm vlteriùs tentabat Xaverius, an possent in eo magistro, discipuli salutariter expugnari,

qui

qui prop  
tibus sal  
manes q  
animi est  
eius in a  
non esse  
seruitus  
haberen  
rentur qu  
nunc, &  
secreti f  
satisque  
Academ  
gamiam  
tabulis p  
que leg  
cissim p  
æternu  
lege hæ  
quod c  
exordic  
perspic  
fonte r  
fieri Ch  
gnum r  
stianæ  
Xaveri  
uitque  
debatu  
ginq  
nec vl  
doctur  
vt ipse  
ergo ta  
manen  
induce  
dam e  
boni a  
Pagod  
noris:  
pueri  
audieb  
riem,  
rum a



qui propè ab omnibus pro oraculo audiretur. Obitis ergo inuicem partibus salutandi, ab utroque statim, illatus de diuinis sermo: & Brachmanes quidem (quo instinctu nescitur) ea illicò in sanctum propensione animi est abreptus, ut quæ iurata religione semper celauerat, cuncta eius in aurem effuderit. [Primum idola præter dæmones nihil esse; alium non esse, præter vniuersi conditorem Deum, cuius in cælo regnum, cui seruitus, & adoratio deberetur vni, cuius cultui honoratum sacrumque haberent diem Dominicum, sapientissimi quique inter ipsos; veneranturque hæc solum precatiunculâ. Ego te, ô Deus, tuâ gratiâ adoro, nunc, & in æternum; quam apud se submisse recitarent, ne contra datam secreti fidem perciperetur ab aliquo: addidit etiam præcepta decalogi, fatisque commodam ad singula explicationem: nec dissimulauit, in Academia in qua fuerat eruditus, incantationum haberi scholam, polygamiam, si minùs legi, at saltem naturæ priuilegio tribui: antiquis eorum tabulis prædici, fore aliquandò ut mortales omnes viuerent vnâ eadèmq; lege.] Quæ mysteria Brachmanes, vbi Xauerio commisit, ex eo vicissim petiit quæ ipse teneret recondita, ac ne quid celatum se vellet, æternum eorum promisit silentium. Ego vero inquit Xauerius, non aliâ lege hæc efferam, nisi acceptâ fide te illa palam passimque vulgaturum: quod cum facturum recepisset, ducto Xauerius ab hac Christi voce exordio; *qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, tam dilucidam perspicuamque illi fecit Euangelij veritatem; & necessitatem de sacro fonte renascendi ad eò persuasit, ut peroranti manus daret, rogarèque fieri Christianus. Sed occultus, iisque conditionibus quæ tanto indignum munere effecerunt quòd essent à fidei sincerâ libertate, & Christianæ vitæ sanctimoniâ alienæ. Voluit tamen illa Christi verba cum Xauerij explicatione scripto sibi tradi, vnâ cum fidei symbolo, narrauitque in somnis obiectam speciem, quâ incredibili sua voluptate, videbatur sibi baptizari, & Xauerio comes Euangelicæ prædicationis, longinquas adire regiones, sed quicquid id fuerit, exitu omninò caruit; imò nec vllis ab sancto Apostolo adigi precibus valuit, sponderet saltem, docturum se populos adorationem vnius Dei omnium conditoris, ne, ut ipse aiebat, præfocaretur à Dæmone si fidem secreti falleret. Postquam ergo tam certò comperit vir sanctus obfirmatum in suâ perfidiâ Brachmanem conuinci posse, mutari non posse; ab errore abductum, velle inducendis in errorem aliis pergere; quod restabat vnum ad traducendam eorum perfidiam conuertit animum: esse illos nimirum veri ac boni apprimè conscios; secretò fateri, religionem suam esse sacrilegam; Pagodes dæmones; deorum venerationem, captationem lucri, & honoris: ita illos paulatim in odium populi, ac ludibrium coniecit, ut etiam pueri sua illis per iocem flagitia exprobrarent, & quò nihil acerbius audiebant, iusiurandum celandæ veritatis, & confictam Pagodum esuriam, hoc est ipsorum ingluuiem Brachmanum: cadebat his sensim illorum auctoritas, defluebant clientes, arebant dona & sportulæ; cùmque

46 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

iras Deorum propterea minari rabie occurrent, denuntiarentque pestilentiam, sterilitates, terræ motus, & quicquid furor, venturæque suggereret; notis iam palam eorum artibus, pro veteri metu, & placaminibus, sannas iis & risus populus referebat. Fuitque prorsus grande miraculum virtuti Xaverij tantum aut honoris, aut metus tam constanter servatum, ut nequissimæ bestię nullâ vnquam in illum vi aliâ vsi sint, nisi modestiæ, ac precum, quibus sibi placatum redderent, ac sui miseratione permouerent. Frequentare ergo illum assidue, & quasi hoc solo satis sibi fieri putaret, reuocare in mentem, eadem cum illo persuasione fidei viuere, vnum nosse Deum, quem essent pro ipso rogaturi, tantum ne vltro miseros vexaret. Pagodum commentum, haudquaquam ut ipse vulgabat, improbitati animi tribuendum, sed naturæ, atque egestati; fame alioqui cum paruis liberis, & decrepitis patribus perituros, locorum inopiâ victum tantæ multitudini negante, nisi eum Pagodum gratiâ quærent. Quid enim ex suâ, quidvè vxorum, filiorum, & parentum morte reditum esset ad Deum commodi? quid verò incommodi, si magno merito pietatis ipsi ab indigenis alerentur? Missa quoque ab iis, ingentis pretij ad illum munera, vniones, pecuniæ, & si quid magis lectum inter Fanorum donaria tulissent. Verum Xaverius nec auditu preces, nec aspectu munera dignatus, remittebat semper salubri aliquo, acrique monito aspersa, malo exitiabili duplici, & pereuntium, & perdentium simplicem populum, accommodato.

35  
Quanta Xaverij vitæ asperitas in ora Piscaria, quæ de cælo voluptates.

35. Quibus autem sapor veræ sanctitatis, & rectè agendi non esset omninò peregrinus. Xaverio cum iis composito, Brachmanum vita execrabilis euasit. Xaverij cibus mendicato rogatus idem qui pauperum, oriza tosta, & aqua limpida, & si quid interdum sibi indulisset, piscium aliquid fame vnâ conditum: lectus aut in piscatorio mapali; vel humi sub aperto cælo: acceptam enim cum Goæ conscenderet à Governatore culcitam pauperi dederat, quem primum habuerat obuium; calceos verò contra vrentes arenas admissos, aut dedit similiter in stipem, aut eius in pedibus arserè, constat quidem nudis pedibus iacessisse; at ne aut illic ardorem ignitæ arenæ, aut in Iaponia, spinarum sentiret punctiones, obstabat itinerum causa, ærumnas omnes diluebat præceptus animo quæstus pereuntium animarum: labores verò in Parauis colendis positos fatetur ipsemet fuisse insuperabiles; naturæ videlicet, nam peccus robore obarmans caritas, nullis perpeffionibus cedebat. Mitto conciones, Institutiones rudium in fide, baptizandorum numerum, & confidentium Christianorum millia quadraginta incubuisse illi vni: lis nulla mouebatur, nullum surgebat dissidium quibus componendis non adhiberetur, quæ cum nullo sine ac modo nascerentur, horas assignauit pomeridianas, quas in audiendis barbarorum seu rationibus, seu magis confuso querelarum tumultu ponebat, pari charitate & patientiâ, conciliabatque altercantes, ne ut erant manu promptiores, ab iurgiis ad arma profilirent. Nemo ægotabat, quin eum accerseret, qui cum & multi, & pagis

pagis lon  
folatio,  
adundis  
ed conf  
in Parau  
cælo, mu  
fomni qu  
stium exa  
vitam tra  
nam bon  
desiderio  
summi b  
mæ patr  
bus quod  
vocandi  
iucundu  
inter isto  
cius istas  
dere, tra  
est, viue  
36. D  
sanctus i  
potenti  
ea fuit ac  
retur; e  
gitur co  
diuina b  
impugn  
Christia  
verumq  
illos stip  
remedi  
quemcu  
Apostol  
essent,  
ctis; D  
eos diu  
quos ac  
vt tutò  
effigie a  
secum t  
gorum  
prodeff  
Dei ma

pagis longè distitis habitarent,angebatur animo vehementer,quòd vnus solatio, & ope adesse omnibus non valeret; quare noctium partem ad eundis iis dabat,& vbi cumque quis in lucem venisset, vel ex eâ exisset, eò confestim ad baptismum, & funus accurrebat. Ac fuere hi quidem in Parauorum culturâ, sudores Xauerij, & contentiones, sed quibus de cœlo, multo diuersissimum leuamen suggererat Deus ab cibi quem dixi, somnique parsimoniâ cui assueuerat: tanta enim illum deliciarum cœlestium exaggerabat copia, vt inter beatos beatus agere, nō inter barbaros vitam trahere videretur: cogebatur nihilominus sapius interpellare diuinam bonitatem, ne vellet sui esse tam prodiga, & cruciabatur amore ac desiderio pulchritudinis immensæ, sed procul distitæ; ac promulside summi boni sed nondum possessi: sic ille de se, alium assumulans, ad animæ patrem scribit (quo nomine compellat Ignatium) De his regionibus quòd dicam non habeo, nisi eorum qui Infidelibus ad Christum vocandis dant operam, esse tam liquidas voluptates, vt si quid est in vitâ iucundum, hoc vnum planè sit, nec rarò contigit audire me hominem inter istos Neophitos cursare solitum, exclamantem, parcius, ô Deus! parcius istas animi tantas delicias, aut eas si lubet tam larga manu profunderè, transfer oro me illuc, vbi te videam; instat enim grandis tormenti est, viuere, nec tamen te videre.]

36. Duobus his quæ attigi præsidis in conuersionem oræ Piscariæ vir sanctus incubuit; agendi efficacitate, & virtutum exemplo. Tertium eò potentiùs, quòd inter homines rariùs, potestas edendi miracula, quorum ea fuit admirabilitas, vt homo cœlestis, ab ethnicis quoque passim vocaretur; ea multitudo, vt quod in testimoniis publicis eius sanctitatis legitur consignatum, ingens possent volumen conficere. Videbatur enim diuina bonitas (scribit ipsemet Sanctus) immisissis morbis illos populos impugnare, vt vel inuitos sibi addiceret, expertique discrimen inter Christianorum Deum & Pagodes Brachmanum, præpotentem illum verumque agnoscerent, cuius imploratâ clementiâ, repentiè curabantur; illos stipites esse, & latibula demonum, apud quos nullum malis suis remedium assequi poterant, quod inter Parauos erat adeò notum, vt quemcumque etiam ethnicorum, tentasset grauior valetudo, mox ad Apostolum, sanitatis & baptismi causâ confugeret. Sed eo numero cum essent, vt vnus par esse omnibus non posset, tot ac tam inuicem disiunctis; Deo visum quam impertierat seruo suo Curationum gratiam, in eos diuidere, quibus suas vices committeret. Erant ij ex indigenis pueri, quos aquis diuinis tinxerat, & erudierat tam ritè primis fidei elementis, vt tutò possent alios docere: horum vnum precatóriâ coronâ, crucifixi effigie alterum, alium thecâ reliquiariâ, alios aliis quæ consueuerat secum ferre, confidenter armatos, in diuersa spargebat, vbi cumque pagorum, & mapalium iacerent ægroti; eò vt venerant, vt vnus salus prodesset quàm plurimis, vicina cogebant; tum fidei symbolum, post Dei mandata coram sapius iterabant, etsi quid præterea de Christianæ doctrinæ

36

Miracula  
Xauerij in  
ora Piscariæ.

doctrinæ principiis, tenerent memoriâ. Indè quærebant ex ægrotis, certone Christo, atque ex animo crederent, vellèntque salutis lauacro ablui, qui cum se integra, & sincerâ mente id velle retulissent, admouebatur iis à puero corona, vel simile aliud, cuius attractu benefico sanabatur corpus, post verò animus expiatur Xaverij manu, qui propterea corona Virginis suoque alio priuatæ pietatis instructu ferè semper carebat, quod esset perpetuò in puerorum manu edendis miraculis occupatus. Rosarij quidem ex quo prodigiis virtus claruit manifesta, vix vnquam contigit vt illud reciperet, nisi vno ex pago ad excolendum alium transiturus, cum esset solitus illud initio de collo suspensum gestare. Adfuere quandoquè confertissimum populum docenti, à Manapare anhelis, tristisq; nuncijs, rogantes eò se quamprimùm conferret ad expellendum, cacedæmonem, à quo diris modis conscerpebatur ipsorum Dominus: at is arrogantem spiritum dedignatus, nolensq; illius fugandi causâ, rem tanti omittere, vel differre; docendo perstitit, donec dimissâ concione, pueros aliquot eò misit, tradita iis cruce quam ad pectus gerebat, vt ereptum irent arreptitium illum ex Dæmonis vnguibus, traxit multos cum iis expectatio euentus, locum subeunt vbi magnis vluatibus, ac furiis agitabatur miser, impurissimo spiritu indignante expulsionem sui, non magno aliquo Apostoli sancti molimine, sed puerorum balbutie, proximè futuram, & patebat certos indubitati exitus venire pueros, & conficiendi quicquid iis bonus Pater mandasset; nam cum soleat illa ætas, insanis eiusmodi ac furialibus terri spectaculis, ipsi è contrario, absque vllò metu circumstare rabiosum, ad eò contemptim, vt canem non cacedæmonem fugaturi, decantare alacriter solemnes suas preces, tandèmq; hostem audenter cogere, vt cruci osculum figeret, ac statione iniqua cederet; cessitque statim malignus occupator non modò corporis quod inuaserat statione, sed complurium animarum, quibus indè perspecta crucis adorandæ contra dæmones virtus, religionem veram persuasit. Hanc tulit Xaverius puerorum manu victoriam; quæ sequitur non tam virtute miraculi, quàm miraculo virtutis, tota illius est. Ibidem Manapare, aut verò propiùs Comorino, stipis aliquid à mendico rogabatur: erat is toto corpore vlceribus lacer, & sanie diffluens, sibi vix ferendo alijs ne aspectu quidem. Seducit miserum seorsùm vir sanctus, corpus vt erat, instar vlceris vnus, diligenter lauat, eamque eluuiem purulentam, obseruantibus tacitè duobus ciuibus, ebibit magnam partem, stomachi prorsùs heroicâ, suique violentiâ; demùm genibus flexis Deum silentio precatur, sed opus nihil fuit prolixis precibus ad impetrandam mendico sanitatem, cui tantæ virtutis excellens meritum illam contulerat, curatione siquidem repentinâ, veluti derasa corpore scabies simul conciderat, momento coierant vlcera, & Deum, eiusque famulum celebrans, pulchrè valens abscessit? Quod huic non vni, sed eadem virtute impensum multis beneficium, testantur auctoritates publicæ de sanctimoniâ Xaverij conscriptæ, dum

aiunt

aiunt sa  
 raque e  
 sed acci  
 humanit  
 nere tran  
 rio reuer  
 critate, r  
 turam: c  
 iussit, v  
 sitanti, r  
 manu se  
 sed etiam  
 vicitque  
 eos anno  
 Etsi aute  
 sui Apost  
 donauit  
 confecti  
 tandis pu  
 gratiæ in  
 debebat  
 stas insol  
 Vnum in  
 centulo,  
 clericoru  
 procul P  
 quietem  
 autem I  
 vero ser  
 hic intrâ  
 huius ge  
 duo ad se  
 teriit, n  
 frustra ex  
 sam de p  
 batur sul  
 magnis v  
 imò neq  
 nec enin  
 genu fle  
 lu, & tu  
 prehens  
 viuens,  
 petierit

aiunt sapius vlcera fistulosa , & deformes plagas suâ manu lauiffe , e-  
 tâque eâdem quâ lauerat aquâ confestim sanasse. Minoris huic stetit,  
 sed accipienti non minoris fuit , quod in Punicali, hospitis sui Indi piæ  
 humanitati reposuit. Excipiebat is Christi Apostolum quoties ex iti-  
 nere transisset, & quem pro sancto obseruabat , prosequeretur ministe-  
 rio reuerenti; tres de vxore tulerat filias , & suâ tenui contentus medio-  
 critate, nihil desiderabat præterea nisi masculam prolem, sibi solatio fu-  
 turam : quod cum aliquandò insinuasset viro Dei, esse illum bono animo  
 iussit , votique spem magnam potiundi concipere : at nihilo seciùs hæ-  
 sitanti, rogantique vt in spei pignus, suum Francisci nomen suâ scriptum  
 manu seruandum traderet ; non modò simplici pietati morem gessit,  
 sed etiam addidit , certò fore , vt illum Deus optati compotem faceret,  
 vicitque successus tam promissi fidem, quàm vota postulantis; intra pau-  
 cos annos tribus masculis auctus est, æquato cum prole feminea numero.  
 Etsi autem hæc erant admirabilia , documentis tamen illustrioribus serui  
 sui Apostolatam corroborauit Deus , cum per eum defunctis vitam re-  
 donauit ; hosque multos in ora Piscariæ fuisse in actis legitur publicè  
 confectis , licet extet paucorum distincta singularisque memoria. Exci-  
 tandis profectò animarum tot millibus ex peccati morte in vitam diuinæ  
 gratiæ insudanti , & immorienti , hoc vel antidotum , vel honorarium  
 debebatur , vt corporum quoque penès illum esset excitandorum pote-  
 stas insolita. Tria potissimum eiusmodi tunc celebrabantur ab iis populis.  
 Vnum in Antonio Miranda quem cum Augustino Pirra similiter adoles-  
 centulo , & vtròque Indo, itineris comites ducebat Xauerius , quod iis  
 clericorum , & Cathecistarum vice vteretur , intercepti nocte haud  
 procul Pandocali. ( Talem inter & Manaparem pago ) in tugurium ad  
 quietem duo pueri secedunt ; vir sanctus in alterum ad precandum. Est  
 autem India vniuersa infesta serpentibus præsentissimi veneni, præsertim  
 vero serpente pileato , cui nomen id indidit extans è capite cartilago,  
 hic intrâ vnâ fermè horam , insanabili toxico quem pupugerit necat:  
 huius generis serpens suum habebat in mapali cauum , in quod pueri  
 duo ad somnum concesserant: horum alter Antonius telo ictus lethali in-  
 teriit , neque sentiente nec aduertente priùs Augustino quàm postridiè  
 frustra excitatum, pulsatumque mortuum comperit, mortisque mox cau-  
 sam deprehendit , cum subductâ cui indormierant storeâ , qui nidula-  
 batur sub eâ serpens , se quoque ab oculis subduxit. Tunc flere puer , &  
 magnis vocibus eiulans, Xauerio casum nuntiare qui nec indè turbator,  
 imò neque admirans , sed blandè subridens ; videamus , ait , quid rei sit,  
 nec enim vt reris , est mortuus : tugurium ingressus ad latus cadaueris  
 genu flectit, fixisque in cælum oculis, & paucis precatus, liuidum mor-  
 su , & tumidum pedem saluâ tangit , d' in cruce consignat ; tùm manu  
 prehensâ. Antoni, ait , in nomine Iesu Christi surge , nec plura statim &  
 viuens, & sanus , & tam vegetus puer ex morte rediit vt cum sodali re-  
 petierit suum iter. Secundum Combaturæ , tractus eiusdem pago patra-

tum est. Sacris indutus Xaverius, rem diuinam parabat in ædícula protomartiris Stephani, cum sensim propius inualefcere ploratus, & lamenta, velut desperabundæ vocis, quibus ille, dum hæret suspensus, monetur, matrem infelicem cum agnatis ducere humandum filioli funus, qui lapsus in puteum illic fuerat præfocatus. Filij casu, & matris dolore ingemiscens, vt erat ornatus ad rem Sacram, processit lugenti obuiam, consolationem aliquam facturum, ex quo illa repente in spem recuperandi filij erecta, eius se vestigiis aduoluit, rogat sibi filium suum reddat, non fore id ipsi difficile, qui apud Deum nihil non posset, stare illi rem omnem breui solùm precatiunculâ; sibi verò, & filio vitam agi, nec iuere in casum tot matris, & comitantium lachrimæ: sanctus in genua procidens, post breuem ad Deum precationem surgit, manûque pueri correptâ, Iesu Christi nomine surgere illum iubet, ac viuere; quo tanquàm diuino Apostoli iussu, rediuuium mox filium, recipit parens rediuina, omnes miraculum prædicant, luctûsque funeris in effusa velut renascentis gaudia mutatur. Maiori fiducia claret quod sequitur, agebat in Punicali sanctus, dum illic pestilens grassaretur morbus, miraque tum visendis ægrotis, ipsius præstabat charitas; tum fides ardens persanandis, contigit iis morbis extingui ex primariis adolescentulum, parentum spes & delitias: qui primùm in seipos mœrorem retorquere, luctûque non consolabili sibi ipsis irasci, & queri peremptum à se filiolum, quòd valetudinem ægrotanti, non præuertissent à sancto petere, quam tot aliis facilem donabat. Inter hæc illos noua subire fiducia, fore æquè potentem in restituendâ mortuo puero hæc luce, vt fuisset in restituendâ sanitate: quare ad illius abiecti pedes cum cadauere filij, interpunctis gemitu, fletûque vocibus, negare se indè abscessuros, nisi sibi viuentem filium redderet. Non tulit vir, torus ex medullâ concretus teneræ charitatis, miserabile spectaculum otiosus videre; sed suæ virtutis meritum illorum fidei adscribens, sublatis de more ad Deum oculis precatum, defunctum vocauit, viuûmque parentibus statuit. Horum quidem trium tantummodò, idcirco distinctiùs memini, quòd in publicis literis de beatorum honoribus sancto tribuendis, distinctiùs pacitèr, & explicatiùs narrentur, possunt tamen his alij etiam adiungi; in quibus puella quam Bembare, pago eiusdem oræ ad vitam reuocauit, quòdque vt maiorem præ se fert admirationem, ita & gloriam, ex pueris vnus quos consueperat, ad sanandos ægrotos mittere, Punicali in oppido, duos vitæ defunctos restituit, nec plura quas dixi tabulæ continent. Ibat alter iam annus formando in Parauis Christo, nec Paulus Camers, nec Franciscus Mansilla, Apostoli comites qui ad solatium ægrotantium militum in Mozambico substiterant, post tantum temporis comparebant, etsi gubernator quamprimùm adfore confirmasset, nec vnus Sacerdos toto illo tractu, tam diuersa, & necessaria numerosissimæ Christianitati præsidia suggerere poterat, quibus recentior pietas, & foueretur, & cresceret. Ad hæc delectum, aliquot iuuenum sanctus habuerat, non

vulgari

vulgari v  
indè ab  
patriam  
consiliis  
rij Cocin  
quidem  
eum se c  
ne Goæ  
tum nec

37. N  
nito ex r  
potissim  
gendam  
verùm p  
subsidiu  
stum per  
bus Bor  
chaëlem  
torem,  
quidem  
hos inqu  
lamental  
cerent a  
operi ad  
concion  
cladem  
audiebat  
rentur,  
alienæ,  
symbolu  
& suo a  
mortalit  
auditoru  
vt in so  
oneris,  
curare;  
iis de r  
vt præcl  
solùm p  
lolatris  
tunis fu  
benignit  
toris ex f  
gis potif

vulgari virtute, atque ingenio, quos Goam secum ducere festinabat, ut inde ab literis, & Ecclesiæ ritibus egregiè instructi remitterentur in patriam futuri suis diuinorum interpretes, & magistri. Quibus permotus consiliis, anno eius æui 43. exeunte, repetito mari, sub medium Ianuarij Cocinum, & Goam haud multo post appulit; eius socij duo, longè quidem priùs tenuerant Indiam, verùm iisdem à Sofa de causis vetiti ad eum se conferre, à quibus Xauerius ægrè admodùm olim se expedierat, ne Goæ defixus manere cogeretur: de quo hîc mihi nascitur argumentum necessariò explicandum.

37. Nam quòd ante Xauerij, Goam in insulam appulsum, eam infinito ex numero ethnicorum, tam pauci ad Christum transissent, inde potissimùm fiebat, non quòd illuc aduecti ex Europâ lucris ad rem augendam acriùs quàm linguæ Indorum ad eos docendos incumberent; verùm præcipuè quòd fidem amplexos, nemo erat qui vel minimo vitæ subsidio iuaret, cuius illicio maximè pueri, & egentes, facillè ad Christum pertrahi potuissent. Dolebat calamitate hâc auarâ & sordidâ Iacobus Borbanus, regius Goæ concionator, & eam frequenter apud Michaëlem Vazium, Vicarium, & Petrum Fernandium causarum Cognitorem, progubernatorem Castelblancum, & Cosmum Annesium, tunc quidem vrbis ab secretis, post autem Regis tota India quæstorem, apud hos inquam, & amicos, & eximie virtutis; has sordes inculabat, & lamentabatur; cuius piis querelis vel vtrò per sese, vel eius suasu adiiicerent animum, charitate illorum promissisque confusus, manum ipse operi adiecit quod diù fuerat meditatus, deque illo ad populum pro concione verba fecit, vehementer expostulans, & exclamans in tantam cladem animarum, quæ posset tantulo per eos redimi, à quibus tunc audiebatur, si modò id vellent. Nec enim ab iis exigi ut per se illas venarentur, idiomate illarum patrio destituti; nec amore instincti salutis alienæ, iis curandis insisterent; sed suo cuiusque pro modo ac studio symbolum conferrent ad alendos illos qui Christo nomina dedissent, & suo aliquo ære illos æternitati assererent, quam & iis Christus, & mortalibus omnibus toto suo sanguine emisisset. Hæc ille, quibus mentes auditorum idem qui linguam dicentis mouerat, spiritus impulit, ut in societatem quandam multi conuenirent, penès quam id esset oneris, neophitos pueros, communi sumptu in religione educandos curare; quæ Sanct. Mariæ à Luce sodalitas propterea dicta est, quòd iis de rebus initio in ædicula eiusdem nominis tractarent. Verùm ut præclarissima quæque, non vna parit, & perficit nox; hoc solùm principio agebatur ut in Goæ vicinia collecti aliquot ex idololatri Indorum, tenui seminario recepti alerentur; sed opportunis subsidiis eò creuit id opus, ut ab Æthiopibus ad Iapones eius benignitas funderetur; nam & largitate priuatorum, & Gamæ gubernatoris ex freto Arabico cum exercitu reducis, mirificè auctum est. & Regis potissimùm Ioannis III. qui agros quondam Pagodibus sacros

37  
Fundatio seminarij sanctæ fidei Goæ, & Collegij societati Iesu.



52 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

illi attribuit; nummum annuatim bis mille; accessit & situs commodior, & domus amplior, ac templum ab ipsis extructa fundamentis, & noua demum appellatio à sancta fide, priori alia seminario illi conuenientior; & Cosmo Annesio tunc quidem gratior; vt aliis deinde alia, quâ ex Paulo Apostolo ( cuius sacrum erat Conuersioni templum ) S. Pauli seminarium dictum est. Rebus in hunc modum inchoatis lectissimisque regnorum variorum, & linguarum nouem, ad sexaginta iuuenibus, decerat operi, quo illud præ cæteris fulciri oportebat: manus prudens, & fida, cui tot regnorum, spes religiosæ, sed debiles, possent tutò committi, cum certâ ex iis fructuum latè spargendorum expectatione. At hoc diuini fuit consilij videre, & qui domus illius auctores exiterant, huic eius prouidentia arcana, iam vel inscij seruebant, ne societas velut extranea in Indiam nauigans, alieno exciperetur solo, sed proprio, sibi que iam antea mancipato; cum enim prima de seminario fundando studia mouerentur, Aprili nimirum Anni 1541. Vlyssipone Xauerius soluebat in Indiam, ipseque seminarij auctor primus Borbanus de Xauerio cum audisset, esseque noui alumnus Instituti, quod animarum saluti se totum dicasset, scripserat ad Simonem Rodericum, vt aliquos mitteret Instituti eiusdem sectatores, quibus, vt aiebat, suâ manu Deus, sedem prius in Oriente statuisset quàm eò deuenirent. Ad hæc etiam Gubernator, datis in Lusitaniam literis, meum erit (scribebat) Collegij Patribus commodos præbere com meatus, vestrum sit illos huc mittere; cum hoc vobis S. Fidei seminarium antè destinari, ac dederit Deus, quàm de vobis quicquam India resciret: quamquam sanè haud procul absuit, quin plus multò noceret domus illa quàm reipsâ prodesset. Nam & lapidem omnem versauit Borbanus vt ei Xauerium in perpetuum alligaret; & Xauerio, Deum ad Conuersionem totius Orientis, constanter nihilominus secuto, quotquot Goam è nostris attigissent, ei seminario, cætera flocci habens, obstringeret. Quæ fuerat ratio ob quam Gubernator, Borbani precibus expugnatus, promissis non steterat, de Xauerij sociis in oram Piscariam dimittendis, proindeque ab illo, eius remoræ ignaro, in cassum expectatis. Quin ne valuit quidem exorare, vt ad suos Parauos rediens, secum illos duceret, sed Paulum Camertem coactus est seminario Præfectum relinquere, & cum solo Mansilla proficisci, quod ipsum tamen plurimum contulit ad eam domum societatis curæ, tandem integrè permittendam. Nam & Pauli Camertis fructuosus eminebat labor, & sociorum qui quotannis submittebantur in Indiam, egregia opera prosperè ponebatur in erudiendis scientiâ, & pietate iuuenibus, interim dum à Xauerio, ad maiora, euocarentur in diuersas Prouincias, quorum omnium spectator, laudatorque Cosmus Annesius, post mortem Borbani, quæ anno sæculi octauo & quadragesimo accidit, nostros in possessionem seminarij induxit, quam iis Rex Ioannes III. liberam, nullique obnoxiam vtpotè ab rege fundati confirmauit. Quo etiâ tempore initium factum est magni clarique Collegij quod habet Goæ societas,

societas  
demia  
iugo  
cessio  
rici re  
mis leg  
ex qui  
S. Apo  
auxilia  
cèt, n  
diuino  
Indos  
de mo  
fingere  
fidem  
ab se in  
ret par  
peruen  
nihil ca  
eloqui  
scriber  
loquen  
cem. C  
interpr  
serijs,  
egent i  
addisci  
eloque  
est non  
ternum  
miseria  
adesse,  
fuerit,  
ei licui  
Christi  
38 S  
naturâ  
semper  
iam ij  
& Mal  
rant, c  
Parauo  
vt conf  
iniuria



societas, omnisque illa tum literaturæ, tum religionis constituta est Academia, in quâ strenuo diu tyrocinio cuduntur qui ad subigenda Christi regna, Orientis regna, perpetuò formantur. Creuit exindè magnis accessionibus, pietatis Lusitanæ nobile monumentum Sebastiani & Henrici regum magnificâ liberalitate: creuit, & seminarij disciplina optimis legibus, quibus exculi assidue, & elaborati iuuenes, mirâ regionum ex quibus aduenerant utilitate ad eas remittuntur. Breuem Goæ S. Apostolus, sed suis Parauis admodum vtilem impendit moram, nam auxiliares quas eò perduceret operas inuenit; præter Mansillam videlicet, nondum initiatum sacris, Ioannem Ortiagam Cantabrum, qui diuino instinctu Xauerio comes accesserat; & sacerdotes duos, gente Indos, linguâ Malabares, cum his in Piscariam perlatus, cum iis statim de more vicis, & villas peragrare, docere, hortari sociosque ad eadem fingere, quæ antè ab eo solita diximus ad instillandam ethnicis Christi fidem, & fouendam inter Christianos prouehendamque pietatem. Sic ab se institutis maritimam illam diuisit oram, suâ cuique quam excoleret parte seorsim tributâ. Ipse se in mediterranea penetrans, in regnum peruenit nemini prius ex Europa notum, & in cuius sermone prorsus nihil eaperet, quare illic solerti charitatis manu, non prædicationis eloquio gerenda res fuit. Cuiusmodi vitam (ait idem ad Mansillam scribens) inter hos populos, ego ducam, vel indè conice, quod nec eos loquentes capio, nec illi me; nec adest interpret, per quem me explicem. Quod restat, totus sum tingendis baptismo infantibus, quod absque interprete facile exequor; & subleuandis egenorum, & ægrotorum miseris, quæ sui conspectu abundè opem efflagitant, nec alio ad hoc egent interprete. Hoc concionandi genere, vir sanctus, dum linguam addiscit, religionis Christianæ dignitatem, & nomen efficacius, quam eloquentiâ sustentauit; nam apud barbaros quibus humanitas summa est non esse inhumanum, nouum planè, admirandumque videbatur, externum hominem, spe nulla mercedis, magnis molestiis, communes miseras in se transcribere; mendicis, ægrotantibus, defunctis, perindè adesse, vt si omnium parens, & omnium seruus. Quæ porro hæc regio fuerit, quamvè messem ex ea tulerit, non est memoriæ proditum; nec ei licuit illuc diutiùs hære, inopino casu in Piscariam reuocante, quod Christianorum calamitati subita mederetur.

38 Sunt Badagæ in regni Bisnagæ mediterraneis, latronum populus, naturâ feroces, secta idololatræ, turmalii potius, quam ciuili vitâ, vt semper inuicem discordes, & in alios armati; sic bello maximè assueti: iam ij Regibus Trauancoris, & Caulani, Pandi regnum, Piscariam inter & Malabares vi eripuerant, iam formidabiles, confinibus suis euaserant, cum inueterato in Christum odio, & prædæ libidine, improuisi Parauos inuadunt, tantoque numero, celeritate, & impetu in eos irruunt, vt consilij ac rerum inopes Parauis, ne coire quidem ad propulsandam iniuriam ausi sint, sed primo statim vitato insultu, fuga vitam seruare

38

Xauerij mira  
erga Christi-  
anos oræ  
Piscariæ cha-  
ritas.

contenderint, agro, domibus, bonis, furori hostium permissis. Solos tamen fuga tutata est, quos suæ cimbæ familiaribus scopulis, paruisque insulis, & vadis, inter Comorinum & Zeilam Insulam occultarunt, accessu ad illa inuio, præterquam & mari admodum tranquillo, & ambiguum sinuum maximè peritis. In has se latebras miseri cum suis vxoribus, & paruis liberis abdebant, sed nudi, & omnium egeni, nec herbæ pilus, nec aquæ stilla, nec ab solis insani vrentibus radiis vllum tegmen, fame, siti, aestu, multi quotidie interibant. Quorum breui strage ad vsque Xauerium perlatâ, dolore incredibili, virum Dei affecit, mox ergo admouet inhibendo exitio conatus, & operam: in oram occiduam illic properat, Lusitanorum beneficentiam miseris interpellaturus; tantumque ex iis subsidiorum cogit, vt cimbæ viginti omni commeatum genere oneraret, quibus ipsemet pergit ad inuestigandas profugorum latebras, certam sibi mortem in dies operientium. Iis tandem repertis, diuersissimæ vtriusque lachrymæ diuersos affectus secutæ; illorum quidem gratulantium sibi vitam hoc subsidio seruari; illius vetò dolore perciti, calamitosi suorum casibus: partitur in eos quæ secum vexerat, solatur suâ illâ, plusquam maternâ pietate, luget cum aliis vxorum; filiorum cum aliis; patrimonij pauperis cum omnibus iacturam: denique prostratos, & abiectos ac semianimes iubet durare patienter, & meliora confidere. Scribit præterea ad Pantagatinos, & consules oræ superioris quam non pertigerat Bagadarum furor, his suis fratribus omni solatio defectis, non nihil impenderent liberalitatis, dat etiam literas ad Mansillam, quibus mandabat subsidium, qualecumque id foret ex eorum manibus colligi, verum ea lege si vltro daretur; si spontè conferri ad stipem, non exigi, non importuniùs exprimi videretur; & ab tenuibus paucillum quod possent; ab ditioribus hoc solum quod vellent. Tantum viro sancto inerat cautionis, ne molles adhuc in fide animos re vllâ offenderet, & putarent sibi nomen Christiani pretio emendum.

39  
Regnum  
Trauancoris  
ad Christum  
adducit.

39 Hoc officio charitatis erga suos in Christo filios perfunctus, aliò mentem, laborésque conuertit, ac rapiebatur quidè animo ad interiora continentis, vbi mortales infinitos nullâ dum veri luce perfusos, alta legis diuinæ ignoratio tenebat: sed desiderio abstinit vel inuitus, quòd vbi deessent Lusitanorum arma quæ neophytos ab idololatriis, & Mauris tuerentur, aut magnam ab iis patiebantur stragem, aut adigebantur, eiurato Christo illam redimere. Quare maritima occidua sectatus Lusitano milite firmata, pedes Trauancorem petiit, quæ plaga Comorinensi ex capite leucas triginta protenditur, & inhabitatur ferè à piscatoribus magno numero vicorum. Illic habita prius per Lusitanorum gratiosos, ab rege Vnichetreuiro facultate, Euangelij promulgandi, quem stylum in Piscaria expertus fuerat sibi ex sententiâ cedere; eundem, sed fructu haud paulò locupletiori iteravit, nam (quòd ipsemet refert) fuit cum vno aliquo in pago, decem millia ethnicorum, sacro fonte, mensis

vnius

vnius sp  
incolis  
iucund  
aras dæ  
& igno  
Quoad  
mes, Pa  
tunc cer  
scilicet  
attritâ,  
coquen  
publico  
rent vbi  
tereâ pe  
in tege  
supra q  
quam n  
aut sex  
nes hab  
eris eti  
uium i  
merent  
agendi  
esset, n  
testantu  
Trauan  
cipatur  
affectu  
antiquâ  
mum p  
40 An  
partem  
excepti  
cuis vir  
semper  
vtcum  
41.  
proprie  
tam, n  
in Chr  
bellum  
iam vt  
citum  
desinit

vnus spatio suâ manu lustraret. Quin & interdum vno die vicum totum, incolis frequentem, inter quæ spectaculo fruebatur longè gratissimo, & iucundissimo, cum in Christianorum adlecti numerum, mox in fana, & aras dæmonū certatim procurrerent, idola euerterent, raptarent, ludibrio & ignominia, in contemptum Brachmanum, & dæmonis obliicerent. Quoad cætera audiendus, semestris itinerum, & sudorum Xauerio comes, Patre Ioanne Vazio Doctore Conimbricensi natus, eorum quæ tunc cernebat ipsemet, postquam redisset in Europam narrator, nudis scilicet pedibus, Xauerium semper incedere consuesse, veste breui, attritâ, & vili; telâ instar pilei nigrâ petasatum, ad retundendos solis coquentes radios. Magni Patris vocatum cognomine, Regem præconio publico, omnibus edixisse, fratri suo Magno Patri, perindè vt sibi parent vbique, essentque Christiani quicumque vellent. Dedit illi prætereâ pecuniam grandem, sed eum nihil eius sibi fecisse residuum, totam in tegendis, pascendisque pauperibus effudisse: sacras ædes quinque supra quadraginta secus mare ab eo constructas: Barbarorum linguâ quam nunquam didicerat expeditissimè locutum: hominum quinque aut sex millia in planitiem eduxisse, ad eos summâ ex arbore conciones habuisse quod nullus concursus auditorum sat locus caperet: facris etiam sub aperto cœlo operari assuetum, altari tamen sic velis nauium inumbrato vt vndequaque prospectum populo nequaquam adimerent, campusque ingens pro templo esset. In omni deniquè viuendi, agendique ratione, aded fuisse mirabilem, vt nec ipse referendo par esset, nec inter quos degebat, indigenæ. Mihi plus nimio sit, quod alij testantur, non minoris ab eo quem producebam nunc, fidei, Regnum Trauancoris, vniuersam, subeunte in illud Xauerio idolorum cultui mancipatum; exeunte Xauerio paucis post mensibus fuisse Christo integrè assertum. His quantam in rabiem efferaretur dæmon, tam securâ, & antiquâ populorum tyrannide, à vili homulo tam breui excussus, nimium prodidit atrox bellum quod in eum mouit.

40 Armatis qui cum configerent barbaris, quorum etsi fuere magnam partem vulnera sine ictu, haud tamen omnia: sagittam enim corpore excepit, vt cuius, ad salutem mortalium tantoperè vita intererat; ardens eius virtus profusione aliquâ sanguinis sedaretur, & desiderium quo semper flagrarat obeundi per cruciamenta quæuis martyrij, leniretur vt cumque acerbitate illius vulneris.

40  
Sagittâ Xauerius vulneratur.

41. Verùm ictus est haud paulò acerbior, filiorum periculo, quam proprio vulnere. Badagis post cladem oræ Piscariæ, anno proximo illatam, nouas dæmon furias subdidit, indignantibus regnum Trauancoris in Christi iura concessisse. Ad arma igitur conuolare, inimicitias, & bellum contra illud iurare; quodque rem sibi futuram cernerent non iam vt antea cum piscatoribus Parauis, delectum habere, conflare exercitum, & Duce Naico Madurense, incessu littora occupare, in quibus desinit cornu Comorinum. Huius apparatus, & agminis, perlati Trauancorem

41  
Exercitum hostium solus fugat.

uancorem nuncij, regnum metu ingenti consternarunt, maximè cum Pagos hostibus confines fugâ sibi viderunt consulere, & asportatis quæcumque poterant in interiora sese recipere: haud tamen his motibus, rex sibi animos abiici passus est, atque vt optimè valuit comparatus, hosti obuiam Exercitum eduxit; & erat bellum cruento prælio dirimendum, futurâque omninò penès Badagas hostes victoriâ, numero, viribus, & audaciâ meliores, nisi Xaverius depulso periculo, vnus totum prælium confecisset: vt enim hîc prorsus agebatur Dei res, & causa; proiectus humi; multisque eum lachrymis, pro hac illi ardentè supplicare, pietatem in suos, & promissam iis opem memorare; ne vellet suum illum gregem, fieri lupis prædam; neque committeret, vt mentes teneras susceptæ crucis subiret pœnitudo, dolerentve tunc se Christi esse cum id Christi causâ adibant discrimen, nec compellerentur spectare barbaros, suâ feritate triumphantiùs gloriantes, quàm cœlesti tutelâ Christianos. Sic precatus confurgit, ac Dei fiduciâ, animis que ab eo ingentibus armatus, de monte Bagadis obuiam desilit, qui explicatis iam signis & digestis ordinibus per subiecta plana procedebant. At hic fronti se primi agminis opponens in gradu consistere; obiurgare hostem verbis minacibus, terrere Dei præpotentis terribili nomine, ac iubere, facefferent, & vndè venerant, illuc recederent. Ad quæ tantus illos corripuit timor, vt velut syderati hærent immobiles, apertisque in eum obtutibus stuperent, nec passum promererent: vrgebant primos loco vno fixos secundi, tertii que manipuli, & moras increpabant, sed respondebatur; non fas vltra, obstare sibi ignotam hominis speciem nigrâ veste induti, humano maioris, staturæ præter modum excelsæ, cuius emicantem ex ore ardorem perferre non valerent. Duces traxit prodigij rumor, ad explorandam per se terroris causam, adsunt, vident, cohorescunt, retrò vi occultâ se adigi sentiunt, & fugâ magis præcipiti, quàm decoro receptu, in Bisnagam exercitum reducunt. Secuti ponè Xaverium fuerant è suis aliqui, vel comitaturi, vel exploraturi, quò ille desineret adedò incitatus currentis impetus in Badagas; ij Badagis terga vertentibus, anhelî recurrunt ad Regem Trauancoris adproperantem, suo cum milite; narrant distinctè quæ gesta, quo modo & exitu ipsimet spectauerant, cum superuenienti Xaverio rex occurrens, post beneuolos complexus, actâsque magnificè gratias, hæc tandem intulit; mihi quidem Regi Magno est nomen; tibi verò deinceps Patri Magno. Quo modestia viri sancti onerata est magis quàm ornata. Cum regis præsertim cæcitas, admirabilitate illâ Xaverij capta illam suspiceret, ac veneraretur; ad agnoscendum verò, & colendum illius auctorem nequaquam pertingeret; verùm tanto illo quo princeps infelix, excidit Dei dono, potiti sunt ex eius populo plurimi, quos miraculi eius magnitudo, veri Dei & religionis cultores effecit: neque hoc solum prodigio visus est Trauancorensibus S. Pater, naturæ imperare, nam præter morborum omnis generis curationes adedò frequentes, vt illa sui assiduitate desinerent

nerent  
muliere  
tractu  
prodita  
possit na  
referre  
dicis,  
duo in v

42. C  
procul à  
Deo ter  
naces,  
ipse met  
sensum  
ctaculo  
mancip  
quæ tan  
melius f  
vultu ar  
cere ad  
eius ma  
obstinat  
hanc fil  
liret, a  
quàm c  
efflagita  
adstante  
quando  
diù fide  
fat esse v  
constare  
proximè  
Ipiritus  
illuc her  
que cur  
vt iam p  
fossâ su  
suspensi  
bus vir f  
ligionis  
populo  
in vitam  
ex leui  
niculo f

nerent esse admirationi ; mortuos quatuor vitæ restituit , viros duos , mulieres duas , tametsi duarum mulierum ( quod item de excitatis in tractu Piscariæ mortuis notasse memini ) vnam facti summam memoriæ proditam habeamus , partes eius modûsque ignoretur , ex quibus à me possit narratio contexi , mihi enim hoc libro certum est nihil præterea referre , de miraculorum seu numero , siue præstantiâ quàm quod iuridicis , de sanctitate viri Dei auctoritatibus perscriptum inuenio : alia duo in viris duobus edita magnam habent lucem diuini splendoris.

42. Conciones habebat sanctus Apostolus Conalani , quæ vrbs haud procul à Comorino est , paucisque illic ad Christum perductis , vero Deo templum posuerat ; perstabant cæteri in auitâ superstitione pertinaces , conueniebant nihilo fecius dicentem audituri ; & quod de aliis ipsemet retulit , admirabantur integritatem dogmatis Christiani , consensumque cum recto , & honesto , verum vt qui grato pascuntur spectaculo , ad oblectandum magis animum dictis audiendo ; quàm ad mancipandum auditis , obsequendo. Cernens ergo se ventis mandare , quæ tam pridem cum iis de Deo tractabat ; de iis cum Deo tractandum melius suscepit : Coniectis , vt solebat orans , in cælum oculis , toto vultu ardens , madensque largo fletu , lucis propitiæ à Deo radium poscere ad discutiendam occæcati populi diram noctem , mortaliû corda in eius manu esse ; vellet modò , flexurum quocúmque libuisset , etiam obstinatissimos , sibi que subiecturum ; daret hanc suo nomini gloriam ; hanc filij sui pretiosissimo sanguini mercedem ; obduratas mentes molliet , ac frangeret. Post quæ sensit cum Deo se efficacius orando egisse , quàm cum stolidâ plebe ratiocinando , seque sine vllâ dubitatione quod efflagitarat impetratum ferre animaduertit ; quare versus ad circumadstantes ; ore , ac verbis , quæ grandius aliquid homine saperent ; quando , inquit , mihi , seu Deo potius , per me vos toties affanti , tamdiù fidem negatis , optate nunc deniquè & quod vobis argumentum fat esse velitis , censeatisque ad credendum : excogitate quo testimonio , constare vobis quæ prædico iubeatis , & suggerente hic illi animo , die proximè præcedenti humatum illic fuisse mortuum , pergens eodem spiritus impulsu , hoc , inquit , mihi sepulchrum pandite ; cadauer quod illuc heri defodistis extrahite ; inspicite propius , & exploret per se quisque curiosius , an vitâ omni penitus careat ? & erat mors adedè euidentis , vt iam putresceret , palamque res omnibus patuit ; confestim namque fossâ suâ eductum , euolutumque linteo , quo de more suos sepeliunt , suspensis barbaris auso nouo , & expectantibus euentum ; positis genibus vir sanctus breuiter precatur , surgit , defunctum compellat , ad religionis quam ipse prædicarat certam , & indubitam fidem incredulo populo faciendam , iubet , sancto Dei interposito nomine surgere , & in vitam redire. Ad quam vocem defunctus non quasi ex tumulo , sed ex leui expergefactus somno , viuens , ac valens , per se nullius adminiculo se attollit. Non fuere de cætero hæc gesta corroboranda hortata

H

verborum,

42

Mortui 4. ab  
eo excitati.

58 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

verborum , tantum prodigium rem totam peroravit. Erupit omnium una vox, magnus Christianorum Deus, & vera lex quam docet Magnus Pater : subindè omnes ad patrem confugere, omnes illi se prorsus tradere, omnes genitalem ex aquâ renasci velle : quod idem à cunctis loci eius incolis præstitum, aliisque compluribus qui de patrato miraculo audissent, vel rediuium è tumulo hominem vidissent. Creuit hinc etiam eò vsque vir sanctus opinione ac famâ gratiæ apud Deum, vt posse omnia precando crederetur, nec pluri ei stare vel sanationem ægrotantis, vel mortui vitam, quàm imperio paucorum verborum, quibus iuberet hunc viuere, & illum valere. Nec deest in actis publicis qui testetur regnum Trauancoris, viri sancti tot ac tam illustribus ita doctum, confirmatumque miraculis, vt nullum sit tota India, vel Christi fide solidius, vel morum exemplis clarius. Huius præterea de Xaverij potestate persuasionis fructus fuit, suscitatio alterius mortui, eadem in ora inter Alicale, & Cariapatanum in Pago Mutan dicto. Erat is ex primariis adolescens, pestilenti febre ante horas vigintiquatuor sublatus; efferebatur à parente utroque, magnâ propinquorum turbâ funus cohonestante, iis felici casu obuius apparet Xaverius; simul & cum illo defuncti vita cunctis adesse persuasum, circumfistere omnes, Dei Apostolum deprecari, lamenta funebria in supplices lachrymas vocêsque vertere, ac præ aliis parentes qui ad inflectendum viri Dei pectus mitissimum, dulcissimi filij ob eius oculos proiecto cadauere, instant rogantque ploratu non consolabili, vitam puero innocenti ab eò restitui : tam Religiosæ illorum fiduciæ, nec deesse vir sanctus valuit, nec suæ in omnes charitati. Orauit; defunctum lustrali aquâ sparsit, iussit funebri linteo educi, tum cruce signatum, manûque apprehensum, Christi nomine erexit, suisque viuentem tradidit. Facti monumentum indigenæ, crucem loco eodem, grandem statuerunt, ad quam preces deferre soliti, & quam Deus in famuli gratiam, cuius illic poscebant suffragia, continuis nobilitauit miraculis. Iam tot populorum ad Religionem quæ sola vera est tanta conuersio; tot mirabilium, & inauditorum gloriosa fama vniuersas peruaserat Indias; vbique locorum celebrabatur Christianorum Deus, & serui eius Xaverij florebat existimatio; nec opus magnoperè tunc erat, nouas inuestigare nationes quas Christo subiiceret; vtrò ab iis ipse requisitus frequentabatur earum legationibus, & literis, quibus ad illas vocabatur; ex quo Dei Apostolo aliquantò plus cruciatuum nascebatur, quàm voluptatis, & gaudij, quòd vnus sufficere omnibus non posset, plûsque se statueret debere Christianorum nouitati solidandæ, quàm infidelibus ad Christum pertrahendis. Eam ob rem extimulare charitatem Ignatij luctuosis, & fortibus in Italiam literis; & Roderici in Lusitaniam, vt auxilia mitterent operarum, ad vastissimam, & paratissimam Indorum messem, sed messorum egenam. Meditari quoque paræneticas præcipuis quibusque in Europam academiis epistolas, quas reipsa scripsit ad Parisiensem Sorbonam, Do-

ctores

ctores  
quæstu  
excell  
durisqu  
sunt pla  
tium li  
circum  
ritu pas  
his com  
vicio ex  
in litte  
possent  
istorum  
medita  
Domin  
ad Dei  
Domine  
Indiam  
vitam v  
iudicij  
subiren  
Domine  
quòd si  
scientiâ  
diligen  
in doce  
illi hau  
centi,  
Gymna  
Sacerdo  
onera q  
vt qui n  
teantur  
quòd sci  
profect  
ferunt,  
ipforun  
tere vol  
quonia  
demian  
litteras  
Christi  
qui non  
orate D

doctores illos vehementer hortatus ad transmittendum in Indiam, ubi  
 quæstus ingentes cumularent; Christo innumerabilium animarum; sibi  
 excellentium meritorum, ne tantum doctrinarum tam diuturnis partum  
 durisque laboribus, caduci commodi vili mercede decoquerent: &  
 sunt planè mellitæ sententiæ quibus hoc suum consilium, datis ad Igna-  
 tium literis exponebat. [ Mihi verò inquit persapè venit in mentem,  
 circum Europæ academias, ac præcipuè Parisiensem cursare, & insani-  
 ritu passim vociferari, eosque qui doctrinæ plus habent quàm charitatis,  
 his compellare verbis; heu! quàm ingens animorum numerus vestro  
 vitio exclusus cælo deturbatur ad inferos; vtinam illi quemadmodum  
 in litteras, ita in hanc quoque curam incumberent, vt reddere Deo  
 possent doctrinæ, creditorumque talentorum rationem. Enimverò  
 istorum plurimi hâc cogitatione commoti, appositis rerum diuinarum  
 meditationibus exercebant se, vt audirent quid in eis loqueretur  
 Dominus: suisque cupiditatibus, ac rebus humanis posthabitis, se totos  
 ad Dei nutum, atque arbitrium fingerent. Clamarent vtiquè ex animo;  
*Domine Ecce adsum mitte me*, quocumque tibi cordi est, vel vsque in  
 Indiam. Proh Deum immortalem! quantò lætiorè illi, tutiorèque  
 vitam viuerent? quantò maiore diuinæ Clementiæ fiduciâ, summum  
 iudicij illius discrimen, quod subterfugere nemo potest, extremo spiritu  
 subirent? Siquidem illam Euangelici serui alacriter vsurparent vocem,  
*Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum;*  
 quòd si quantum dies, noctesque elaborant in comprehendendâ rerum  
 scientiâ, tantumdè in solido scientiæ fructu elaborarent; & quam  
 diligentiam adhibent in cognoscendis iis artibus, quibus student, eam  
 in docendis imperitis quæ sunt ad salutem necessaria, adhiberent, nã  
 illi haud paulò paratiorè essent ad reddendam rationem Domino di-  
 centi, *redde rationem villicationis tuæ*, malè metuo ne qui tandiù in  
 Gymnasiis ad bonarum artium studia incumbunt, inania honorum ac  
 Sacerdotiorum insignia magis spectent, quàm ipsa munera, atque  
 onera quæ illis ornantur insignibus; video enim rem eò iam loci venisse,  
 vt qui maximarum artium studiis dant operam diligentius, vulgò profi-  
 teantur, se doctrinæ laude Ecclesiasticam aliquam aucupari dignitatem,  
 quò scilicet Christo Domino, & Ecclesiæ operam nauent suam. Sed  
 profectò miseri falluntur; quippe qui studia illa ad priuatam magis re-  
 ferunt, quàm ad publicam vtilitatem. Et quoniam verentur ne Deus  
 ipsorum cupiditati non obsequatur, nolunt totam rem diuinæ permit-  
 tere voluntati. Testor Deum, propemodum me deliberatum habuisse,  
 quoniam mihi ipsi in Europam redire non licebat, ad Parisiensem Aca-  
 demiam, nominatimque ad doctores nostros Corneum, & Picardum  
 litteras dare, quibus ostenderem quàm multa Barbarorum millia ad  
 Christi cultum nullo negotio adduci possent, si copia esset hominum,  
 qui non sua quærent, sed quæ Iesu Christi. Ergo fratres mei carissimi  
 orate Dominum messis, vt mittat operarios in vineam suam.] Hactenus

60 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

eius epistola; quam verò dedit ad Sorbonæ Doctores suadens Europam Indiis; steriles cathedras, & magisteria, Apostolico munere, & æternis animarum lucris permutare, utinam inueniri potuisset nec fefellisset exquisitam requirentium curiositatem, datam enim reuerà fuisse

43  
Doctores  
Sorbonicos  
inuitat Xa-  
uerius ad  
Indos.

43. Testis mihi est Ioannes Derada, supremus in regno Nauarræ Cognitor, qui sibi Parisiis Philosophiam profitenti lectam ait, visamque ardere diuino igne, magnisque in salutem mortalium animis; ex eâ ductum à se apographum, atque ab aliis qui tunc primas doctrinæ, & sapientiæ in scholâ Sorbonicâ tenebant, ut quibus esset præcipuè in-  
scripta.

44  
Manaræ In-  
sulæ conuer-  
sio, & mar-  
tyrium.

44. Qui verò populi acciuere procul Xauerium ad inferendam suis terris Euangelij sancti Lucem, primi extitere Manaresij, digni planè posteritatis inuidiâ, nedùm memoriâ, & laude; quòd prima de se patientiæ exempla, & documenta inuicti roboris, nascenti illi orientis Ecclesiæ dederint, atque vnâ prope vitalis aquæ perfusi lauacro sanguinem fuderint; vnâ Christo renati, pro Christo mortem exceperint: adeò fruges in messem properant, quarum Deus sementem propitiùs adspicit, ut qui heri dæmonum adorator, nunc in Christianum, crastino euadat in martyrem. Est Manara insula, quadraginta vix milliarium complexu, hanc ab Aquilone claudunt Remanancoris vada, quibus sinus gemmarum aperitur totam Piscariam alluens. Portu gaudet percommodo, & commerciis opportuno, quem Telen Manaræ vocitant. Solum, nisi quâ diligenti culturâ cicuratur, arenosum, & macrum. Hanc inter & Zeilam insulam ab ortu iacentem, patent ad duodecim milliaria illæ maris fauces, vbi fluentorum torrentium ad vada Remanancoris fractus furor, Iafanapatani plagis allidit improvidos. Longè Manaram vincit, quam dixi Zeila; Ternasseria incolis, hoc est deliciarum regio nuncupata; longitudine milliarium viginti ducentorum; latitudine centum quadraginta. Hæc (si non est fabula, vulgi fides) paradysus terrestris antiquus fuerit, cuius in vertice inaccessibleis rupis monstratur argumentum, impressa saxo, pedum Adami vestigia: perlecto tamen de felicitate illius scriptorum suffragio, nihil opus vera fabulis augere, ut credatur saltèm orientis esse paradysus. Gaudet mirâ cœli temperie; æstate duplici, ac gemino vere, autâ tam beneficâ, & salubri, ut morbos ferè alios ignoret, solâ decrepiti senij ægrotatione suos afficiat, & absoluat: virent perpetuò arbores, & maturitatem fructuum legendorum, flores nascentium occupant. Nec tantùm potest ad eam inflammandam æquatoris propinquitas non plus sex gradibus abiuncta; quin plus possint statæ quot mensibus pluuiæ ad refrigerandam, præter viuos è montanis fontes, & fluuios, qui quaquauersùm vniuersam rigant; mare præterea peramænum, & ab occasu tam diues vnionum, ut nusquam tota India ditius, sed præstat his omnibus, soli vbertas adeò profusa, ut spontè magis naturæ, quàm artis industriâ, florem omnium proferat quæcumque possunt ad alendam indigenarum vitam, & externorum commercia optari; metalla,  
gemmas,

gemmas  
animant  
tuanqu  
hortens  
namom  
enim ve  
cultra ba  
ralitate  
cta Xau  
& Pisca  
rium are  
nuncios  
tisma ab  
uersio,  
nomine  
huius op  
tempor  
perabat  
quæ sep  
rus, tyr  
rem arm  
tisque à  
legi Ch  
tiam sin  
tulit ad  
militum  
naram  
næ, te  
innocer  
infantes  
gratiæ,  
gati an  
nium fu  
nondur  
esse Ch  
subiicer  
puus ca  
antèa d  
carnific  
deletur  
nam qu  
adeò in  
simus in  
eânqu



gemmas, & cristalla, quæ inter edita rupium durantur; omnis generis animantes, elefantos præsertim generosos, & maximè dociles, infinitumque ex iis ebur, ad hæc Ebenum & palmas, & omnes malorum hortensium species, præ cæteris verò, cassiæ, siue vulgò nominant, cinnamomi, eiusmodi copiam vt Asiæ toti, Europæque sufficiat. Verum enim vero, tot dotes naturæ, vna infamat, & corrumpit incolarum inculta barbaries, atque improbitas, & in tam prodiga Dei erga se liberalitate, Dei ipsius ignoratio stupida, & cæca, donec eò tandem peruecta Xauerij fama, eius miracula, & sanctimoniam, vtrisque Trauancoris, & Pilcarix plagis tam altè sonuit, vt eius videndi, audiendique desiderium ardens incenderet, sed anteuertit Zeilanur Manara; priòrque nuncios, literas, precèsque ad Apostolum legauit, quibus sacrum baptismum ab eo peteret. Feruebat tunc totius Trauancoris in promptu conuersio, nec absque iacturæ periculo differri poterat; quare suo loco, ac nomine, Sacerdotem ex iis illuc destinauit, quos Goa secum aduexerat, huius operam Deus, tam largâ manu fortunauit, vt indigenas exiguo tempore, ingenti numero, diuinis eruditos, sacro fonte lultraret. Imperabat tunc Manarensibus Rex Iafanapatæ (sic Zeilani pars illa dicitur, quæ septentrioni obiacet) homo quidem naturâ ferus, moribus barbarus, tyranno quàm Regi propior, qui regno debito, fratrem natu maiorem armis excluderat, & suos crudeli premebat seruitute, direptis, necatisque à quibus poterat res novas suspicari; verum iris implacabilibus, legi Christianæ infensus, quamquàm Lusitanorum metu eorum amicitiam simularet. Quare vt cognouit Manarenses Christi fidem professos, tulit adeò indignanter, vt ad vnum omnes constituerit de medio tollere; militum igitur quantum atrox poscebat facinus instruit, transmittit Manaram nihil minùs opinantem, populum in fontem crudeli subiicit lanienæ, terrori reliquis tale aliquid molientibus futuræ: cæduntur victimæ innocentes, nullo ætatis, conditionis, sexus, discrimine viri, feminae, infantes, puellæ, quicumque dederant Christo nomen; fuitque diuinæ gratiæ, & cœlestis aquæ vis tam potens, & inuicta, vt cum possent, rogati an essent Christiani, vita incolumi, negando euadere; nemo omnium fuerit quin profiteretur se Christi esse, atque ipsi parentes (quòd nondum possent infantes filij prima verba formare) responderent eos esse Christianos, seque cum iis intrepidè mori promptos, satellitum ferro subiicerent, ità paucis diebus ad septingentos barbarè necati, & præcipuus carnificinæ locus, cruore sacer tam puro, & nobili, cum Passim antea diceretur, dici, martyrum terra promeruit. Sua tamen tyrannum carnificem atrox barbaries, non fecit voti sacrilegi compotem, quo deleturum se Christi nomen, & religionem, cum Christianis sperauerat; nam quorum aspectum non tulerat, eos in regno, in regia domique adeò in penetralibus videre coactus est. Natorum maximus præstantissimus iuuenis instinctus diuinitùs, Christianæ fidei studio, & ipse arsit, eamque ab Lusitano mercatore, negotiorum causâ in aulâ assiduò,

doceri voluit; quod tam sollicitâ secreti cautione non pergit, quin patri suspectus fieret, moxque rem acriter scrutanti perspicuus, & hoc solo reus: nulla iuris vllius habitâ ratione, egregio iuueni, scindi iugulum mandat, eiûsque cadaver inhumatum, feris lacerandum in publico deferi. At qui viuo fidei magister extiterat, & casum venerabatur pro martyre, Lusitanus mercator, noctu occultâ condidit sepulturâ. Nec passus est vindex tantæ virtutis, & meriti Christus, Principis gloriam vel indignè sperni, vel timidè premi; nec terræ mandatum sanguinem, infœcundum & solum vanescere. Ecce tibi postridiè manè, crux tumulo impressa visitur, proceritate par sepulto cadaveri, boni genij, vt certò est creditum manus, scita & elegans, quæ magnum diù ciuibus stuporem, sermonésque diuersos præbuit, quoad confusi spectaculo, iratiquè adultores regiæ feritatis, iniectâ humo sculpturas implerunt, & reliquo solo coæquarunt, quod idem altero, & tertio die cum eodem sacrilegio ausi essent, quòd sculpta iterùm ac tertio crux illa compareret; in cælo tandem, igneo colore, & cinctâ radiis, non minùs terribili quàm pulchra specie cernendam se omnium oculis ingessit, eosque exciuit animorum motus, vt multi ad Christum accederent, mortisque posthabito metu, palàm ac liberè profiterentur eius nomen, & vitam pro illo, vrgente primam barbariem tyranno profunderent. Triumphauit itaque in terra, & cælo Christi crux, tot animarum illustrium splendore, quàm iis quos ostentauerat radiis, gloriosius coronata. Erat tyranno soror, vt in iis regionibus, cordata, magnique pectoris fœmina; Christiana necnè, rescire non potui; sed quæ magno planè, ac virili conatu adolescentem filium, & cæsi Principis fratrem natu minorem, iis imbuit monitis, eo igne incendit, vt ex genitrali Ecclesiæ aluo, renasci ambo voluerint. Angebat hanc vna post generosum factum cura, quo dolo vitam adolescentum principum, ab Regis fœuitiâ subductam securo loco tueretur, suæ tam negligens vt nec viuere cuperet, nec mori metueret, adfuit prosperum consiliis numen; accersito etiam quem antè memini Lusitano, tradit illos, Goam armato nauigio secum deuehendos, vt illic plenius sacramysteria docerentur, ac si quid posset commiseratio, regno filius hæreditario restitueretur; ferè siquidè Indis vbique pro lege est nè paternis regnis succedant filij, sed ex regum sororibus nati, quos nempè constet de stirpe regia prognatos; quod de filiis regum, verat vxorum impudica & perfida leuitas confidere, etiam reginarum. Processit commodè Lusitano adornata fuga. Iuuenes primùm in regnum Trauancoris ad Xaverium perduxit, mira illic quæ memorauimus patrantem, quos vir Dei quàm piis complexibus, quàm latis exceperit lachrymis, quot Deo gratias egerit, qui ex ipso superbissimi hostis penetrati tam opima tulisset spolia, difficile dictu sit. Animauit principes iuuenes ad seruandam fortiter Christo fidem, & salubri admonitione confirmatos Goano seminario intimè commendauit; addens si quid valeret apud gubernatorem gratia, & precibus, effecturum se, ne quandò relictæ ob Christum patriæ, &

regni

regni co  
nec solo  
nè germa  
norum a  
præunte  
quibus d  
exiit; co  
etiam su  
illustri, c  
dedere,  
itinere, p  
illic pub  
edocti m  
obstrinx  
sceptro,  
fore, se  
Xaverij  
gelij san  
sto vix  
foret de  
sua imp  
obstrict  
aufuros  
his iri o  
tyranni  
Ad hoc  
regno C  
hilomin  
tacitæ r  
ex Euro  
magna  
cùm sui  
rent; &  
Pagodu  
supersti  
fames. I  
Choran  
viuebat  
pecuni  
norum  
possent  
mas vil  
Etigali  
capti fu

regni eos pœniteret. Regem intereà , fugæ nuncijs in furorem agit, nec solo tunc religionis odio insanit , sed metu Lusitanici nominis ac nè germanus quem regno pepulerat ad recuperandum sceptrum , Lusitanorum auxilia posceret , fororis filio audendi , sperandique exemplum præeunte. Ergo ubicumquè suspicio esset eum tegi, eò destinat sectores à quibus de medio tolleretur; at, quantumvis diligens rabies , in cassum exiit ; confugit & ipse , ad Lusitanorum asilum iuuenis ; statimque post etiam summus militiae Præfectus, cum decem alijs ex nobilitate, maximè illustri, qui relictis vxoribus, liberis, amplaque familiâ se illi comites dedere, & Nagapatanum cum eo appulsi, Leucis inde ducentis terrestri itinere, per multa pericula grauesque molestias Goam denique attigere; illic publicis excepti lætitijs, & Patrum nostrorum institutione, diuina edocti mysteria, initiati sunt sacrosancto fonte ; Princeps verò iuratus obstrinxit Deo, & Lusitanis fidem, si erepto sibi per summam iniuriam scepro, per eos restitueretur, non modò se illis tributarium cum regno fore, sed illud etiam Christi sacris integrè addicturum. Nouis his ardens Xauerij studium, exstimulabatur aculeis ad inferendam ei regno Euangelij sanctam facem, in quo tantâ generositate oppetita mors pro Christo vix agnito, sanctitatem vitæ spondebat excellentem, vbi pleniùs foret de Christi lege eruditum : præter hæc si regi barbaro Iafanapatani, sua impunè crudelitas, & impietas esset, quid cæteros dæmonum cultui obstrictos Principes, in Ecclesiæ solum recentem, & teneram non ausuros? quid atrocitatis, & sceletis nullo metu armorum tentaturos? his iri obuiam, restitutione legitimi Principis in thronum, & expulsionem tyranni fratris, regnum perfidè vsurpatum, pari crudelitate lacerantis. Ad hoc arma Lusitanorum posci, & gubernatoris pietatem, quem in regno Cambaiæ, cum longè tunc publica distinerent, adire ipsum nihilominus decreuit, seque mari licèt intempestiuo dedit : accedebant tacitæ rationes, quas huius vnus Zeilani negotij specie tegebat: nam qui ex Europa in Indiam nauigauerant Christiani, præsertim ministri regij, magnam partem eò defluerant, vt ferri iam eorum flagitiâ non possent, cum suis sceleribus execrationi populorum Christianam legem obijcerent; & idolorum cultum, nundinario fauore promouerent, palàm Goæ Pagodum adoratio ferebatur; reflorescebat Brachmanum potentia, & superstitio, quòd vtrîmque se lucris canina ministrorum ingurgitaret fames. In reliquis verò tam Goanæ insulæ pagis, & oppidis, quàm Salfetæ, Chorani, Diuaris, & Baldes insulis, tantâ licentiâ, & impudentiâ ethnicè viuebatur, vt si non alio, partum in eas imperium quàm ad cogendam pecuniam spectaret. Honorifica, & pingua munera, exclusis Christianorum indigenis, addicebantur pretio Saracenis, quòd argento plus possent. Parauos Piscariæ, redemptores tributi regij adigebant ad gemmas vili distrahendas, vt expilatores grassari veriùs censeret, quàm vetigalium coactores. Hominum perindè vt pecudum, vndecumquè ij capti fuissent, nundinæ agebantur, vendebanturque idololatrie mancipia

Christiana,

64 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

Christiana; Mangone scelerato, lucellis tristibus, animarum illarum æterna exitia vendente. His tam enormibus, miserabilem in modum lancinabatur Xaverij pectus sanctissimum, cum attenderet, cruci, & fidei Christianæ illic propagandæ, nullos magis obstare quàm ipsos Christianos, optassetque, ut ait, in Lusitaniam redire, expostulaturus coram rege atrocem nequitiam, rogaturusque ab eius pietate tot morbis lethalibus non dispar remedium. Postremò etiam sacrilegium immane dissimulabatur, quo rex Cocinensis, idolorum cultor, sed regis Lusitani cliens, suorum bona qui ad Christum ab idolis transissent, sinebatur in fiscum redigere. Has tam deformes, & impias calamitates non ferens S. Apostolus Cambaiam petiit, euocato priùs ex ora piscaria, in Trauancorem Mansilla, qui suas illic & obiret vices, & Macuci populum baptismi cupidissimum expiaret, Decembris sexto & decimo anno 1544. terra Cocinum tenuit, vbi Michaëlem Vazium nactus, Vicarium Indiæ Generalem, eius & congressu, & magnitudine animi, & ardore diuinæ gloriæ, est mirificè recreatus. Causas enim quas dixi, sui huius itineris sic illi ad viuum dolenter exposuit, ut primum facillè cerneret, gubernatorem iis expugnandis debiliorem fore, quippe qui obseruaretur magis quàm metueretur; deindè verò statueret, ingenti animo in Europam reuerti, ad franandam regiâ potestate ministrorum avaritiam impotentem, & diuini cultus sanctimoniam vindicandam. Stabant commodum naues in anchoris, vela proximè in Lusitaniam facturæ, iis vectus Vicarius, rei Christianæ apud Indos, communes rationes Ioanni regi sigillatim descripsit, eo notæ prudentiæ, pietatis, auctoritatisque pondere ut legum optimarum accuratissimâ sanctione, rex malis grassantibus mederetur; quibus imperiis munitus Vicarius absque morâ Indiam repetit.

45  
Decreta regia in gratiam Christianitatis Indiæ ab Xaverio procurata sed iurata.

45. Erant hæc decreta regia Martij 8. Almaini data anno 1546. primum Goæ Pagodum priuata simulachra, & publica ut deiicerentur. Ad hoc in ædibus ethnicorum sagaci perserutatione inuestigarentur, plectereturque condignâ pœnâ, quisquis in posterum non esset veritus ea effingere. Deindè quicumque Brachmanum, obsticisset promouendæ religioni Christianæ exterminarentur extra omnem Lusitanicam ditionem. Tertium ut tēr mille nummum, qui Bazaini delubro mahometis annui pendebantur, ad leuandam eorum paupertatem conferrentur qui recens ad fidem venissent. Post, ethnici omnes excluderentur muneribus publicis. Goano in tractu, & Salfeta, ne liceret superstitio ethnica; nec Saracenis mancipia venderentur. Gemmarum piscatio (si Xaverius id probasset) penes Christianos tantum esset, nec compellerentur nisi iusto pretio illas dare. Cocinensi Regi nefas esset baptismo lotos bonis exuere, quod idem ex eo rex Ioannes priuatis literis postulauit. Postremò cædes ab Iafanapatani tyranno in Manara ediras, si nondum Sofa vltus esset, vlcisceretur illas Castrius nouus Gubernator. Hæc Ioannis Regis eximia iubendo pietas; cui ministrorum exequendo, si par integritas respondisset,

respon  
publici  
prodiit  
Deum t  
ac nece  
lucris in  
iana pr  
quæ iam  
vt indu  
eiiceret  
reddere  
quæ inc  
arma; p  
tatem,  
carnife  
næ incu  
alterum  
Gubern  
oræ tot  
ducant  
arbitrio  
bus exit  
labores  
46. C  
simè ex  
rem. M  
improb  
situra:  
vlus est  
annis ex  
suspicio  
ris, ar  
viuunt  
vitam &  
cæque  
prænu  
frater L  
Candia  
iis casu  
num vi  
(quem  
eo, vt  
essent?  
matum

respondisset, sua Indiæ constabat felicitas. Lecta sunt ista in status publici confesso; probari visa & plausum tulere; reipsa nihil actum; prodiit enim mox auaritia priuatorum, publicis rationibus personata; Deum regi oportuit cedere, & Dei obsequia regiis, quibus iure, nempe ac necessariò dandum censebatur, quicquid solebat ministrorum auaris lucris inde accedere. Nec multò utilior præclaris Xauerij votis Cambiana profectio, illic eadem illa rei augendæ fœda cupiditas, spes magnas quæ iam eruperant, suo in ortu radicibus extinxit. Non fuit multis opus ut induceretur Gubernator ad exercitum parandum, à quo tyrannus eiiceretur Iafanapatano; eius aut frater aut sororis filius, regno legitimo redderetur; Clarum erat & grande tanti operis præmium, ac fama, quæ indè toto orbe ingens, celebratura erat Lusitanum nomen, atque arma; præter meritum apud Deum excellens belli ad fœnsendam æquitatem, & religionem gratuiti. Nam si toties reus immanitatis barbaræ carnifex, quot ipse infantes necauerat, impunè id ferre sineretur, supinæ incuriæ vel summæ imbecillitatis futurum erat argumentum, quorum alterum Christianis detraheret animos, alterum ethnicis inflaret. Quare Gubernator, præfectis ultra Comorinum per literas, & nuntios mandat, oræ totius militiam Nagapatanum cogant, indè aduersus Iafanapatatum ducant, captumque vel interficiant, vel tradant Xauerio viuentem, cuius arbitrio, vitam eius aut necem permittebat: quæ dum instruuntur, spebus eximiis plenus Xauerius, Corinum reuertitur, integraturus consuetos labores in vrgendâ salute animarum.

46. Quo ex itinere Cananori exscendens, à pio Christiano liberalissimè exceptus, mercedem hospitij exsoluit longè multumque liberaliorum. Mœrebat vir optimus vnus ex liberis peruersâ indole, moribus improbâ, & intractabili ac ni Deus adesset, in calamitates vltimas destitura: cui Xauerius hæc secum multis, & acerbè lugenti; quod primùm vsus est leuamen admouit, hæc esse forsitan ætatis vitia, sanari tempore, annis excoctum iri, & maturitate. Tum ad preces conuersus, cœlumque suspiciens, tantisper hæsit tacens, ac vultu inflammatus; hinc mirè hilaris, amici hospitij præhensâ manu, gaude ait, Patrum qui vsquàm viuunt fortunatissime: qui te tantoperè macerat, & discruciat puer, vitam & mores vertet in melius; S. Francisci ordinem amplectetur, crescerque in virum, sanctitate, ac literis præstantem: quæ ad amissim, ut prænuntiarat, successus probauit. Sanctum Franciscum induit adolescens, frater Lucas dictus, doctrinâ egregius, virtute insignis, Christi fidem in Candia (quod in Zeilano insula, regnum est) barbaris prædicans, ab iis cæsus martyr occubuit, paucorum exinde post moras dierum Cocinum vir sanctus attigit, vbi die quodam agens cum Cosmo Annesio (quem sibi intimum, & ex vero amicum) nominat, percunctabatur ex eo, ut amicis mos est, sat in feliciter, eius anni mercimonia expedita essent: commodissimè, inquit, Annesius, recensetque pretiosorum aromatum pipetis, opumque cæterarum diues pondus, quibus naues septem

46

Prophetiæ  
insignes Xa-  
uerij dux.

I

onerasset;

onerasset ; præ cunctis verò adamantem iactabat , quo nullus esset in India thesaurus rarior. Decem mille ducatis Goæ ab se emptum ; triplo ferè in Lusitania emptum iri ; eò se illum ad regem mittere : auditâ Xaverius tanti pretij gemmâ interrogat , cui de septem, naui eam commisit : respondet Annesius Atoghia , cuius Præfecto Ioanni Noronia eam credidisset. Hic se vir Dei paulisper colligens ; mox , vellem , ait , rem tanti , cuius iam alteri imposuisses naui ; ubiuis foret quàm in ea naui securior , quod eo vultu is protulit , vt conturbaretur Annesius non mediocriter : attamen , ecquid Pater : forte , inquit huic times , quòd aquam laxatâ olim acceperit ? sed est postea egregie refecta , vt nullis sit nouis validisque deterior , haudquaquam eâ causâ id dico , infert Xaverius , nec plura effatus conticuit. Ex quo catè amicus coniecit , præcepisse illum animo quàm verbis grauiora ; à quibus sibi vehementer timens , rogauit per eam quâ res amicissimo sibi & addictissimo semper faustas optarat sollicitudinem , nauis eius cursum Deo enixè commendaret : eius exitium postremæ sibi egestati fore : putasse quidem se adamantem , venturum Regi longè gratissimum , sed diuinando potiùs quàm sciendo ; nam nec eo iubente , sed neque conscio ab se emptum ; proin eius si periret iacturam imputatum iri omnino suis damnis. Verum enim verò periclitaturam nauem illam , haud ideo tantùm seruo suo manifestarat Deus , vt futuræ cladis inditio , ipsius amicum præmaturus dolor affligeret , sed eam voluit Apostoli sui precibus donare , quæ alioqui fuerat peritura : igitur aliàs , cum vnâ accumberent , & de adamante suspensum Annesium pungeret anceps cura , non ferens sanctus tam diuturna sibi tantoperè amicum tristitiâ languere , Gratiâs , ait , Deo age , nam in manus Regina , tuus iam adamas peruenit. Reuersis postmodùm in Indiam nauibus , ex Noronia literis Annesius didicit , cur tantò antè sanctus timuisset , nauim scilicèt ventis actam secundis , sub carchesio decumani mali derepentè hiasse , & exclusâ omninò stipatoris manu , tantùm maris hausisse , vt hydraulam vincente aquarum copiâ , sæpiùs agerent , de naui , priùs quàm deprimeretur eiicienda in vadofum littus , vt illius iacturâ vectores seruantur. Salubriori tamen consilio , succiso malo , quâ manu ignotum , hiatus coaluit , nauisque antennis duabus velificans , subsecuta est socias , & portum cum iis Vlyssipone incolumis tenuit.

47. Cocini Xaverius cum fermè ad majum exeuntem egisset , Mansilla socio Zeilanum nauigauit , Nagapatanum indè transmiffurus , vbi accinctus Lusitanorum exercitus ventorum expectabat fauorem , cuius itineris , & eorum quæ in eo illi acciderunt , mentionem non produnt tabulæ publicæ , nisi perobscuram , sed quæ sit magnorum non obscura index , & iure aduertunt Ro. rotæ cognitores , quæ ad nos de illo peruenerunt , particulas esse , ac velut analecta , historiæ veteris locorum insignium , in quibus versatus est. Ac reponat æternùm Deus magnæ Ioannis Tertij animæ , quod anno 1556. Franciscum Barretum , suum in Indiis Proregem curare iussit cognitionem diligentem Apostolici laboris , & miraculorum

47  
Excitatus  
ab Xaverio  
mortuus in  
Vaccaram  
Insula.

culoru  
latis de  
monu  
Verùm  
regna f  
Goæ,  
sunt ,  
Eiusme  
sed nuc  
quolib  
Saracer  
Vaccar  
48. S  
in quâ  
Spectat  
ium , a  
Aposto  
Pasim,  
& terr  
vti cas  
suam.  
capita.  
celebra  
addict  
habet s  
lam hab  
& impi  
rorum,  
tam po  
exinde  
vitam a  
uerij m  
(vt illi  
posito f  
Christi  
hoc tra  
ab ea q  
spesque  
opulen  
merces  
barbari  
res, mi  
iis rece  
barbar

culorum Xauerij ante quadriennium defuncti, eamque ab testibus oculatis desumptam, chirographis publicis muniri, nè sempiternis digna monumentis, interciderent penitus annorum lapsu & æui neglectu. Verùm sancto, & solo; & extra Lusitanorum fines progresso longiùs; in regna ferè, locaque ignota & barbara; hinc illa propemodùm sola quæ Goæ, Cocini, Bazaini, Malacæ, (vbi confectæ quas innui tabulæ) gesta sunt, colligi potuerunt, reliqua indicari magis obiter quàm exponi. Eiusmodi sunt quæ in hoc fortassis itinere illi contigerint, certò quidem sed nudè tradita absque vllis adiunctis, ex quibus confici valeat, aliò quolibet quàm ad hoc tempus pertinere. In iis primùm est puer filius Saraceni ab Xauerio in vitam reuocatus haud procul à vadis in insulâ Vaccarum, Septentrioni opposita, neque id enucleatiùs narratur.

48. Sed illud fusiùs, & explicatiùs quod in Manarâ insulâ ab eo gestum, in quâ sexcentos Christianos à tyranno cæsos, non pridem memini. Spectatorem res, testem & narratorem habet Ioannem Melum Sampaium, arcis ea in Insula, & regno Candia præfectum. Incessit Christi Apostolum pius ardor beatam humum salutandi, maximè verò pagum Pasim, ex quo cælum adeptæ tot fortes animæ, loco nomen mutant, & terram martyrum fecerant. At ecce illi huius in aditu ampla seges, vti cæsis gaudendi suam sortem, sic condolendi superstitibus cladem suam. Depopulabatur insulam lues sæua, & centena quotidie metebat capita. Magni Patris aduentu, cuius erat nomen, & prodigiorum fama celebratissima, concurrunt populus ad tria millia, magnam partem idolis addicti: rogant, & supplicant iis precibus & lamentis, quæ in promptu habet supremum periculum, nè se peste absumi patiatur, nec suis insulam habitatoribus orbari, quam sexcentorum non pridem cædes, iniqua, & impia, dignam fecerat miseratione; mollita lachrymis, & strage miserorum, Xauerij charitas, triduum petiit, quo preces ad Deum pro illis tam potentes fudit, vt lue illicò extinctâ, omnes eâ icti valuerint, nemo exinde afflatus sit; quòdque longè præstat saluti corporum, omnes animi vitam adepti sunt, & tanti prodigij mirabilitate domiti expiatique Xauerij manu, nouam sacro ex fonte vitam, & animam hauserunt: iis verò (vt illi mos erat) ampliùs docendis & stabiliendis in suscepti boni proposito subsistere diutiùs exercitus vetuit, cui iam iam aduersus tyrannum, Christi hostem ituro, sanctum subdi calorem oportebat; verùm vbi ad hoc traiecit Nagapatanum sanctus, multum alia rerum occurrit facies, ab ea quàm mente præeperat. Inopinatus casus susdèque omnia euertit, spèsque omnes tanti apparatus, & consiliorum difflauit. Navis Lusitana opulentis ex Pegu mercibus onusta ad Zeilam confracta, vectorem, & merces destituerat in vado; in has prædo rex Iafanapatæ inuolat, & (qui barbaris vsus est,) sibi eas rapit; quorum plurimum intererat complures, minimè dubij, si belli semel initium fieret, nè teruntium quidem ex iis recepturos, duces auertunt ab deliberatâ armorum sententiâ; ità barbarus & viuit, & triumphat, & suis rebus, iure omni priuandus,

48  
Lues pestilens ab Xauerio extincta.

68 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

pinguescit alienis, Lusitanis enim pro lucro fuit, tam grauis iacturæ partem redimere, neque postea vnquam de vindictâ quid motum, nisi anno ab hinc quinto & decimo, cum & Lusitanos, & vicinos reges improbitate intolerabili, & crudelitate proritasset. Elusâ in hunc modum, vel misâ incertum expectatione, tam præclaræ expeditionis, quàm erat magnificum rapto per nefas regno, inuasorem tyrannum & ethnicum pellere, illudque Christiano Regi legitimo reddere, ad labores Trauancoris Xauerius animum retulit; sed antequàm Nagapatano recederet, vibratis procul identidem in scelestam Zeilam oculis, & diuino futuri prospectu largè flens, ah! te, ait, insulam infelicem, quot instratam cadaveribus video? quanto Christianorum sanguine madentem? redituro autem Trauancorem, nunquam adspirauit necessarium ventum Deus, illius nimirum operâ, vtilius alibi vsurus; sed desiderium submitit ingens, Euangelij gradatim portandi in fines vltimos Orientis; cuius desiderij breuiter hîc repetenda est origo.

49  
Conuersio-  
nes opera  
Lusitano-  
rum.

49. Molucas inter & Borneum, miliaribus Comorino bis mille, æquatori medio insula subiacet, Leucarum ab Austro ad Septentrionem fermè ducentarum; in ea multi suo cuique regno imperitant Reguli, rerum omnium, & commerciorum dines est, Geographis Celabes, Macazar Historicis vulgò dicta quâ ei vtramque appellationem, regnorum duorum duæ metropoles faciunt, ex quibus, & reliqua nominantur (quin & nomenclatio Celabis, minores alias complectitur insulas, quarum olim domina fuerat.) Hinc sub annum fere trigesimum primum, & sesquimillesimum, fratres duo, idololatra vterque (vti ex quo nati, regnum Macazaris vniuersum) Ternatem appulere, vnâ ex Molucensibus insulis, vbi suis quibuscumque tandem adducti spebus, multò maiora inuenerunt. Ternate tunc præerat Antonius Galuanus Lusitanus, virtute ac bello, apud posteros notus. Cum eo ij fratres dum fortè agunt, incidit de religione, nonnulla interferi, ex quibus vix aliquoties paulò fusiùs iteratis, tantùm illos puduit honoris quem Diis suis detulerant, vt darent illicò veritati manus, fidemque amplexi Christianam, & noui ex aquâ vitali homines; alter Antonij, à Galuano, alter nomen ferrent Michælis. Indè in patriam reduces, iamque vt poterant doctrinæ magistri, cuius modo esse discipuli cæperant, tam multis illam deprædicarunt apud suos, vt ad Galuanum publicè legati ab iis venerint. Legationis summa erat, aliquos ab eo petere à quibus in lege quam profitebatur, erudiri possent; ad hæc probam & sinceram mentem pretiosis muneribus testabantur, & lectorum aliquot inuenum pignore, quos intereâ cupiebant, sacro baptisinate lustrari. Legationis principes germani duo, qui eius mittendæ causam præbuerant. Accepta est incredibili gratulatione Legatio; Christiana ritè mysteria edocti iuuenes baptizantur; donis haudquaquam inferioribus pensantur dona, remittuntur cum iis legati, adiuncto ad eos Francisco Castrio, homine militari, sed cuius cordata pietas, posset interim vtrumquæ

partes

partes  
felix m  
natùs  
Castri  
ex quâ  
duxit;  
biti, et  
tacitò  
eorum  
quod  
probè  
Regin  
promi  
ram M  
quid i  
viam i  
faustit  
tum q  
Progr  
Reges  
& vin  
profite  
facit  
Celab  
state,  
rant,  
cazari  
hinc a  
patieb  
India  
ad In  
animo  
rico V  
præte  
randi  
cuit P  
curri  
mitat  
ne in  
Maur  
rescin  
odiff  
verfa  
tis,



partes obire Sacerdotis, qui tunc Ternate nullus erat. Verùm felix momentum nondùm aduenerat, conuersionibus illius populi diuinitus dictum, sed hoc aliis accidit opportunum, & faustum, quibus Castrus ex inopinato salutem attulit. Primum enim deuecti Ceriganum, ex quâ vrbe vnum de regnis Macazaris, quod in ortu est situm, nomen duxit; illic ab Rege, nullo non genere comitatis, & benevolentia habiti, etiam illi (quæ fuit in eum æterna, & inscrutabilis bonitas) suum tacitò instinctu studium inspirarunt, de suscipiendâ Christi fide, auditâ eorum itineris causâ, desiderio exarsit non impari, fruendi eius boni quod perlatum ibant ad alios: ergo quoad rei, & moræ ferebat ratio, probè diuinis eruditus, expiatus est aquâ salutari cum tribus fratribus, Regina, principe filio, optimatibus centum, ac triginta, & multitudine promiscui populi non parua. Quibus læti auspiciis legati aquiloni pro-ram Mindanaum obuertunt, quæ nunc censetur inter Philippinas, siue quid illie haberent negotij, seu per tot insulas, tutam ad Macazarem viam initari; eas oras dum radunt, Saliganum deueniunt, vbi eadem faustitate, Regem, vxorem, tres horum filias, alios notæ leuioris ad centum quinquaginta, religioni sacrosanctæ ab cultu dæmonis adiungunt. Progressiue ulterius, tres præterea Butuani, Pimilani, & Camiguini Reges Christo pariter addixerunt, adeò prona est in legem Christianam, & vinci facilis humana ratio, vbi Christianorum improbitas legi quam profitentur non officit, & exemplorum prauitas execrabilem iis non facit, quibus proposita ipsius sanctitas mirè probabatur. Post hæc Celaben versus, cum passis velis contenderent, sædâ correpti tempestate, per crebra sorbendæ nauis pericula, Ternatem denique vndè exierant, compulsi rediere, atque hîc hæsit Francisco Castrio credita in Macazaris regnum profectio. Placuit tamen æternæ bonitati haud multis hinc annis, pia regni adhuc impij vota secundare, & diuinorum quàm patiebatur egestati, terreni lucri cupiditate succurrere, vt totam ferè per Indiam triuialibus hominum in quæstu, & refacienda studiis, vsus est, ad Indos æternis opibus quibus eas destinauerat ditandos. Hoc certè animo Antonius Paiua Lusitanus Celabem nauigauit; nam illuc à Roderico Vazio Pereira missus ad ligna sandalina quorum insula ferax est, præter spem nactus est occasiones quæstuosas, Christi sanguinis fœnerandi. Post miliaria Macarem, ab vsque Malaca omninò mille, applicuit Paiua regno Supræ. Huic annorum septuaginta rex ad portum occurrit, cum principe filio iuvene, & mulierum triginta ornatissimo comitatu: Primi fuere aditus salutationum, & humanitatis; ex iis sermone in alia delapso, congressibus variis actum est de religione; cùmque Mauri Iauæ vtriusque, regem niterentur ad Mahometem pertrahere, rescire ex Paiua voluit, quid causæ foret, ob quam Saracenos tantoperè odissent Christiani: cui vt potuit in mercimoniis, quàm in dogmatis, versatior Paiua, magnâ libertate edisserit turpitudinem sectæ Mahometis, flagitiorum probrosam licentiam, & felicitatem belluinam, quam

fuis post hanc vitam sponderet ; tùm his contraria omnia opponit, quæcumque ex Euangelio vir illiteratus meminerat. Audiebat dicentem bonus, & sapiens senex magnâ voluptate, dictaque plurimum probabat. Sic rusâ identidèm eadem incude, dum alacritate dicendi, atque audiendi mutua pergitur, quæsiuit aliquando ex occasione rex, quid esset mendacium? hic autem Paiua honorem præfatus, & veniam responsionis veræ, & liberæ, Mendacium respondit esse, quicquid vero esset contrarium, dictoque insistens; si foret ô rex exemplo euidenti firmandum, mendacium planè est, quicquid tu ac tui de diis creditis, vt qui præter ligna, & lapides nihil sint fingentis libidine in monstrosas species deformata, quibus oculi sunt ad ærumnas adeuntium cæci; surdæ ad omnem eorum precationem aures. Proindè illis venerationem, & sacra impiè deferri quæ vni Deo deberentur omnium conditori, omnium iudici, immortalibus animis, æternam aut pœnam, aut beatitatem, & gloriam reddituro, pro cuiusque in vitâ probè aut secùs gestis. In regis animum pauca hæc altiùs penetrarunt, quem etsi non statim expugnauerint funditùs, sed hæsit lateri felix telum, & diù, noctûque acriter pupugit. Sub hæc Paiuam vrgebant negotia, Sianum in insulam leucas distitam quinquaginta vt sandaliorum residuum indè adsportaret: Illic olim commercij gratiâ cum aliquandiù egisset, vt erat magnæ comitatis, & homo omnium horarum, euaserat Regi valdè gratus, ex quo factum vt eius reditu maiorem in modum lætaretur, & sub primam salutationem, reuocaret illi memoriam concertationum de mysteriis Christianis cum eo habitatum. Qui sermo alternis dum longiùs tenditur, eam vim Paiuæ pietati subministravit Deus, vt regem quàm aliàs vnquam stringeret arctiùs, commemorata potissimum illa in egentes, & afflictos Christianis solemnem misericordia, ad quam vt sibi valdè nouam & inusitatam stupebant, tantoperè barbari. Quibus tandem rex motus, dierum nouem poposcit inducias per quas subigeret animum ad subeundam legis, & religionis sanctitatem, in quam affectu tam suauis, & prono recta per se ratio traheretur: Eratque tunc procul induciis rem totam confecturus, nisi concitandos in regno suo motus à Mauris timuisset. His dum induciis ad deliberandum in re tanti, Rex Siani attendit; En tibi rex Supæ improuisus, validissimam classem cum aulæ suæ flore ad portum applicat: Ingens principio terror ex potentissimi tota insula Regis repentino conspectu & instructu; in festam mox lætitiâ desinit, naui enim exscendens, ab accito Paiua primum statim interrogat, essetne rex Siani sacro hæctenus initiatus fonte. Auditæque illius etiam tùm deliberantis morâ, vt quid, ait, tandiù consulto est opus, in stabiliendo salutis æternæ summo negotio? viderit sanè sibi quid optimè conducat; ad hoc ego hic adsum vt siam confestim Christianus, simul ad Regem cum Paiua procedit, apud quem tantùm exemplo verbisque potuit, vt timiditate, morâque depositâ, baptismum & ipse petierit. Erat vtæque, iam satis commodè Christianis excultus rudimentis, quare medio in campo

ab Lusitani  
militari  
dam fe  
aulæ ac  
principi  
sti doct  
præter  
quam  
His vlc  
gandij  
marum  
tere sta  
Ecclesi  
postmo  
sumus

49.  
fessi; a  
loco po  
foret e  
prius d  
tatus;  
adhibe  
Meliap  
nim M  
duode  
turbul  
gere, a  
rium i

50.  
iuridic  
inedia  
psit, c  
dum, v  
ribus

51.  
dit sar  
ram i  
vetust  
rius,  
& ver  
pericl  
quam  
que n  
pœna

ab Lusitanis ara erigitur, ornatu quàm potuit maximo; pompa instruitur militaris ex indigenarum, & hospitem hilari concursu, ad cohonestandam festâ gratulatione tam beatam lucem. Hæc inter gaudia, vniuersaque aulae ac populi, ambo reges, salutis aquâ Christo consecrantur, cum principibus regij sanguinis, aliisque de populo permultis, quibus Christi doctrina diligentius imbuendis, adiungendisque ad illos cæteris, cum præter sacerdotes nihil deesset, suscepit Paiua se illos Malaca curaturum, quam paulò post attingit, Apostolicâ laude quàm mercatura insignior. His vsque Comorinum vulgatis, gestire Xauerius, nec sui sat capax gaudij, vbertim flere, manus tollere in cælum, ac ni messem illic animarum copiosissimam ad manum haberet, quâ prohibebatur intermittere stationem, velle in Celabem illicò euolare, ad amplificandos illius Ecclesiæ fines, proferendosque adiacentes in insulas, in quibus nutu postmodum diuino, eas fecit regum conuersiones, & regnorum quas sumus libro proximo scripturi.

49. Nunc vbi Piscariæ, & Trauancoris incolæ Christum erant professi; aduentabantque ex Europâ operæ socij, quos confirmandis iis suo loco posset relinquere; & Zeilanae spes elisæ conciderant, occurrit anforet ex Dei obsequio in regna Macazaris transire, de quo non ausus prius decernere quàm maturâ cum Deo consultatione, responsum sciscitatus; eius obtinendi Thomam Apostolum intercessorem optimum adhibendum putauit Ecclesiæ Indicæ Fundatorem ac Patrem; ad hoc Meliaporem iter aggreditur leucarum quinquaginta; Nagapatani nauim Michaëlis Fereiræ conscendit marito exeunte anno 1545. Leucas duodecim Choromandilis oram prosperè raserant, cum venti contrarij turbulentissimo in proram exortu, coguntur montis excelsi dorso se tegere, ac toto septiduo æquiores auras opperiri; quod tempus Xauerium ieiunium prorsus exegisse

49  
Xauerius  
Meliap. nauigat, & cur?

50. Ab iis qui simul vehabantur obseruatum; & Iacobus Madeira, iuridicè rogatus asseruit. Precationis videlicet cælesti pabulo, longam inediam saginante, indè rogatu eiusdem Madeira, aquæ paululum sumpsit, cui prius cepam voluerat incoqui, repetitum mare deinceps placidum, ventum puppi afflantem, cælum clemens, nauigatio habuit, milliaribus propè centum.

50  
Hebdomadam ieiunus  
exigit.

51. At aliis oculis quàm quibus blandiebatur præfens serenitas, vidit sanctus ex fallaci tranquillo sæuam instare tempestatem; Madeira interrogat, essetne illa nauis, in omnem incursum satis firma? cui vetustam; & quassam clarè indicanti; ergo iter in portum, infert Xauerius, quamprimùm relegamus. Tam secundo, subdit Madeira, & mari, & vento, te quicquam metuere? vbi linter securus, ibi P. Francisce! periclitetur nauis? nec vllis Xauerij precibus donare sustinuit, illam quam cum vectoribus, & nautis iacturam putabat, tam blandæ, tutæque nauigationis, sed obstinatum incredulitatem subsecuta est velox pœna luentorum furentium subita rabies totum mare conuoluit, eaque

51  
Tempestatē  
prædicat.

72 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

que nauim procella exagitat, vt præsentissimo naufragio ægrè erepta sit, Nagapatanum vellent, nollent, reducta. Indè breuem post moram, terra, & pedes, Meliaporem peruenit.

52  
Monumenta  
vetera S. Th.

52. Est vrbs Meliapor, vulgò S. Thomæ, illius habitatione, discipulis & martyrio nobilis, quanquam, (si fides indigenis) Meliapotè antiquam, sæculorū decursu, mare latius fusū absorbit. Monstratur à piscatoribus hodièque vrbs eius situs, & aquis demersa veterum ædificiorum residua ruderata, distingunturque suis nominibus, fori, turrium, regia, & aliorum. Quæ vero nunc extat Meliapor exigua primum ab incolis posita, amplificata verò ab Lusitanis, ædem habet sacram, non plus tredecim palmis longam, & totidem latam, pro saxis è ligno constantem durissimo, Sancti Thomæ (vt ferunt) opus: à læua minor alia visitur, vbi totis Indiis fama est corpus Apostoli iacere, vicinus vrbi mollis cliuus Parui montis appellatione, specu patet angusta, in quam aiunt eum latere solitum, cum aduersus Christum, hostes impotentius furerent. Speluncæ os arctissimi aditus, crux ornat lapidea cineritij coloris; crucis radicem fons profusus S. Thomæ miraculo illinc olim eductus, cuius potu creduntur curationes à morbis edi continuæ, hoc è colle in montem ascenditur solitariæ contemplationi mirè aptum, ob antiquam syluam arboribus densam, viriditatis perpetuæ, quæ imminens mari latus alterum vestiunt; alterum etiam, quamuis nudum, amœnitate gaudens præcipua, subiecto fluuio rigatur. Hic fuit magno Apostolo, eiusque discipulis ad meditationem æternorum secessus, hinc fertur animam in cœlum efflasse, cum in arctâ quam dixi speluncâ confixus lanceâ fuisset. Montis verticem decorauerat sacellum, cuius diruti nonnulla vestigiâ Lusitani compererunt, & extantes adhuc truncos parietum aliquos. Ædiculæ huius in tanti Apostoli honorem instaurandæ fundamenta dum purgant, in quadram incidunt saxeam cruce media insculptam, crucibus similem equestris Ordinis Auisi, nisi quòd quatuor illius capita voluminibus carebant introrsum reductis, sed earum loco, duos hinc inde ferebant emicyclos, quos tertij complexus veluti coronabat eandemque aliæ item cruces figuram exhibent, quæ manu S. Thomæ putantur expressæ. Insidebat cruci passis alis columba, circumquaque ignoti characteres, præterquam insigni antiquario Brachmani, qui lectis iis retulit significari *Thomam Iesu Christi Apostolum illuc ab eo missum, ad predicandam legem suam sanctissimam, congregasse illic discipulos, & martyrium obisse, existimatürque eodem in lapide animam exhalasse, quòd sparsi sanguinis ductibus cruentus appareat.* Restituto sacello Lusitani, lapidem in ara statuere, vbi dum sacra res agitur Decembris octauo, & decimo cum ad Euangelium ventum est, cernitur (haud tamen quotannis) stupendo miraculo, expirans fumus ex lapide, & obscuram in nubem diffusus lapidem totum contegere, quâ discussâ grandes ex eo guttæ stillant, illo forsitan ex prodigioso vapore in aquam concretæ. Xauerio igitur in hanc vrbe intranti Deus hospitium metatus est eius desideris

oportu

oportu  
Vicario  
Dei, su  
de suâ  
hoc illi  
noris g  
quàm e  
ad tem  
tur Vica  
uerius a  
horrend  
vt iis fe  
deprehe  
monitu  
transue  
nueret  
rius in  
iam ten

53.  
dæmon  
vno, t  
cum sui  
more in  
peculia  
crudele  
duum i  
Malaba  
pitūque  
verberu  
cantis,  
retracta  
excubia  
quam p  
turbare  
mel sty  
gerunt  
aduenit  
exsolui  
pensauit  
solitude  
potissim  
legerat  
esset, v  
illic aut

opportunitissimum; exceptus enim est à Gaspare Coëllio, Ecclesiæ illius Vicario, cuius ædes ab templo cum vnus diuideret hortulus, poterat vir Dei, suo precandi studio quoties libuisset, de nocte habenas laxare, & de suâ in Macazarem expeditione Deum otiosè consulere. Quamquam hoc illi ne esset omninò integrum obstabant duo; vnum, quòd siue honoris gratiâ, seu ob angustias ædium, nollet Vicarius, Xauerium alio, quàm eodem secum ad nocturnam quietem vti cubiculo, quo proindè ad templum exire, vetabat urbanitas, nisi primo iam somno occuparetur Vicarius: alterum grauius, & cuius formidabilius, minùs quàm Xauerius animoso. Quâ enim transitus in templum ex cubiculo erat, tam horrenda specie, ac terribilibus figuris, noctu dæmones bacchabantur, vt iis ferendis parem se nemo consideret. Neque id Xauerium latebat, deprehenso illius furtiuo per noctes, in templum egressu à Vicario monitum; at is & animo suaptè naturâ intrepidus, & doctus nec transuersum vnguem moturos in se vltèrius dæmones quàm Deus annueret; Flocci habere terriumenta quæ obiectabantur, & eò liberius in templum itare, ac solitarias noctes in eo traducere quod celare iam tenebris pietatem non posset, cum manifesto teneretur.

53. Hoc monstrorum contemptu ad quæ alij pauebant, indignatus dæmon eorum artifex, irisque in eum atrocibus furens; à quo sibi vno, tot millium animarum diripiebatur quotidie præda, decreuit cum suis vltro se in manus hostiles induentem, condignè accipere, de more itaque ad effigiem reginæ Deiparæ (cui exindè propterea honor peculiaris mansit) orantem nocte intempestâ ferocissimè aggressi, tam crudelem in modum tot plagis contundunt, & conterunt, vt ex iis biduum inter summos dolores iacuerit, tacitâ quidem mali causâ, sed à Malabare iuvene, ipsi Vicario detecta. Is enim clamore dæmonum, crepitûque plagarum euigilans, exploransque propiùs quid esset, sonitum verberum, & sancti querulos gemitus, verbâque Deiparam in opem vocantis, Vicario retulit, qui post Xauerio interdum, per iocum eadem retractabat. Cæterùm è lecto vix ipse constiterat, cum eisdem precandi excubias in templo repetiit, nec in eum tamen rabies dæmonum quicquam prætereà ausa est, nisi quòd horrendo procul strepitu, & fragore turbare potiùs orantem quàm exterrere nitebantur, quin & mutato semel stylo, de mediâ nocte, matutinos Ecclesiæ cantus tam scitè peregerant, vt postridiè sanctus ex Vicario quæreretur, qui & vndè Clerici aduenissent, qui præter morem, diuina officia nocte proximâ in templo exsoluissent. Verumenimuerò hæc ludibria dæmonum, & vexationes pensauit seruo sic Deus longè vberioribus præmiis, quæ tametsi nox, solitudo, & viri modestia presserint; attamen voti sui summam, & cuius potissimùm causâ Thomam Apostolum diuinæ sibi mentis interpretem legerat, scimus cumulatissimè assecutum. Sciscitans enim, an Deo cordi esset, vt interiores ad Austrum Insulas Euangelio peragraret, tam claro illic aut responso, aut luce perfusus est; tantùm hausit roboris atque ani-

53  
Xauerius  
atrociter à  
dæmonibus  
orando car-  
ditur.



morum ad pericula omnia indiscriminatim adeunda, vt non absque admiratione legatur Epistola quam manu suâ Goam ad Paulum Camertem, & Iacobum Borbanum familiares suos dedit. [ Spero, inquit, Deum, hoc iter meum, multâ suâ aucturum liberalitate quando tam effusis interius gaudiis. Significare mihi dignatus est, placere sibi vt in eam Macazari oram proficiscar, vbi nuper ad fidem multi perducti sunt; atque huic indicatæ mihi diuinitus navigationi adedò constanter adhæresco, vt videar mihi cum manifesto illius imperio pugnaturus, eiusque in hâc & futurâ vitâ beneficiis indignus effici, si ab hac mente desitero. Quare nisi hoc anno Lusitana nauis Malacam transmiserit, Mauri alicuius aut ethnici nauigium conscendam; ac si ne id quidem occurrerit, vel cimbræ cuiuslibet illuc vela daturæ, certum mihi est vitam committere, tanta est quâ nitor Dei fiducia, cuius amore hoc iter aggredior. Totas spes meas habeo in Deo repositas per quem te obsecro, vt in tuis ad eum precibus, mei peccatoris perpetuò memor sis. ] Ita ille, at licet ad inflammandum vehementius animum precandi assiduitate, S. Thomæ secessum ambisset, quod solet viris sanctis esse, ab labore diù in alios sudato, suauissimum laxamentum, sed priuato feruori sic obsecutus est, vt in nullo aliis deesset. Noctem sibi, diem proximo dabit, conuersiones perditorum hominum ad Deum, cuiusmodi faceret loquuntur earum spectatores; inter illas narratur pœnitentia publica scelerati qui plus quindecim annos quadrupedem magis quàm Christianum pergebat viuere. Concionum vim exerebat pectus Deo plenum, & æternarum rationum assuetum radiis; pondus verbis addebat viuendi sanctitas, & vel solus illius aspectus perorabat ad emolliendam facinorosi cuiusuis duritiem. Qui verò paternis ipsius monitis refractariam mentem obfirmarent, desperasse iam vulgò salutem putabantur, quòd experientia constaret obstinatiùs illi refragatos, morte pessimâ id luisse, sibi que omnes ab eadem infelici sorte metuerent; Adulteria itaque complura dissoluit, ab impudicis heris mancipia abstulit; iniquas rescidit pecuniæ mutuationes, sedauit discordias, quicquid demùm illic ad Dei gloriam suscepisset, tam secundo euentu confecit, vt iactatum sit palàm & proditum eam urbem ab eâ, quæ fuerat, omninò mutatam, nec illo abeunte superfuisse illic vel morem vel hominem quo posset probitas Christiana offendi. Quinetiam factum satis, ipse quoque vir sanctus filere non potuit, & vbi eidem fausta millies adprecatus, tunc quidem affirmavit, ex quo Indiam subisset, nullam ab se urbem Meliapore compertam meliorem; vti postea nullam Malaca peiorem; post vaticinio vtrique, huius paucis hinc annis calamitas, illius incrementum fidem fecit.

54  
Xaverij corona naufragum seruat.

54. Postremò locum illa habent hîc suum, quibus Deus serui sui nomen, ac merita apud hos populos decorauit. Nauigaturus Malacam mercator, priusquam conscenderet, salutandi gratiâ ad eum venerat ( vt cni esset ex animo addicitur ) eiusque precibus enixè rogatis, etiam aliquid

aliquid  
vt erat  
corona  
feruasle  
quàm d  
& Meli  
huius p  
euerfun  
los freg  
rupe, &  
ineunt e  
quot, &  
dunt; s  
deporta  
vnicâ se  
lare, vt  
deincep  
se credi  
rum vig  
prorsus  
vllum e  
nec illu  
mendari  
comperi  
ora con  
55. Al  
iuiuit. Era  
vbi tunc  
naum e  
acta pub  
manibus  
dâ vt fit  
Xaveriu  
vir sanct  
os fursu  
Deus, fr  
auditum  
Etòsque  
nat plan  
iis silen  
mendici  
delis tra  
purgatio

aliquid ab eo, quodcumque id foret, amicitiam confusus petierat; sanctus ut erat perurbanus, nihil habens præterea, detractam collo precatoriam coronam, donauit mercatori, monens eam haberet; quandiu illam seruasset nullis in mari casibus periturum; quo securitatis pignore, quam dono hilatior vir pius, Meliapore soluit. Porro inter Malacam, & Meliaporem sinus est, quo vix alius toto Indico mari periculosior: huius partem magnam enauigauerat mercator, cum ventis furialibus euersum mare, nauim corripuit, & nautis ereptam allisamque in scopulos fregit: paucis vitâ incolumi emerfis; qui ne alto in mari & nuda in rupe, & omnibus defecta, fame interirent, ex desperatione consilium ineunt experiendi denuò, vitatos interitus; ergo naufragij collectis aliquot, & malè compactis, in modum cymbæ reliquiis mari vltro se dedunt; suspicione potiùs quam spe firmâ, sinus alicuius rapido aluco, deportandos se in littus fortuitum. In iis erat mercator, coronâ Xauerij vnicâ securus. Vix cymbâ in aquas immiserant cœperatque incerta vacillare, vt solent clauo destitutæ; cum is ab sese abalienatus, nec discrimen deinceps imminens, sed nec mare aduertens, in vrbe S. Thomæ versari se credidit, & cum Xauerio familiariter colloqui. Tenuitque hoc mirum vigilantis & dulcè somnium dies quinque: hinc sibi redditus, vado prorsus ignoto se insistere agnoscit, suoque cum ingenti stupore, nec vllum circa se de sociis videt, quippè omnibus fluctu ad vnum haustis; nec illud ex naufragio commissum tabulatum, cui vitæ residuum commendarat. Ergo incolas percontatus, quæ regio? vbi gentium esset? comperit haud procul ab S. Thomæ, ex quâ discesserat, in Nagapatani ora consistere.

55. Alium item ex naufragio saluum subsidio aliò æquè mirabili adiunxit. Erat is Hieronym. Fernandez de Mendoz, miles; ex Choromandelo, vbi tunc agebat Xauerius, occasum versus vela dabat; prope Comorinû, nauim eius Piratæ Malabares inuadunt, quid vectoribus aliis factum sit acta publica non produnt; Hieronymus omnibus spoliatus, eorum, & manibus, & mari elapsus, eò vnde soluerat redit seminudus, deplorandâ vt sit, apud obuium quemque calamitate suâ, opis aliquid captans, in Xauerium incidit, nihil quod homini daret tunc habentem, peræ tamen vix sanctus sed frustra manum inseruit, quippe à pecunia vacuæ. Quare os sursùm oculosque attollens, tum ad militem versus, benè tibi faciat Deus, frater: dictoque hoc abit. Passus ferè quinque confecerat, cum auditum se sentit, pauperem reuocat, indit iterum peræ manum, eductosque ex ea quâ aureos, quâ ex argento nummos quinquaginta, illi donat planè ignoto signatos marculo, aiens quando Deus illos ei misisset, iis silentio vteretur. At sui tam capax non fuit læticia, & admiratio mendici, vt benefici meritum silentio premeret. Toto mox Choromandelis tractu res celebrata est, & quidem hoc mirabilius quid puri, adeò purgatique metalli nummos illos obruza comprobauit, vt clarum esset,

K 2

alibi

55

Ad Eleemos.  
pecunias mi-  
raculo inue-  
nit.

76 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

alibi quàm in terris fusos ex quo factum, ab argentariis, vt multò maiori pretio, quàm pro pondere mutarentur.

56  
 Prophetia  
 Xaverij de  
 Ioanne Eiro.

56. Successus habuit varios, nec minùs insolitos, quod ei cum Ioanne Eiro contigit, estque operæpretium rem vti gesta est hîc omnem dare, tamen Meliapore inchoata, Malacæ desierit. Annum agebat Eirus quintum supra trigessimum; aliquandiu miles, postea mercator, inde nauis vnus Dominus, & pecuniarum in primis opulentus; neque propterea illa sorte, nec seipso contentus, vt quem sagillaret frequenter animus, seu veriùs Deus, iterando atque inculcando; tot maris pericula, commerciorum tam anxias, & perpetuas curas; si lucris melioribus locasset, quantò esset futurus bonorum ditior quæ nulla mors eripit, & sibi adæquat aternitas: vnde autem posset confidere, fore sibi mare quam tot aliis magis fidum? nec tam longis parta sudoribus, & vitæ periculis momento hausturum? tunc verò quæ gratia tot laborum & iactationum præter vitam intabescens dolore continuo, ob amissas hîc opes; & nullas in cælo repositas: quin etsi ex voto congeratur quicquid potest quæstum optari, annon morte tandem illorum iacturam fieri? quantò prudentiùs ingenti præmio nunc vtrò id fiat, quod extortura est, tunc absque merito, velis, nolis dura necessitas? nempe omnibus Deo consecrandis, terra, cælo; caduca mansuris, immenso fœnore mutantur? Hæc pio Ioannis animum pungebant aculeo, & in molli pluma aggeratarum facultatum non sinebant interquiescere. Cum in Zeilano Xaverium offendit, illic eius allectus alacri paupertate, sanctimoniâ vitæ innocentis, pretiosisque laboribus, beatum se statim putauit, nactumque vnâ quam inuestigabat viuendi formam, & vitæ ductorem; quod subindè illi obscurè, & tacitè cum significasset, erupit denique, seque illi totum intimè expansurus de peccatis ab eo audiri petiit; sed hunc boni ardorem Meliaporem distulit vir sanctus quòd Nagapatam versus in procinctu tunc esset; & Meliapore mercator proximè adfuturus. Ibi Xaverio mentem suam penitus aperit, fixum sibi esse, studium, ac labores, melioribus exindè commerciis, & lucris locare; animæ suæ totum se reddere; id ab se idcirco præstari seriùs quòd piè viuendi præceptor, & monitor ante hæc occurisset nemo; reperto iam qualem maximè optarat, abdicare se ad illius pedes, quicquid bonorum possideret, spes omnes, & ambitus, Deo in perpetuum consecrare; demùm ipsi laborum indiuiduum comitem, & imitorem (quoad vires ferebant) Apostolicæ muneris se dare, nisi se indignum tam religioso conuictu iudicasset. Sub hæc laudato Xaverius, ad propositum animos addidit, verum ita cautè, vt nec admitteret omnia, neque reiceret: opes quidem, & sæculum abiici laudauit; & comitem sibi non renuit ducere; haud tamen priùs Religionis socium asciuit quàm periclitatus illum esset diuturniori obseruatione: de sua re, cum Deo ageret, conferrètque in vsus quos agnouisset illi gratissimos. Satisfecit Ioannes omnibus cumulâtè. Anteaquam vitam confessione omnem retexuit.


Nauim

Nauim  
 largè d  
 bat op  
 menta  
 dam su  
 rant: l  
 vacuan  
 fare in  
 mercat  
 omni p  
 num r  
 imbeci  
 habeni  
 vendit  
 emit;  
 turus  
 non p  
 prope  
 iubens  
 multac  
 sebatu  
 sed qu  
 susped  
 nem,  
 tus, ce  
 tanti si  
 accede  
 sti; ne  
 subisse  
 exclam  
 Sed ha  
 tem er  
 confite  
 gressus  
 statim  
 stantia  
 sum I  
 gnatio  
 stipis  
 alicui  
 tamen  
 exigua  
 pam lu  
 in vtru



Nauim vendidit, & mercium summam, pretiumque illorum in pauperes largè distribuit. Degebat interim à Xauerio seorsum in conducto; & dabat operam meditationi, pœnisque spontaneis, Xauerij ductu, fundamenta mittens illius fabricæ quam ad perfectæ virtutis apicem tollendam susceperat. Verùm enimuerò, promissis facta malignè responderant: breui paupertatem, & secessionem ab infimis, illamque relictis vacuam commoditatibus, & oblectamentis vitam auersari; suam incusare in proiciendis opibus præproperam festinationem, & eiuratum mercaturam mente recoquere: cum autem sit illis maximè violentum omni prorsus carere voluptate, quibus Dei amor deserit sapere; pro num misero fuit oblectamenta noxia captare; atque, vt erat animo imbecillus, primis occasionibus impudicitæ prosterni. Ruptis indè habenis discessum à Xauerio molitur; ac primùm seu nondùm receptâ venditæ rei pecuniâ, seu veteri suâ apud amicos fide, mancipium emit; cum huius ministerio, nauiculam, & merces, nauigaturus quantociùs ad instauranda commercia. Latere Deum fuga non potuit, à quo & illam didicit vir sanctus, quare illum vela prope diem facturum, per adolescentem Antonium nomine accersit, iubens præstò sine morâ adesse: conturbatus insperato nuncio perfuga, multaque animo reuoluens; principio alium ab eo se fingit qui accersebatur; sed manifestò deprehensus, discessionem quidem fateri statuit; sed quicquid præcessisset negare, ratus ad summum se fore Xauerio suspectum, non tamen sat liquidò reum, vt qui esset mercium emptionem, & fugam quàm occultissimè negotiatus. Sic ergo probè meditatùs, comparatùsque ad confidentiam, tranquillo vultu, nihilque dubitanti simillimus se Xauerio sistit; at longè diuersè accipitur; obuians accedenti pater, vehementer commotus, Peccasti, ait, Ioannes peccasti; nec plura; his enim perindè, vt sanctus omnem eius conscientiam subisset, & crimina legeret, ita Xauerij ad pedes abiectus procidit; exclamans, fateor, vt quid inficier, quod certò iam nosti? Peccaui pater! Sed habes paratum quem tua misericordia emendet, Ergo infert, iacentem erigens vir Dei; confessione peccatum elue, præbetque mox aurem confitenti, eo sui pudore, ac detestatione admissorum, vt ab Xauerij digressus, genibus, rursus mancipium, nauim, merces redacta in pretium statim egenis erogarit; ad hoc visus prolabi vt firmior surgeret, constantiæque tenacior. Et verò illi ad S. Thomæ, Malacam, & Molucensium Insulas comes fait, iterumque Malacam, vbi noua miser impugnationi succubuit, oblatam enim ab Lusitano Xauerij obseruantissimo, stipis nomine argenti summam, clam Xauerio admisit, quod prauis alicuius consilij, mouit suspicionem non temerariam, nec leuem, tametsi de eo parum constiterit. Deprehensâ culpâ in Vpem relegatur, exiguam Insulam Malacæ proximam, solitudine, inediâ, & pœnis culpam luiturus; donec, ab Xauerio, redire iuberetur. Paruit, nam erat in vtrumque, bonum, aut secus volubilis, eò se contulit, inter deserti

tugurij afflictati rudera , meditationes & corporis ex Xaverij præscripto exigens , inter quæ dum orat ( in somnis , an vigilans , non potuit satis discernere ) hæc illi est obiecta species , videbat se in templo magnifico prestantem , illic sublimem in altari thronum ; cœli Reginam cum diuino suo inter brachia filio , verenda maiestate , in throno confidentem ; indè ad se descendere filium , seque manu beneuolâ tentum , matri sistendum deducere ; at illam auersari , nutûque reuicere , eius tanquam inuisi accessum indignatam , edentemque repulsæ causas quæ nunc etiam latent , ( sed mansit tenuis coniectura , fuisse hominis peccata quædam , ex crassiore sensu conscientiæ neglecta ) Respuit denique illius affatum , & aditum Dei mater , surgensque abcessit , & cum ea visi tota imago euauit ; hæsit infelix inter filij beneuolentiam , & offensionem matris , grauiter anxius : reuocatus aliquantò post ad confessionem peccatorum , explicatisque Xauerio animi rationibus , visum hoc tacuit , & quidem tam pertinaciter , vt ab eo rogatus , cur hæc , & illa ( nam quædam ei memorabat oranti sibi ostensa , tegetet ? audacter negaret quicquam horum se nosse : at sanctus qui absque dubio hanc illi videndam speciem impetrarat ; distinctè illi vniuersam , & particulatim retulit , explicuitque , quæ in eâ minus perceperat , exin verò illum ab se in perpetuum abiecit ; sed mercede longi comitatus abundè persolutâ , prædicens videlicet fore ( quod reipsâ euenit ) vt S. Francisco nomen daret duraretque in eo ad vsque obitum , hæc Meliapore admirabilia de Xauerio fuerunt , illinc priùs Malacam , & in Macazarem quàm soluisset Goam literas dedit ad Paulum Camertem vt ex adfuturis ab Lusitaniâ sociis duos adiungeret , Zeilani Principibus si ab Lusitanis restituendi regno suo essent. Sed euanida fuere hæc vota , & iuuenes Principes , ambos eoque anno mors abstulit , nullo exitu magnarum expectationum , nisi quòd Principibus duobus Ecclesia aucta est , & cœlum beatis duobus.



L



partim  
fatis nu  
situm ,  
nomina  
Xaverij  
quo eiu  
Deo du  
ad quo  
sue ard  
excolui  
sent , qu  
Malaca  
austrum  
sesqui S  
opposit  
contigu  
bus abu  
raceni p  
dixere  
denique  
ne crea  
nulla fr  
Guzzar  
baia , S  
zonum  
bant : q  
gitudin  
maiest  
median  
gentes



## LIBER SECVNDVS.

I. **G**ANGIS fauces , quibus Indostanum ( quæ pars  
 Indiæ est ) ab ortu clausimus , partis alterius initium I  
 Malacæ situs  
 ingenium,  
 &c.  
 Geographi faciunt , quam partem vulgus verò lon-  
 giùs protendit ad vsque vltimos Orientis fines. Re-  
 gna censet innumera hæc Asiæ portio, incertis ob-  
 scura limitibus, & partim longis deducta littoribus,  
 partim mediterranea , præter latè immenso sparsas oceano insulas nec  
 satis numero , néque cognitu comprehensas ; maiorum vix tenemus  
 situm , & de illarum cælo solóque paucissima ; minorum latent etiam  
 nomina ; nisi aliquarum quæ frequentius adeuntur. Atque hîc laborum  
 Xauerij quos narrandos suscepi , nouus mihi se campus explicat , in  
 quo eius itineribus insistens , sequar populos seorsum singulos , quibus  
 Deo duce Apostolatam nauauit suum. In his primi fuere Malacenses,  
 ad quos Meliapore traiecit , quosque identidem reuifens , charitatis  
 suæ ardore industrio , & miraculorum luce , præ cunctis quos  
 excoluisset , nobilitauerat , nisi eius sudores mercede ingrata rependis-  
 sent , quam Deo vtore , sæuis postmodùm cladibus luerunt. Est autem  
 Malaca ultra Bengalæ sinum magnæ Peninsulæ obuersa capiti , quæ ad  
 austrum ab Auæ ostiis , ferè ad æquinoctium excurrit , gradu altero , &  
 sesqui Septentriones suspicit ; interiecto leucarum vix duodecim spatio  
 opposita Somatræ , quàm vetus imperitia locorum seu continenti rata  
 contiguam , Auream dixit chersonesum ; siue auri fodinas mirata qui-  
 bus abundat , vberimis. Malacam principio, Siani Rex tenuit : inde Sa-  
 raceni per opulenta eius commercia , numero , & viribus aucti , ad-  
 dixere illam impuro Mahometi ; post regi legitimo perduellem , sibi  
 deniquè vindicarunt , eiusque regem è suis vnum , Mahometem nomi-  
 ne crearunt. Nulla tota Asia ad mare , etiamnum commercii ditior,  
 nulla frequentior nationum omnium concursu , illuc Arabes , Persæ,  
 Guzzarata , Malabares ; illuc Bengala , Aracanum , Pegu, Sianum , Cam-  
 baia , Sinæ , Iapponia , & aliæ Insulæ , Somatra , Borneum , Iaua , Luz-  
 zonum , Molucæ , Banda velut ad commune Orientis forum , conflue-  
 bant : quam ob rem à ciuibus secundùm mare , milliarium trium lon-  
 gitudine est porrecta , commodissimo ad onera nauium , pulchro ad  
 maiestatem situ , duabus enim tanquam alis fluiuium complexa , qui  
 mediam diuidit , portum dabat nauibus in urbem quò vellent , in-  
 gentes aquarum accessus luna statis periodis mouente. *Ædificia Maurici  
 operis*

80 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

operis ( præter palatium & fana Mahometis ) ex ligno , sed tamen sumptuosa , & elegantia singularis ; agrum rarus incolit habitator ob iacentes & putridas ex eluione imbrum paludes , expirantemque ab iis cæli grauitatem , externis potissimum infestam : accedit enim arborum densitas quæ solem præfocat , & ventos excludit emendaturos humorem terræ superfluum , & vaporem noxium discussuros . Est tamen incolis sic necessaria vt tutari se à feris aliter non possint ; imponunt arboribus pegmata , & tuguriola , in quibus habeant ab elephantis , & leonibus securas noctes , maximè verò à tigribus tanto illic numero , tam audaci , & agili rabie grassari solitis , vt ad sextam orgyam , direptum ex arbore hominem lanient ; vice versà indigenis genius , si toto vsquam oriente mollis , & effæminatus , Malacensi potissimum in tractu ; videturque cælum , aër , & solum , dum iuncta opera illum emolliunt , & insitis frangunt delitiis , emasculare similiter incolas , & eandem iis temperiem indere . Ver illic perpetuum ; terra nunquam non herbida , & virens ; cæli constans & grata serenitas . Quòd in tanta circuli æquatoris vicinia planè mirum ; Deo nempe tota torrente zonâ æstus immodicos , refrigeratione idoneâ castigante . Statâ enim quotidie horâ eductæ ab sole coguntur nubes , quæ mox in pluuiam solutæ , refrigerata humo , interceptam cælo amœnitatem suam reddunt . Ad hæc venti Malacæ flant dulces , & frigidi , diemque gyro stabili , & rato sequuntur , ex quo fit vt licet Malacæ bis anno quolibet incumbat fors grauior ; æstatis à vere discrimen vix vllum se prodat , sed caloris , & frigoris eadem ferè semper æqualitas . Iam incolarum ingenium propè idem . Toti sunt in luxu , in muscis , in odoribus , in cultu corporis : amant elegantiam incessus , & vestium pompam , & illæcebras , voluptatésque sensuum ; linguæ quòque & idiomatis leporem , & vneres , nusquam alibi tritas , aulis tantum , & aulicis vsitatas velut florem loquendi , & medullam : sui porò cuiusque æstimatio tam excelsa , vt nobilitatem nemo non præferat , & profiteatur , omnes sibi seruilem operam dedecori ducant ; Ex quo illic ingens mancipiorum multitudo . Tales quondam hodièque Malacenses . Ipsa ciuitas nequaquam ; nec enim tot conferta domibus , nec muris vt olim soluta ; sed ex quo potiti sunt eâ Lusitani , nouam cœpit formam induere , sitique alio componi . Hanc Lusitania adiecit Alphonsus Albuchercus anno 1511 . prodicionem eâ pœnâ plectens quam Bendazzius siue Gubernator , sui Regis assensu molitus fuerat in Iacobum Lopezium Secheiram eiusque socios ; contra fidem iuratam partim crudeliter necatos , partim detentos in vinculis . Nec eam tutari barbarus valuit triginta millibus pugnatorum , nec nauium infinitâ classe , nec octo millibus omnis generis tormentorum : hanc arte , & animis suorum , impressione duplici expugnauit , diripiendam victori militi hoc est lusitanis non plus octingentis , paucisque Malabarentibus per triduum dedit ; Mauro quinquingenta vix comitantibus , & centum mancipiis fœminis fugâ lapsa ; ciuitati arcem imposuit ; gubernatores

India,

India  
tionib  
nibus  
deleta  
ter pro  
confici

2. L  
sequer  
cation  
traici  
dendo  
lucrif  
bant f  
pram  
peraro  
cit , v  
nebat  
center  
recog  
caretu  
quem  
de ve  
modi  
quicq  
abit f  
ti vell  
ribus  
& luc  
prius  
versat  
tot vi  
suum  
vleri  
admo  
nueri  
nibus  
exorr  
3.  
ximè  
rorur  
gestin  
sibi g  
re, fa

Indiæ, alij atque alij subinde quâ timeri aliquid poterat nouis muni-  
tionibus consultum studuere; haud tamen torcuris fecere impugna-  
tionibus inaccessam, sæpè barbarorum potenti exercitu tantum non  
deleta est, necessario vitæ quæ illic vivebatur supplicio tam impuden-  
ter profligatæ, vt si ab innato mortalibus omnibus pudore, nedum ab  
conscientiæ legibus, immunitatem sibi sola vsurparet.

2. Meliapore discessit beatus apostolus Septembri, Anno 1545. pro-  
sequente illum ad nauim populo, & faustas ab eo poscente adpre-  
cationes, celeremque à Deo ipsius reditum; & ecce Zeilani sinum dum  
traicit, prodigiôsæ caritatis grande miraculum: inter colludentes, lu-  
dendo, vt solet, tempori nautas, & milites, duo tamen fuere quibus  
lucri fames quam leuandi tædij sæuior. Horum vnus quò infeliçius verte-  
bant folia, hoc rabiosius, damnosa ad ludendum prouocatione, ludi  
præmia geminabat, vel vt omnes simul sarciret iacturas, vel omnes des-  
peraret; dum sibi denique nummorum non modo nihil reliquum fe-  
cit, verum & quas suæ ad negotiandum concreditas fidei, aliorum te-  
nebat pecunias consumpsit funditus, quæ ad nescio quot aureorum  
centena facillè pertingebant. Sub hæc suam apud se tacitus calamitatem  
recogitans, tam infano se abripi mœrore passus est, vt dira omnia impre-  
cetur sibi, iamque præcipitium in mare meditaretur, vitam illic, Deo  
quem execrabatur inuito, miseram, & detestabilem extincturus. Audit  
de vecordia furentis Xauerius, accurrit, amplectitur, solatur, verbis  
modisque sedandæ amentia maximè congruis, quibus tantum abest,  
quicquam profecerit, vt retulerit potius indigna, & prope conuitia. Ergo  
abit sollicitus, & anxio similis, Deumque animæ in exitium prouen-  
ti velle propitium fieri precatur; deinc argenteos regios, ab vno è vecto-  
ribus poscit quinquaginta, redit ad miserum, iubet illos sumat, redeat  
& ludum integret, cum illo eodem à quo exhaustus pecuniis fuerat,  
prius tamen sibi foliorum petit fasciculum ostendi; quem inter manus  
versatum obiter, statim restituit. Redit miser, pugnam & animos iterat;  
tot victoriæ quot ludi; amissa receperat, & incipiebat iam victorem  
suum aliquo argento emungere, cum vetuit sanctus qui præsens aderat,  
vlterius tendere, suoque morigerum ac docilem malo, salubri seorsum  
admonitione tam efficaciter obiurgauit; vt ex eo deinceps, ludo absti-  
nerit semper, emendatâque morum licentiâ, Christiano exemplo om-  
nibus se probarit. Malaçam Septembris 25. cum applicaret Dei seruus  
exornauit eius aduentum Deus illustri prodigio.

3. Sparfa enim (haud scitur ab angelis vel hominibus) fama eius pro-  
ximè adfuturi, confluere in portum populus, & quantum in vrbe pue-  
rorum erat, cum nutricibus, & matribus filios infantes portantibus,  
gestire omnes lætitiâ, & alacritate incredibili sancti Patris aduentum  
sibi gratulari; excensione factâ stantem in littore confestim circunda-  
re, salutare, manus osculum ambire, & faustas eius preces. At is suâ illâ

L

amabilissimâ

2  
Luforem  
desperabun-  
dam, iubet  
ludum repe-  
tere, faci que  
eorum quæ  
amiserat vi-  
ctorem.

3  
Sigillatim  
suis nomi-  
bus, pueros  
quos nunquã  
viderat com-  
pellat.

amabilissimâ caritate parique modestiâ, perhumaniter omnes excipere, blandiri que illis infantibus, & eorum quemque perindè proprio nomine compellare, quasi, non tunc primùm eam urbem intrasset peregrinus, sed annorum complurium ciuis, diù illam truiisset. Quod in tanto, quos nunquàm viderat numero puerorum haudquaquam potuit, nisi deo docente addiscere. Quare tam huius admiratione, quàm opinione sanctitatis, quæ illuc eum singularis, certâque præuenterat, statim fit omnibus venerationi; nec tamen ex plurimis habere hospitem certatim rogantibus cuiquam cessit, sed solenne suum seuerè retinens, diuertit in nosocomium, sui ipsius tum abiectiioni consultum volens, conuictu pauperum, & ministerio in ægrotos; tum vero latendi studio & occultandi vitam, precandi assiduitate, & asperitate vexandi corporis singularem: sed frustrâ optauit has latebras; quæ vnis putabat Dei oculis commissa, denique patuere, viri sanctitatem & per diem infractos, in Dei gloriam labores demirata curiositas, scire item expiscata est quid etiam rerum noctibus ageret.

4  
Noctes quibus rebus occuparet.

4. Antonius Pereira, & Iacobus Pereira ( quibus deindè in India vteriores amicos non habuit, Iacobo præsertim de quo multa suppetent suo loco ) alternis ad rimas cubiculi excubant, quod erat ex palmæ frondibus contextum, & notant hominem post diurnos sudores, noctu solitū in Christi de cruce pendentis aspectu quiescere coramque in genua prostratum hære immobilem, altâ defixum contemplatione, cuius flamma iucundè animum depascens, toto in ore legebatur, cum perpetuâ interim copiâ dulcium lacrimarum; nec ab his aliud deprehensum; aliorum cura felicior; sublimem à terra conspexit, splendoris immensi radiis circumfusum, cuius rei edemus testes, vbi erit intima cum Deo, sancti familiaritas animique in deum ab sensibus frequens alienatio explicanda. Nocte magnam partem in hunc modum exactâ, sedens vt plurimùm, interdum iacens in nudo ex spartis funibus lectulo, saxo capiti subiecto, duas vt multum, tres horas summo dabat; experrectus, penso diuini officij persoluto, & precatione dum illucesceret repetitâ, prodibat è nosocomio ad consuetum animarum opus. Sed ei non licuit quam, illic sedem sibi delegerat, retinere; vim ipsi amicam intulit quorundam pietas qui domum efflictim eum expetebant; illos vt erat mirâ comitate, mæstos ab se abire non sustinens, minùs agrè est passus rogata impetrare quòd pauperes essent, sibi que hoc ipso cariores. Quare iis etiam ingenti pretio, hospiti meritum de arcâ Regis supremi reposuit, quam semper habuit sibi & aliis apertam.

5  
Miracula in domo edita cui benè precatus fuerat.

5. Domui illi benè precatus est, & quicumque in posterum illam habitarent perdidit fore pro suâ conditione fortunatos: cui promisso fidem breui fecit euentus; sed huius tantum vnâ in re distinctam memoriam actus publici consignant ob insignis miraculi splendorem. Erat domus illa S. Iacobi vicina castro, vrbisque connexa mœnibus, & imminabant illac mari, altitudine enormi mœnia: contigit verò, Xaverius, dum illic habitabat,

habita  
præci  
teri; a  
ciente  
milla  
hinc o  
nume  
tudine  
vt eas  
hæred  
crasset

6. T  
prodig  
aut ma  
affirm  
manus  
pressa  
decim  
trias in  
Molu  
illius g  
carmi  
festim  
cti ma  
tem d  
pia ex  
ficus?  
qui vt  
que m  
anima  
citer v  
propu  
natura  
uulsio  
gelio  
dit th  
absqu  
cibum  
cibum  
est. T  
nouer  
cturus  
insper  
noris

habitat, pueros duos & foeminam, diuersis temporibus, in subiecta saxa præcipites ruere, quos tantâ ex ruinâ oportuisset omninò in frustra conteri; at ij nec leuiter læsi, extremo illo sunt defuncti, periculo, subiciente allisuris ad saxa occultam manum Apostolo, & sua iam tum promissa præstante. Hinc illis ædibus constans fides, tutelæ S. Xauerij; hinc obseruantia populi; æstimatio earum ingens, nec minor emptorum numerus: at eius tunc Dominus Ioannes Suarez Vergera, nec magnitudine pretij, nec vllis aut precibus, aut conditionibus perpelli valuit vt eas ab se cuiquam amitteret, vel hâc vnâ illarum, si omnia deforent, hæreditate, suos abundè diuites relicturus, quod eas & tantus consecrasset hospes, & tam certâ beasset adprecatione.

6. Tot verò aliis, Apostoli sui, Malacam aduentum decorauit Deus prodigiis, vt in iuratis auctoritatibus testium, non referantur sigillatim, aut manipulatim morbi diuino miraculo ab eo sanati; sed vno complexu affirmetur, eum quotquot tetigerat curasse, creditasque ipsius sanctas manus morborum omnium expultrices. Pauca solùm in iis disertè expressa hîc pono. In extremis agebat Antonius Fernandus, annis quindecim vix maior. Mater Christiana, sed de Ethnico adhuc olens, patrias incantationes, erat enim ex Iaua oriunda, profuturas filio sperauit, Molucensem acciuit anum veneficam, Naim nomine dictam, artémque illius grandi pretio conduxit, anus funiculum multis filis intextum certo carmine incantat, eoque iacentis brachium illigat. Sub hæc voce confestim ægrotus, sensuque defici, & lethalibus vrgeri paroxismissis, reducti medici vt eum sensibus redderent; cibi vocisque iam triduo expertem desperare; fletu mater, & lamentis absumi; cum fortè superueniens pia ex familiaribus matrona, quid hic, ait increpitans, te vexas, & conficis? quin sanctum Patrem ne grauctur venire, per nuntium rogas? qui vt eum viderit, absque morâ sanum tibi illum exhibebit. Mittit itaque mulier; adest Xauerius; eius ingressu puer qui videbatur efflare animam, subitario correptus impetu furere, vociferari, agitarique ferociter vt agrè posset coherceri, creuitque insaniâ cum vir sanctus adstitit propius; ex quo is facilè coniecit, esse hos possessi ab dæmone, non naturæ motus; constititque deindè apertius cum oblatam crucem, conuulsione totius corporis, rugitu, & sputis excepit. Quare illi, ex Evangelio, Christi patientis historiam de genibus legit, reliquiarum appendit thecam, aquam sparsit lustralem. Quibus vt antè immobilis, & absque vlllo sensu, compressâ rabie iacuit. Post quæ assurgens Xauerius, cibum, ait, illum, (nocte hâc eâ horâ sumendum) puero parate, & cibum horamque designauit, quâ vti præuiderat cibo illo refocillatus est. Tum iussit à patre iuuenem vt confanisset, ad S. Mariæ de monte nouem diebus duci, vbi esset ipse die proximè insequenti pro illo facturus, & commendaturus illam Deiparæ. Quod dum præstat ægrotus, insperato, & vocem, & valetudinem integram recepit. Stetit illi minoris aliorum trium salus deposita, Franciscus Lopez Almeida, vsu

6  
Miracula ab  
eo complura  
Malacæ  
edita.

84 *De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,*

sensuum amisso ad extrema tendebat ; frater Roderici Diaz Pereira prostratis viribus , cibum iam triduo admittebat nullum , triennis puer , quem Iacobus Pereira domi suæ alebat , vel epileptico , vel mali damonis affectu , distorquebatur miseris modis , & in horas animo linquebatur. Primum sanctus Apostolus , manu capiti admotâ restituit ; alterum auditâ illius ex homologesi ; tertium Euangelij recitatione.

7. Familiarem suum Lusitanum periculi monuit , quod aditura essent eius merces magno emptæ ; peritura omnino , nisi periculo ipse qui præuiderat occurrisset : interrogauit Xauerius cui naui classis vela factura merces imponeret ; & naui nomine audito , minimè verò inquit , eam enim infortunium triste manet , sed iam integrum non erat eas retrahere , conuasatas nimirum , mafsâque digestâ compactas cæteris , & stante in procinctu naui : quibus afflictissimus mercator , inopsque consilij , sua mari , & ventis constituebat permittere , se verò Malacæ extra periculum seruare. At sanctus mente tantisper collectâ , bono animo sis ait , cum bono Deo abi , sed quicumque nauim casus inuasert , nunquàm animum inducas iacturam facere. His confirmatus denique conscendit ; iter medium emensus , in breuia rapitur , quibus naui infixæ cum absque vllâ spe hæreret , iam de vno , quod solet , remedio , iactura scilicet agebatur ad nauim pondere leuandam : obstat Lusitanus ; Xauerij oraculum refert ; spem facit euentus melioris , qui & breui respondit expectationi. Accessus maris insperatus , nauim paulò post leuat , & cursui suo remittit incolumem.

8. Mira hæc quidem , verùm præ cæteris Malacæ diuinitus editis , stupori fuit restituta in vitam puella , quæ triduo antè obierat. Aberat Malaca Xauerius dum illa ex morbo decumberet , absentem exquisierat mater vrbe totâ diligenter & anxie : reuersum acceperat , & ad eum accurrit , plurimum confisa fore vt mortuam suscitaret , qui sanare viuente potuisset : in conspectum vt venit genibus aduoluta , fletu , eiulatûsque miserabili , eius absentiam queritur , & Martham referens olim supplicem saluatori , fore adhuc in viuis filiam lamentatur si præsens adfuisset ; posse tamen , si vellet in vitam reuocare ; nihil Deo difficile , nihil Deum eius precibus negaturum , miratus in femina sacris nuper ablutâ eam fidem , arbitratûsque beneficio quod petebat idoneam , sublatis oculis , Deum rogat suâ illam dignetur consolatione ; hinc ad eam conuersus , asseueranter affirmat , iret modò , eius enim filiam viuere : spem inter , & metum , haud quidem abnuens dicto fidem , sed dolens quòd secum ad defunctæ cadauer , excitaturus illam non veniret ; sepulta , inquit , pater à triduo in sepulchro iacet. Parum interest , infert sanctus , abi nihilominus. Sepulchrum reclude , viuente comperies. Currit mulier grandi fiducia suis gaudiis beneficium præuertens ; sequuntur complures ad futurum prodigium arreæti , pandi tumulum iubet , filiam recipit viuente , incredibili & illis præsentium , & Prouinciæ totius , etiam ethnicorum admiratione.

9. His

9. H  
eiusde  
cebat  
scaban  
disting  
Dei ob  
vili &  
pueros  
cumqu  
aderat  
are qu  
pueris  
thalis i  
public  
que re  
morde  
fieri on  
Apost  
quo di  
tu sola  
non ra  
cabant  
huc ad  
num p  
femin  
septen  
vt era  
heros  
perta  
tutum  
quoqu  
dibus  
cò ad  
ad eas  
ipse  
quibu  
torem  
dans,  
nium  
Maho  
tus , &  
sacro  
doctr  
quid



9. His licet eximijs, Malacæ Xaverij gratiâ cœlitus patratis, non fuit eiusdem inferior in corrigendâ vrbe illâ labor. Dominicis singulis dicebat ad populum eorobore libertatis quem regnantia tunc in ea posscebant flagitia, vbi Christianos ab ethnicis, habitus magis, quàm vita distinguebat, volitabátque palam effrons lasciuia, gula, lucri fames; Dei obliuio, caducorum tantum æstimatio vecors & admiratio; cum vili & stolidâ æternorum despiciatione. Festis docebat mancipia, profestis pueros initia fidei, vitæque Christianæ; ægrotis in nosocomio, & quocumque in vrbe, aut foris vocaretur, animorum subsidio, & corporum aderat. Vicos vrbis lustrabat sub vesperum puerorum stipatus agmine; & ære quod manu gestabat subinde concusso, magnâ voce, succinentibus pueris, hortabatur ciues, Deo preces pro iis funderent quos hic culpa lethalis inficeret, illic piaculares expurgarent flammæ; quo inuitamento publicæ caritatis, iuuabatur quidem infelicitas improborum, sed sua cuique redibat ob oculos vita, & peccatorum recordatione salubriter animus mordebatur. Confitentium denique apud illum is erat numerus, vt satisfieri omnibus tempus non sineret. Quibus præsidis illâ vi animati quam Apostolico feruori, virtutum sanctitas addebat; primum sustulit morem quo dici nihil poterat detestabilius. Incedebát puellæ virgines virili cultu solæ, passis capillis, lasciuo ornatu, quacunque libuisset, ex quo matres non raro fiebant, nondum sponsæ; & virginitatis prærogatio meretricabantur. His ergo ad vestem, quietem domesticam, & si minus adhuc ad pudicitiam, saltèm ad verecundiam redegit puellarem, & virginum propriam: inueteratas implacabilibus odiis, conciliauit inimicitias; feminas quibusdam tres, aliis quatuor abstulit, fuere quibus etiam ad septem, conditione seruas, vsu concubinas, nec erubuit, angelus vt erat, & perpetuo virgo, pulchritudinis earum apud impudicos heros fieri arbiter, vt vnius earum dilaudatâ formâ, & moribus, eam sibi, pertaxi cæteras, legitimo thoro coniungerent. Expulsis dotem, aut tutum & honestum receptum prouidit; trivialia fescennina puerorum quoque cantillatione totâ vrbe trita, diuinis ab se compositis laudibus mutauit. Pueros verò nec Deum vereri, nec agnoscere edoctos, eò adduxit pietatis, vt struētis vicatim, ornatisque quoad poterant aris, ad eas confluerent, decantarentque quas didicerant preces; quibus ipse se interdum iungebat, cum pueris puer; vt arte quâdam mirabili, quibuscumque illum agere oporteret, illos induebat; militem, mercatorem, seruum, opificem, singulorum se moti, modò, linguæ accommodans, rationibus omnium benè capiens & fauens, vt conciliatâ sibi omnium beneuolentiâ, conciliaret omnes Deo. Postremò non paucos à Mahomete, ab Idolis, à Mose (his enim tunc omnibus Malacæ, & portus, & propè patria) veræ fidei imbutos luce, Christo lucratus est, & sacro signauit baptisinate. Fuit inter illos Rabbinus, magnæ apud suos doctrinæ, & nominis, qui quicquid ex miraculis verbisque Xaverij, quicquid veri ac boni conceptum à cæteris fuisset, impiè præfocabat, nedum

9  
Caritatis  
eius opera, &  
fructus Ma-  
lacæ.

vt iis moueretur; irridere palam in publico virum sanctum; argumenta dicentis impugnare; præstigiis miracula, simulatione sanctimoniam infamare, quorum Dei famulo nihil doluit, præter exitium quod homo sacrilegus tum ipsi consciscerat sibi, tum aliis quos obstinabat in Iudaicâ cæcitate. In quo Dei causa cum præcipuè læderetur, infimis precibus apud illum ardentè instittit, vt pro illo quo impiis vitam impenderat amore, ac pro sanctissimo suæ gloriæ iure, daret sanguini suo, quod sceleratissimi hominis insanæ proteruitæ dari non poterat. Precanti Deus omninò annuit, nam inde modestâ erectus fiducia, Rabinum conuenit, rogâtque familiariter, & vrbane prandij socius illo die admitti; turbatus ille petitione tam inuisâ, & inopinâtâ, propiùs abfuit, vt turpi repulsâ, Xauerium à se dimitteret, sed opinionem fortè cauens rusticicitatis & sordium erga hominem cunctis venerandum, vultu satis seuerò, animo tristiori, respondit tamen libenter facturum, iussitque secum discumbere. Inerat sancto (vt dictum sapiùs) morum, & agendi candor mirus, procul fudo, & arte, ex quo illi amabilitas apud omnes tam potens, vt qui cum eo versati sunt, ægrè sibi satisfaciant in eâ explicandâ, præsertim ille oris totius lepos, & gratia in qua animi Deo pleni pulcherrima species elucebat. His paulatim gaudere & capi Rabinus, nec iam dolere mensa adhibitum: sermonibus verò inter epulas familiaribus, & otiosius productis, ita penitus Xauerio illigari, vt prandij gratiam sub discessum agenti, haud alia lege abire suerit, nisi ad se deinceps identidem redeundi: & vltro promisit Xauerius, qui nihil æquè auebat; ita sibi deuincto Rabini affectu, aperto iam Marte certare cum eo de legis abrogatione, quam is deperibat, & versare hominem validis argumentis, quibus Deo pondus, & efficaciam addente denique peruietus; gestiente Malaca, & obstupescente, inauguratus est publicè sacro fonte, multosque hortatu, & exemplo fecit eiusdem beneficij confortes.

Dum hanc sementis operosâ, lætam messem Malacæ legit Xauerius, noua augetur gaudendi materia, ex perlatis Roma, & ex Lusitania literis. Societatis incrementa ex iis didicit numero præstantium hominum, & gestis ad Dei gloriam illustribus clara, quorum expleri lectitatione, osculis, & lætitiæ non valebat; visus sibi, vt scribit modò cum fratribus in Europa versari, modò illos secum præsentem cernere. Cognouit præterea ex Lusitania, tres sibi Goam appulisse subsidiarias operas, Antonium Criminalem, Nicolaum Lancilotum, & Ioannem Beiram, duos Italos, tertium Hispanum, sacerdotes, & viros Apostolici spiritus, quorum primo, inter Ignatij filios beata fors obtigit vt Societatem Deo primus fuso sanguine dedicaret, his S. Apostolus toto animi complexu salutatis, Lanciloto mandat S. Fidei Collegio Goæ præsit; duobus aliis Comorinum pergant Francisco Mansillæ suam operam iuncturi. Ipse post diurnam trium mensium expectationem, quod de Macazare nihil audiret, nisi probum illuc delatum sacerdotem qui exi-

guæ illi  
solicite  
idioma  
mox vt  
laxa qu  
cam reli  
sed tan  
exempl  
intonue  
tur. Qu  
dente,  
pro con  
quoque  
asperita  
fædo se  
erat.

10. D  
cio lanu  
Gubern  
militum  
rius erro  
expugna  
cuiusq  
vt hor u  
cendi lo  
rant; &  
præteru  
præcisan  
bant, qu  
neret; d  
cras illu  
14. in ce  
ventus r  
repente  
peruexit  
ibat, cui  
manúsq  
nauigia  
runt: c  
fortè ac  
metum  
pergeret  
dum;  
attigeru

quæ illi Christianitati utcumquæ sat foret, ad Amboini regna, & insulas, sollicitudinem conuertit. Ad hoc pridem fidei rudimenta in Malaium idioma, multo sudore transtulerat, commendaratque memoriæ quò mox ut eo peruenisset, manum statim diuino operi applicaret. Ac Malacæ quidem ægrè admodum erat ab eo deferri, sed non æquè ipsi Malacam relinquere; nam etsi multò alia tunc erat, ab ea quæ antè fuerat, sed tam altis hærebat radicibus eorum improbitas, quorum gradus exempla scelerum trahebat in populum, ut iis reuellendis, quantum & intonuerat vehementer, & prodigiosè Xauerius egerat, frustra videretur. Quare diuino commercio Apostoli mentem, futuri notitia peruadente, præfagus cladum post annos aliquot vrbi scelestæ minantium, pro concione sapiùs illas intentabat, sed conatu fermè inutili, ut inanes quoque fuerant lachrymæ, & quatríduana interdum inedia, & vexandi asperitas corporis, ad impetrandum iis malorum remedium, quibus fœdo sepultis lethargo præter insanas voluptates, nihil quicquam pensi erat.

10. Nauem ergo Amboinum versus paratam conscendit, & Eiro socio Ianuariis calendis, Anni 1546. sublatis anchoris alto mari se dedit. Gubernator quidem, & nautarum primi Lusitani; turba seruorum, & militum magnam partem Indi, & idolis addicti; verum eos breui Xauerius errorem dedoctos, salutis aqua lauit, nam præter validas rationes expugnarat illos potissimum quotidianis sermonibus, quos aut lingua cuiusque ad eos habebat, sibi prorsus ignota; vel si Lusitana, sic tamen ut horum vnique perindè caperetur ac propria, de quo erit alius dicendi locus. Ibat mensis iam alter ad medium, ex quo Malacâ discesserant; & afflabat semper in cursum ventus, nec Amboinum apparebat; præteruictum nauæ suspicati, & quod consequens erat, spem omnem præcisam eò auris aduersis remeandi, quid opus factò consultum volebant, quibus blandè arridens Xauerius, velut longè semota oculis cerneret; de Amboino, inquit, laboratis? adhuc eius in sinu nauigamus, cras illum, ut primùm illuxerit salutabimus. Et verò die insequenti Febr. 14. in conspectum insulæ venerunt, quodque illis gratiùs accidit, quò ventus nauim Amboinum ferebat ad exponendum tantum Xauerium; repente in alium mutatus in Bandam Insulam quo cursum intenderant peruexit. In scapham cum paucis demissus Xauerius littus placidè inibat, cum inuolantibus prædatoriis duobus nauigiis in altum repellitur, manusque piratarum nec absque miraculo euadit, dum enim Scaphæ nauigia proximè imminent, veluti fugarentur dilapsa illicò videri desierunt: quæres socios habebat ancipites, auertebatque ab insalâ nè fortè aditum ex aliquo angulo prædones suis insidiis obseruarent, metum illis exemit sanctus, monens (quod ex Deo cognorat) securè pergerent, nihil iam ab iis duobus piraticis, vel à quouis alio timendum; & verò Amboinum, Februarij sexto & decimo, commodè attigerunt.

IO  
Malacâ discedens, duo vaticinatur.

11. Atque

I I  
Molucarum  
ficus, & na-  
tura.

II. Atque hîc, vt aliàs, breuis præmittenda est locorum ratio, ne il-  
lorum ignoratione, quæ illic gesta sunt, percipiantur obscuriùs. Habet  
ergo imprimis Amboinum insulas quinque angusti ambitus, communi  
nomine Molucas. Earum maxima, decem & octo milliaribus claudi-  
tur, omnes verò ( adeo altera alteri imminet ) porrigitur ad millia-  
ria non plus sexâginta: æquinoctio subiacent, rectâque ab Austro ad Bo-  
ream tendunt, Ternate quidem longiùs, post hanc Tidor, indè Motir,  
feu Timor duplici enim signatur nomine, tum Mariam, postrema, & ma-  
ximè australis Bacian. Hæ sunt illæ Fernandi Magallianis inuentu, &  
relatu famosæ Molucæ, quæ Castellam, & Lusitaniam cum suis hydro-  
graphis inter se commiserunt, ducente utrâque gradus & lineas, qui-  
bus intra campum claudi viderentur, futuris suis idcirco præscriptum  
victoriis quòd eas insulas ab occasu Castella, ob ortu Lusitania detexisset:  
neque de tenui his erat, vt neque postea cum ad eas firmandas aduersus  
Batauos munitæ sunt arcibus, & multo sanguine propugnata; harum  
enim possessor immensa conficit ex aromatis prætia, maximè ex garyo-  
phyllis, quæ grandi copiâ in orbem sparguntur vniuersum, & horum  
quidem Molucæ sunt diuites, cæterorum propemodum steriles, cogun-  
tûrque incolæ foris accersere quòd viuant: planiora ad mare in colles  
paulatim, montesque asperrimos, & Syluosos resurgunt; solo vbiq;  
maligno, retorrido, arenoso, & ita bibulo, vt nec aquæ stillam  
quantacumque de cælo impluerit, transmittat in mare, quod nequa-  
quàm solis vel ingruente ad perpendicularum æstu acerrimo efficitur, vel  
non magis obliquo quàm æquinoctius distat à tropicis; sed subterraneis  
ignibus, continenti fornace, terræ intima semper coquentibus. Hinc  
multis in montium edito tanquam gurgitibus tartari, rupium viscera  
eructant. Ternate præcipuè, vbi vorago est alta passus quingentos,  
quâ pater ad os camini descensus, vndè assiduus cum flamma, & fumo  
cinis, saxâque interdum immania; mugitus continui, ac velut creberri-  
ma Bombardarum Maiorum explosio. Indè milliaribus ad aquilonem  
centum octoginta Mauri sunt insulæ: harum primaria montosa, propè  
tota constat rupibus inaccessis, quibus bello pro arcibus vtitur, & teste  
Xauerio, tam horrendo concussu terra simul, & mari fluctuat, vt rupes  
credas arietare nauibus, & rupibus naues: inter quæ tunc barbari solum  
fustibus certatim verberant, persuasi se citra aspectum inquietas animas  
cædere atque coërcere, quæ turbida sui sub terris agitatione insulam  
commouent: minùs nemorosum, & paulò fertilius quod in Amboino  
recensuimus insularum. Sed Banda Molucas amœnitate superat, aro-  
matum copiâ æmulatur. Hanc circum duodecim minores coronant in-  
sulæ, formantque ex illa portum, vltra æquatorem sexto gradu iacentem:  
vt garrophyllis abundant Molucæ, sic istæ nuce myristica nusquam  
alibi progigni visa, cuius flore nihil odoratius; folliculo, & fructu  
nihil elegantius. Quarè has insulas vel hoc vno præter alia, scriptores  
cæteris anteponunt toto illo mari minimè ignotis. Verùm illas, vt &  
reliquas

reliquas  
perfidam  
laceram  
guis di-  
locis si-  
disiuncti  
diuersis  
& crudel-  
hostium  
inuicem  
tua illo-  
ptis eor-  
carum  
ructato-  
fragore  
homini-  
iis denu-  
rorum,  
nùm ma-  
ctus. Q-  
sed cum  
ad eos  
tantum  
nis ante  
progre-  
Mauro  
appella-  
morabi-  
puli, q-  
dauit:  
res luc-  
neuele-  
puli, ex-  
excuter-  
itaque  
tanos c-  
nendau-  
& relig-  
quem a-  
sed vb-  
derunt  
12. E-  
fufcitar-  
animis

reliquas de quibus hætenus, indigenæ sui dedecorant. Gens barbara, perfida, belluina, fraudulenta, omnibus, sibi que adeò inimica, æternis lacera suorum dissidiis, & certaminibus. Nec minùs animis quàm linguis distracta. Est enim insulæ suum cuique non tantùm idioma, sed locis singulis; & refert P. Nicolaus Nugnezius, villas à se duas paruo disinctas interuallo in Mauro insula notatas linguis vti inter se tam diuersis quàm à gallicâ differt Castellana. Denique gentis eò vsque fera, & crudelis immanitas, vt possit videri tolerabile apud illos cæforum hostium vorare membra, præ illa barbarie, quâ maturos patres donare inuicem vrbantum ducunt, ad eos frigidè maçtandos, & conuiuia mutua illorum carnibus instruenda. Versatus inter illos Xauerius, perscriptis eorum quæ viderat nonnullis, sapienter aduertit; hiare multas earum insularum, spiraculis ignium, & latè circum flammaram globos ructatos iaculari, vnâque haud rarò molis immensæ lapides ignitos, eo fragore, ac tonitru cui nulla tormenta edendo sufficiant; nempe quod hominibus barbaris deesset, qui pœnas, impiorum sceleribus debitas, iis denuntiaret, aperuisse Deum illas voragine, quasi ora totidem inferorum, ex quibus visu, auditûque intelligerent, quanta ipsos illic æternùm manerent supplicia, nisi flagitiis temperarent, ità quidem vir sanctus. Quod tamen non essent meliores, culpa fere Christianorum fuit, sed cum memorari absque dolore, & lachrymis non possit, libenter ad eos lectorem relicio, qui hoc argumentum posteris enarrarunt; tantùm dico, Christianæ lucis sacram facem iis regionibus illatam, annis ante Xauerij aduentum paucis, illicò tam faustis exceptam iniitiis, vt progressus sponderet mirabiles. Fidem amplexus est Rex Monogias in Mauro insulâ, in Ternate Rex Tabarigias, Ioannis alter, alter Manuelis appellatione, vterque, præsertim secundus, fidelitatis, & constantiæ memorabili sæculis exemplo; creuitque principum pietas, & religio populi, quamdiù illic ministros regios probitas, & integritas commendauit: at postquàm amens & effænis, per calcatos infantes, & pauperes lucri amor eò defæuit, vt fieret intolerabilis; tam indigna suæ beneuolentiæ mercede, & datæ fidei proditione tam nefariâ offensi populi, ex desperatione consilium capiunt, certi tam crudam seruitutem excutere, & supremis malis suprema tentare remedia. Coniuratione itaque insularium omnium secreta die condicto, & horâ eadè, Lusitanos quotquot illic erant, de medio tollunt, & facto nomen imponendam relinquunt historicis Molucensium vesperarum. Quamuis autem & religionis, & commerciorum detrimenta, vteumque postea repararit, quem antè meminimus Antonius Galuanus, virtute, ac sapientia insignis, sed vbi accepit successorem nihilo fere in locum meliorem omnia reciderunt.

12. Hoc rerum statu aduenit Xauerius, priùsque operam adinouit ad suscitandam Christianorum fidem emortuam, quàm ad inferendam animis, ethnicorum. Villæ omninò septem Amboino toto Christum

12  
In Amboino  
strenuè laborat.

M

olim

olim professæ, tunc præter baptismum, nihil retinuerant quò discernentur ab Ethnicis. Tam diris odiis Christianorum improbitas, in religionem Christianam illos incenderat, vt puderet fuisse Christianos, & hominum scelera, religioni eorum imputarent. Instituendos igitur suscepit more sibi in Indiâ vsitato, nempe facto vberius quàm dicto; charitate in omnes singulari ægrotos, pauperes, fato functos; succutendo, visendo, sepulturæ tradendo; quibus sensim effecti mitiores, tingendos ad eum filios & ferebant infantes, & iam pueros ducebant, quorum scribit complures Apostolus, propè sacro ex fonte, humanis exemptos, vt eò vsque vita illis seruata videretur, quò defuncti æternam viuerent. Infestabant cum aliâ, tum maximè Amboinum ex Mauro Barbari latrocinio publico; & improvisâ piraticâ, inuadebant mari propiora, trucidatisque viris, vxores, & liberos in mancipia abigebant. Harum cladum metus, cum multos in syluas, & antra compulisset, eos inuestigabat Xauerius quacumquè latere subodoraretur, peruicto montium arduorum ascensu asperrimo, & ferarum periculis stabulantium intra illas rupes. Indè Christianis, in fidem pristinam probitatèque reformatis, ad idololatrias studia conuertit, tantùmque Deo fauente profecit vt partem insulæ non paruam Christo manciparit. Suas statuit pagis singulis cruces; magistros prætereà, & velut tutores Christianæ rei, ex maturioribus populi selectos, donec adessent ab Indiâ Sacerdotes, eo munere functuri. Et verò Goa, & ex Comorino Ioannem Beiram, & Franciscum Mansillam euocauit, aut si quid alteri eorum contigisset, eius loco Antonium Criminales; quibus adiungere alios decernebat, quos sperabat mittendos ex Europa partim vt Christi doctrina, illius oceani excolerent insulas; partim quoque vt Societati Collegium in iis figerent. Quæ res, inquit, si ex animi sententiâ procedet, quæsum datura est innumerabilium animarum, pergîtque dicere annisurum se totis viribus, vt insularum in aliqua ex iis quæ populo abundant sedem certam haberet societas.

I 3  
Classi mor-  
bis prostratæ  
inferuit.

13. Inter hæc, salutis Amboinensium flagrantissima studia, ecce tibi noua laborum facies, inopino exercitus duplicis appulsu; Lusitanorum tribus; Castellanorum sex constratis nauibus, aiebant isti se ex nouâ Americæ Hispaniâ adesse, soluisse indè ante biennium ad quærendas Molucas; infelici vsos nauigatione: substitisse diù apud Tendoris regem à quo essent idcirco excepti, vt regem Ternatis, & fœderatos ei Lusitanos diffidentiâ mutua torqueret, In Amboinum denique applicasse, traiecturos commodiùs in Indiam, post verò in Europam. At enim illic nauigationis contra fas susceptæ, vltor Deus, patientiæ suæ metam posuerat. Ioanni 3. Lusitaniæ regi apud Carolum 5. hanc iniuriam dolenti, rescripserat Carolus eius arbitrio se prædones illos permittere; haberet illos vt erant comeriti pro piratis, & turbatoribus communis regnorum concordia. Pœnam hanc si minus, quacumque inhibitus remora, exigere valuit Lusitanus, exegit profectò acerbam Deus,

classem,

classen  
quam  
littus  
lecto,  
alij ali  
ferorur  
sent ta  
mæ inf  
multitu  
henda  
nes off  
potiùs  
quò or  
currere  
coquer  
initem  
& pedi  
ctantes  
circa ec  
labor,  
ri licen  
& idem  
generi  
magnâ  
salutis  
denti,  
morter  
fanis ha  
liuscule  
cendi a  
eo silen  
cui ipsa  
animor  
ciliatio  
absque  
hoc eff  
priuatæ  
dolore  
actum e  
Erat is  
eiusque  
egentes  
ritus est  
rius con

classē, lues vtramque pestilens inuasit, sed strage maiori Celtiberam, quam breui hominibus exhaustit: iacebant passim, visu triste per naues, & littus, sub ramalium tuguriolis, sub laciniis lintheaminum; à cibo, & lecto, & vel ipsis plebeiis, tam duræ necessitatis leuaminibus destituti; alij alios conceptâ lue, & morte afflabant, augebat dies numerum miserorum, & miseras numerus, crescente subsidiorum inopiâ quæ possent tam multis sufficere. Has inter densæ calamitatis angustias, flammæ instar viuacis Apostoli nostri beneficentiâ emicare, nec onere, aut multitudine ministerij tot afflictis præbendi; nec metu pestis contrahendæ à communi omnium medicatione, curatione, abiectis erga omnes officiis, & graueolentia nauisæ inhiberi; velut omnium seruus, aut potiùs frater: cunctos enim illi fraterno iure, sua charitas iungebat, & quò omnibus adesset, sui vnus faciebat immemorem. Diù, noctû discurrere, quocumquè vel ægroti clamor; vel necessitas posceret; cibos coquere vnus, & condire; medicamenta ex Lusitanis corrogare, lectos ininternere, complexu iacentes portare; prostratis penitus, pro manu & pedibus esse; excubare animam acturis, consolari cum morte colluctantes, mortuis deniquè suâ manu terram fodere, & tumulum dare; at circa eorum animas haud paulo grauior, quàm erga corpora, sancti labor, qualem videlicet impendi necesse est expiandis militibus, militari licentiâ biennium iam nauigantibus, in eâ flagitiorum colluue quam & idem locus, & consuetudo nunquàm non eadem, solet ei hominum generi inferre. Illud certè ipsemet nominatim, fateri non dubitat, magnâ sibi fuisse contentione, ac viribus opus, ad eos in spem aliquam salutis erigendos. Quos enim scelera futuræ veniæ, confidentia impudenti, proiectiores fecere ad improbitatem retinendam, eos, inquit, ad mortem pessimam vehementiùs perurgent, salutis desperatione. Iam sanis haud secùs insudandum fuit, quàm ægrotis, vt quibus animo meliusculè vix esset, quàm illis corpore: Dominicis concionabatur; dicendi argumentum dictabat clades, & mors assiduè oculis oberrans, vel eo silente perorabat. Adhibebat illam interpretem pauendi tribunalis, cui ipsa nos sistit, & iudicij quod sub oculos non cadit; hinc motus animorum magni; conuersiones morum; dissidiorum publicorum conciliatio, profligationes perditarum amicitiarum, & confessiones penè absque numero peractæ. Vnus ei obstitit mercator, quò locupletior, hoc efferatior ad quæuis lucra; quem suis concionibus obluetatum, & priuatæ admonitioni etiam indignatum, incredibilem illius adpectu dolorem præferens, flens, & silens reliquit. Commodiùs illi cum alio actum est non æquè tenaci, sed neque admodum erga pauperes liberali. Erat is Ioannes Arausius qui sancto comes nauigationis Malaca venerat, eiùsque gratiâ ex quo classis hispana applicuerat Amboinum, non rarò egentes cibus, & pharmacis iuuabat. Sed crescente in dies penuria, subuehitus est, dū aliis aderat, nè sibi deesset: exin deinceps verecundatus Xaucerius coram aliquid egenis rogare, submittebat qui suo nomine rogarent.

92 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

14  
Prædicat  
Arausio mor-  
tem.

14. Fuit in iis Franciscus Pallius qui vini lagunculam, quam petebat ad reuocandos ægroto spiritus, abstulit quidem, sed obmuffitanti, & denuntianti, sat eatenus datum, nec is de cætero, sed neque aliud petitum rediret. Sua sibi iam esse oportere; tantillum id vini, sibi ab se non publico aduectum: cado enim siccato, quemnam fore à quo id sumeret? quâ responsione, incensus animo & ore Xaverius. Siccine? ait, & putat Arausius suo vino vsurum idque sibi vt seruet, Christo negat? longè aliud fiet quàm mente somniet. Priùs illum vita defectura est quàm cadus, terram ipse postremam hanc videt; porrò velit, nolit, mortui tota res ad pauperes veniet. Quod ipsimet quoque Arausio non dissimulauit, occurrentem post Paulum vicinæ mortis admonuit, hortatus plurimum vt grandi fœnore sua dum poterat apud pauperes occuparet, quibus esset quamprimùm necessitate vltimâ priuandus. Amboino soluentem Xaverium, secuturus erat Arausius, nisi foret modus nauigij, tot eius vehendis facultatibus multum impar. Cùm ergo hæssisset Amboini, paucis ab hinc diebus Ternate Apostolus rem sacram faciens, cùm ex ritu ad adstantes conuersus dixisset, Orate Fratres, subiecit, & pro Ioanne Arausio, qui nunc Amboini animam efflauit, heri pro illo operatus sum sacris, quod & nunc iterum perago, vos in eius leuamen, vestras preces cum meis iungite. His vehementer attoniti qui sacro intererant, (nam distat Ternate Amboinum, milliaribus ducentis, & septuaginta) facili coniecturâ assecuti sunt, fuisse id illi ostensum diuinitus, collataque post dies duodecim, hora quâ Ioannis Eiri litteris, Arausij mors nunciabatur, & testabatur Raphaël Caruallius adfuisse se morienti, comperta est eadem quâ Ternate Xaverius, defunctum indicarat.

15  
Nauis pericu-  
lum præ-  
dicat.

15. Remittente vi pestis, anni tempestatem nauigantibus iniuiam, classis vtraque festinat præuerrere; inopiæ militum classiariorum Xaverius corrogata stipe largiter succurrit; Goam (quò tendebant) Paulo Camerti magnoperè commendat, è S. Augustini familia viros maximè religiosos, qui classi eidem ex noua hispania profectæ pias operas nauarant. Adiungenti se verò ad classem nauis, tristis exitij prædicat discrimen, quo periculosè defuncta est; scopulo illisa reuulsam temonem, & comminutum in eo reliquit; post vadis impacta Zeilani, nihil propius abfuit quàm vt solueretur. Ipse intercà Apostolico feruens igne, dum occasionem expectat in Molucas, circumpositas adnauigat Insulas, secundis euentibus, opimæ animarum præda. Insularum vni Baranuræ nomen, eo tendenti res mira contigit, hanc testis oculati verbis, quam meis fecero gratiorem.

16  
Cancer ex  
mari Cruci-  
fixū ad eum  
refert.

16. Faustus Rodericus Vianæ Aluiti in Lusitania natus (præter alios septem iuridicè testes, quorum inscripta sunt, publicis actis chirographa pro testimonio iuratus sic habet. [ Cercuro Ioannes Raposus, & ego vehebamur cum P. Francisco, procella ingens, & subita, nautas quoquè ipsos summoperè terruit quamuis indigenas insulæ, marisque illius

illius p  
longan  
haud s  
cepit a  
Insula  
& ve  
periera  
in litt  
autem  
& vna  
cancer  
staban  
expect  
se iter  
decuss  
substit  
gratis  
cus. C  
per Ba  
quadr  
vnum  
excuss  
17  
aquâ l  
ipse c  
erum  
curat  
tum p  
secutu  
anno  
pugn  
cum l  
anim  
est. I  
inter  
18.  
Insul  
Bello  
bat a  
quan  
æstuc  
ciues  
sitati  
rium



illius peritos. Hic P. Franciscus Christi effigiem in cruce digito vno longam collo detrahit, demittitque in mare, sed factum, quo casu haud scio, ut manu excideret, fluctuque sorberetur, ex quo tantum cepit animo dolorem, ut valde insolita eius indicia proderet. Postridie Insulam Baranuram tenuimus, & pagum illius Tamalum, quem naus, & vectores petebant, horae abierant viginti quatuor ex quo crucifixi perierat imago, quibus totis fuit continua tempestas. Cum P. Francisco in litus exscenderam, & iter secus mare, Tamalum carpebamus. En autem passus post ferè quingentos videmus è mari enatantem cancerum, & vna iconem crucifixi, rectam inter chelas & sublimem portabat cancer, & animaduerti versus P. Franciscum tendere, cuius lateri adstabam, & coram eo hæere immobilem. Prouoluto in genua Patre, expectauit cancer, dum is crucifixum reciperet, quo exoneratus, mari se iterum condidit. Pater complexu, & osculis crucifixum stringens, decussatis ad pectus manibus, horae diuinae spatio, ut erat de genibus substitit, & ego cum illo pariter, precando agendisque tanti miraculi gratis indè quam institeramus viam peregrimus] hæc Faustus Rodericus. Octiduo Tamali transacto, Rosalaum naus vela fecit; illic ut nuper Baranuræ Christum ethnicis, sed frustra prædicat; ut enim magis quadrupedes vitis, quam ortu barbari, surdas aures monenti præbuere; vnum tantà ex turbâ Christo lucratus est. Pedum in cæteros puluerem excussit, nè quid sibi ex loco adeò scelerato abeunti hæreret.

17. Fuit tamen is vnus quem Deo lucrifecit multorum vice; Christi aqua lustratum, suo Francisci nomine vocauit; docuitque iam tum, ipse cœlitus edoctus, beatam sortem quæ illum maneret; asserens, factum Iesu nomen pie inuocantem, vitæ finem facturum. Notatum accuratè oraculum, fecit apud omnes neophyto famam, eius intereà euentum præstolanti; qui quadragesimo altero post anno incidit. Militiam secutus, in multas expeditiones Lusitanis stipendia meruit, donec anno 1588. Sancio Vastoncello Amboini præfecto aduersus Hiamam pugnante ad mortem faucius, in castra refertur, confluunt ad eum cum Indis Lusitani, ad vaticinij peruagati exitum suspensi, ut spectent animam agentem, & planè obitus tantò antè prædictâ felicitate potitus est. Integris sensibus, & has voces continuo repetens *Iesu adiua me*, inter has placidè expirauit.

18. Quætuosius fuit Apostolo Euangelij sacri præconium Vlate in Insulâ, quæ & ipsa ex duodecim est quibus Amboini nomen tribuitur. Bello tunc miserè ardebat; regem arctabat diuturna obsidio; sollicitabat ad deditionem haud quidem animi, & armorum, sed aquæ penuriâ, quam auersis ab vrbe fontium scatebris hostis induxerat. Cœlo igitur æstuosissimo, nullamque dudum nubem imbrium daturò, siti vrente ciues interibant. Quamobrem visum Xauerio pronum hunc faustè necessitatis articulum occupare ad asserendam Christo victoriam ex obsidientium manibus, cum æternâ salute obsessorum. Confidentiâ humili

17  
Bonum mor-  
tem baptiza-  
to prænun-  
tiat.

18  
Regem Vlate  
miraculo  
seruat, &  
cum suis ba-  
ptizat.

erectus, in septa satagit clauforum admitti; regi sistitur, opem defert, quâ egebat vnâ, non militarem sed aquariam. Per eum sibi crucem liceret statuere; securus autem à Deo præpotenti, quem eò venisset prædicatum, naturæ, & omnium Domino, etiam supra spem, annique ordinem, de cælo aquam expectaret. Verùm suo, ac populi, subiectarumque insularum sponderet nomine, beneficij accepti hanc fore gratiam, vt amplecterentur Christi legem, eiûsque sacris initiarentur. Non fuit hic regem præsens periculum deliberare cunctantiùs: publicâ fide, & regiâ, omnia promisit, conditione quam Xauerius tulerat. Cruce ergo compactâ grandi, quoad potuit affabrè, in edito illam iubet Apostolus defigi. Circum turba puerorum, militum, fœminarum, quam tum ipse, tum spectaculi nouitas, sed euentus præsertim expectatio traxerat. Horum in oculis vir sanctus, proiectus in genua, & preces; Deo filij merita memorare, quæ ipsi crux illa referebat. Per ea supplex ardentè instare, pro paternâ in omnes pietate, nè vellet miseris negare pluuiam, constiturum id leui eius nutu, & fore beneficij gratiam, populum animarum, quas eius filius largâ sanguinis sui pluuiâ emisset. Oranti mox cælum respondere, obduci aër, nubes cogi, copiosissimis de cælo aquis, immenso populi gaudio omnia natæ. Hostis qui totum victoriæ cardinem in obsessorum siti verti crediderat, signa retrò ferre, & obsidionem magno suo pudore ommittere, post quæ Rex tanto exemptus discrimine suis cum Insulis prodigij potiùs magnitudine persuasus, quàm datâ fide, melioribus aquis sacri fontis à Xauerio expiatus Christianorum numerum suo populo auxit.

19  
Ioannis Galuani procul  
naufragium  
cognoscit.

19. Trimestri, & eò diutiùs inter eas Insulas moratus Ternatem Xauerius nauigauit, Ioanne Eiro, Amboinensibus qui recentem Ecclesiam coleret relicto. Traiciendus erat sinus leucarum nonaginta, improuisis passim irruentium ventorum & torrentis oceani tempestatibus infestus; sancto Patri Ioannes Galuanus ad mutuæ fœdus tutelæ accesserat, suo quisque cercuro ferebatur, cum transuersum secantes sinum, tam horrenda procellæ vis abripit, vt in summum discrimen vir sanctus sæpè coniectus sit, Deo attamen duce, Ternatis portum deniquè appulit. Factum cercuro altero quid esset, diù non latuit; impar ventis & mari, quacumquè iactarent tempestatu se dederat, rediturus in viam, vbi furor ventorum quicuiisset. Sed insecutus est animi oculis. Galuanum suum Xauerius, & momento licet à conspectu abrepti casum tamen vltimum spectauit. Ternate siquidem festo qui primus inciderat ad populum dicens, media substitit concione, & Deo, inquit, pro Ioanne Galuano supplicate, qui maris huius in aquis periit. Perculit grauitè auditores denuntiatio, non tam hominis miseratione, quàm rationibus priuatarum opum, quas in eo cercuro negotiatorum plurimi opperiebantur. Iis verò nautas qui sanctum Patrem aduexerant, anxie requirantibus, ecquid de hâc re scirent; aiunt nautæ, nihil planè, nisi quod medio in sinu, summâ vi, summoque discrimine, dum aduersam rumpunt

punt te  
tores in  
dictum  
elapso v  
tristis n  
acceder  
miratio  
eò illum  
tanquam  
nisi Deu  
Deo lo  
populi  
lute cog  
propud  
quibus  
licos su  
vel hoc  
præter  
crimine  
Miseric  
ex ea re  
cabiles  
spectat  
singula  
alebant  
damna  
Indè le  
narum  
multas  
ristiæ,  
tur pro  
mine,  
& labe  
peculia  
afficer  
in nau  
Symbo  
confess  
ethnic  
ad pro  
vix adu  
tot inst  
illos st  
explic

punt tempestatem, huic se Galuani socij permisissent. Quibus mercatores in spem aliquam excitati eius quod maximè optassent, Xauerij dictum interpretati sunt coniecturam potius quàm vaticinium. At enim elapso vix triduo, reiecta vident in littus corpora, & remos, & merces, tristis naufragij nimium notas, certasque reliquias. Huic de Galuano accedens paulò post, quod de Arausij obitu narraui, cum rerum admiratione quas aduecti ex Indiâ prædicabant, illic ab Xauerio gestas, eò illum apud Christianos; æquè & ethnicos extulere, vt suspicerent tanquam virum incomparabili sanctitate, cuius planè auctoritatis luce, nisi Deus illum cunctis fecisset mirabilem; nè auditus quidem fuisset de Deo loquens, tantùm abest vt mores profligatissimos valuisset illius populi emendare; adeò lucri, & sensuum libido, omnes de animi salute cogitationes obruerat; nec fas mercatorem; nec pœna militem à propudiosa, & execrabili barbarie scelerum, & turpitudine retardabat, quibus etiam historia erubescit. Quanto solertiam, cœlestem & Apostolicos sudores pretio, iis debellandis locarit vir sanctus, argumento sit vel hoc vnum quod scripto mandauit. Ternate nimirum cum exiret præter duos tantùm, neminem ab se, quod quidem sciretur, in lethali crimine relictum; miraculo fuit alieni restitutio tam ingens, vt domus Misericordiæ, & Augustissimi Sacramenti sodalitas ambæ antea inopes, ex ea repente ditescerent. Miraculo item exemptæ compluribus implacabiles iræ, & coagmentatæ concordie pace; miraculo etiam, quod spectat pudorem Christianum; cuidam nominatim, charitatis arte singulari, turbam pellicum detractam quas infami vrbi cum offensione alebat domi, adductumque deinde, vt pœnitentiæ publicæ exemplo, damna offensionis nefariæ sarciret. Nec vnum hoc, in vno contigit. Indè legimus scriptum fuisse adeò mente cæcos, vt ad maritarum alienarum adulteria cauenda, fas esse delirarent, concubinas habere quàm multas luberet. Sacrorum præterea in ministerio, Confessionis, Eucharistiæ, Concionum, Christianæ doctrinæ rudibus explicandæ, versabatur propè continuò, vtque antè Malacæ, ita illic Ternate nocturno carmine, arisque pulsu lustrabat vicos, piorum vota defunctis exposcens, & labe mortiferâ fauciis. Erat verò (pergit ipsemet hæc scribens) vnde peculiare Deo gratiæ agerentur, quod ita populum diuinæ laudes afficerent, vt in compitis pueri, vt domi fœminæ, vt agricolæ ad stiuam, in nauiculis piscatores, pro cantionibus impuris, Legis Christianæ Symbolum; preces; & mandata; misericordiæ opera; vulgarem confessionis formulam, & similia vernaculè canerent, sic vt possent ab ethnicis percipi. Quod illi solenne inuentum fuit artificiosæ charitatis, ad propagandum Christi nomen, pelliciendosque ad illum ethnicos vix aduertentes quid agerent, quot enim ex iis illas docebat cantiones, tot instituebat cæteris earum doctores, quas vbi discerent, incessabat illos studium arcana illarum cognoscendi; conueniebant ad publicam explicationem à sancto audiendam, ita plenius eruditi manus dabant agnitæ

96 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

agnitæ veritati. Sed inter Molucenses quos magno numero Ecclesiæ peperit, digna est fœmina quæ tum suâ laude, tum Xaverij merito æternum memoretur.

20  
Ternatis  
Reginam  
baptizat.


20. Neachile tunc dicebatur, & patrem habuerat Almanforem, virum Boleiscum, illum Tidoris regem, hunc verò Ternatis, inuicti animi, & acutissimi ingenij fœmina, & quòd eius ad Christum accessum magnoperè illustrabat, vt suis addictissima ritibus, ita Christianos, sed Christianorum fere culpa vehementer exosa. Europæos infelix in amicitiam, in germanitatem, etiam in partem insulæ, postquam admisisset, hoc à regis administris meritorum præmium tulerat, vt arce imposita, insulæ gubernatione illam exuerent: tres eius filios, ditionis hæredes legitimos carcere conclusos libertate primum, vitâ deinceps singulos priuarent, de quibus fusè historici. Eam ob rem, Dei miseratione hoc ipsa dignior visa Xaverio, quòd ab hominibus esset indignius habita. Modum excogitauit sanctus quo illam adiret, & alloqueretur, tot illi mira, & tam appositè de excellentiâ regni Dei, de facilitate illius obtinendi, de possidendi æternitate, nullo vnquam aut metu aut periculo turbanda; vt sapientissima Regina, cui nihil iam restabat in terris sperandum, votorum summam in cœlum transcriberet: sed cum Mahumetem altius imbibisset, multa opus fuit disputatione vt dedoceret superstitionum dogma cuius pericia plurimum tumebat. Hinc illa deinde in Euangelij doctrinâ tantò stabilior, quantò sibi nihil mouerat scrupuli, cui non omni ex parte satisfactum putaret. Sic illa feliciter diuinæ gratiæ impugnanti se tradit, suâque ingenti animi voluptate, & Christianorum gratulatione, à Christi Apostolo tincta, nomen suscepit Isabellæ. Ipsius postmodum amplitudinem pectoris, sublimè ingenium, & excellentiæ virtutis capacem animum cum perspexisset Xaverius, peculiarem in eo elaborando contulit operam, ex quâ tanto digna magistro discipula, magistra facta est demissionis Christianæ, solitarij secessus, precationis, piorumque operum; sed infractæ afflictissimis in rebus patientiæ, constanti perseverentiâ, quàm regio nomine venerabilior.

21  
Mori regno  
inferre Christi-  
stum parat.

21. Iam Molucensium Christianitas recens, & antiqua eo loco erat, vt salutis suæ probè illi cura committi posse videretur, quare sanctus pater maturum credidit exequi, quod Amboini conceperat, & cuius causâ Ternatem accesserat; plus vltra nempè Christi nomen, formidatis Mauri populis inferre: cuius consilij primus rumor, eas statim difficultates mouit vt iis peruincendis vnum tanti viri Apostolicum pectus, par esse valuerit. Maurum perire Ternatenses, censebant aliud non esse, nisi mortem vltroneam ab iis aucupari, quorum barbara & crudelis gula, ad paterni quoque faginem sanguinis assueta, multò minùs esset parsura externo, ignoto, sacra inuidenti peregrina, & apud barbaros barbaro; nudo præcipuè Lusitanorum armis quos ab eo tractu, omnium rerum arcebat inopiâ. Vel vna inquietabant conditio regionis quam omni infelicitate natura damnauit, certum denuntiat aditus exitium: ferarum magis latibula

latibu  
rum in  
cineri  
pars v  
gis cre  
dition  
uenas  
præbe  
figend  
ctus p  
human  
Christ  
sceleru  
penitè  
sit, in  
adco i  
stante  
barien  
tum p  
mare a  
eorum  
Christ  
ritate  
sexcer  
iis hæ  
tem m  
Non s  
tum;  
propo  
patrem  
ti, præ  
P. Fran  
ligant  
ac de  
decret  
se illi  
optare  
circum  
liat; i  
& am  
Abrah  
defutu  
legis  
tis, I

latibula quàm hominum sedes, omnia rupes, & præcipites saltus, sylvarum inaccessa, nitrosi fontes, & cæli grauitas, præter ignium imbres, & cineris, & tēpestates faxorū immani fragore, pars terræ hiantis concussu, pars vomentibus inferis erumpere solitæ: quid autem se antropophagis credere? quid hominibus, nullius, nisi ad miscenda venena, & proditiones ingenij & pensi? ad hæc raptò viuere edocti, suo videlicet aduenas ipsi alent? in syluas, & criptas montium præsto erit qui ducem se præbeat? vbi more ferino degunt, & paruos liberos tyrociniò aprorum figendorum, ad venationem hominum exercent. Inseret nimirum sanctus pater diuinæ legis principia, quadrupedum cordibus priusquàm humani aliquid sapere illos docuerit? tum ex hominibus prius excudet Christianos, quàm illos reuulserit ab immanitate, probrisque omnium scelerum quæ illis ab ortu familiaria, vsūque, & annis naturæ conferta penitus? huius verò præstandi quæ potest spes esse? quæ tamen si quæ sit, imò si iam rata, & mutationem illam ex feris in homines, atque ad eò in Christianos assecuta; quis eam spondeat fore stabilem, & constantem? quis eo recedente contineat, nè reuoluantur in primam barbariem, & cuiam deindè par animi robur sancto patri, parique armatum pietate qui apud belluas illas, idem audeat, idemque valeat? fumare adhuc sanguinem Vazij Sacerdotis, quem inter Lusitanos magno eorum dedecore proditum necarant. Neque verò sibi de morte pro Christo oppetenda blandiretur Christi Apostolus, illos enim innatà feritate, non religionis odio quam profus ignorarent, in cædes ruere: sexcentas circum patere insulas, quibus fructuosè importari Christus iis hætenùs inauditus posset, vt quid ergo & vitam propriam & salutem multorum, spebus incertis proicere, imò spebus certò desperatis? Non sunt hæc ad retinendum Xauerium argumenta, scriptoris inuentum; hæc enim reipsâ Ternatenses certatim admouerunt, ad eum à proposito trahendum quem obseruabant velut sanctum, & amabant vt patrem, quibuscum irritas etiam preces addidissent, vim amicâ commenti, prætozem impulerunt, pœna nauis, & rei totius vetaret à quopiam P. Franciscum in Maurum deferri. Quâ illorum in Dei negotio tam calligant prædentiâ vehementer commotus, extemplò ad illos verba fecit, ac de gentis illius lamentabili destitutione ità dixit, non modò vt Prætor decretum abrogaret, commeatumque ad illam permitteret; sed multi se illi maris, & laborum, mortisque ad eò, si vsus ferret, addere comites optarent. Vos nempè, aiebat, qui estis, qui præpotentis Dei bonitatem circumscribitis vestris angustiis? quasi vlli ad eò saxa sint, quos non emolliat; ità syluestres, & ferini quos non domet & cicuret eius illa suavis & amica beneficentia, quæ mortuas fecundat arbores, & de lapidibus, Abrahæ filios educit. Tum pusillitatem obiurgans, & cæcatam mentem, defuturum scilicèt exprobrabat Deum, terræ puncto, qui orbem totum legis suæ imperio subiugasset? vnas toto ex orbe manum Dei colentis, Insulas Mauri, minimè sensuras, futurâsque in illam ingratas & N steriles?



steriles? infructuosam illic eius crucem? Vnos ab illâ omnium Gentium hæreditate excludendos Maureses, quam æternus Pater filio tradidit. At erant inculti: rudes, belluini? essent etiam decuplò peiores: nam quod ij eiusmodi essent vt nullâ suâ priuatâ virtute valeret eos corrigere, ob hoc de illis sperare se melius, Dei ope, ac viribus confisum ex quo in homines descendat necesse est, quicquid in salutem conferunt animarum, tanto alioqui tam arduo operi infinitis spatiis inferiores esse vniuersos mortales. Si de mitigandâ illorum barbarie omnes diffiderent, id ab se propterea suo periculo suscipi; excolendis enim, minùs barbaris, & minùs timendis alios minimè defuturos; istos idè, quòd nullius essent, se sibi asserere. Nec se nihilominùs, temeritatis arguendum. Nam si Mauri regnum auri venis, aromatum messibus, & piscatione gemmatum afflueret, nullo periculo, aut metu auersum iri ab eo Christianos; nunc vbi præter animarum lucrum nihil affulgeat, vsque adeo id vile, ac nullius pretij habendum? & Dei filios moueri segniùs charitate quàm filios seculi cupiditate & auaritiâ debere? Sed occidat timetis, & veneno, aut ferro de medio tollat? Mittite obsecro id mihi metuere; nec enim tanti sum apud Deum, nec mei similibus tantùm boni, & gloriæ sperandum. Possum tamen liquido affirmare (sunt hæc viri sancti verba ipsissima) non posse ab iis tot mihi tormenta, & mortes infligi, quin expeditus sim ad multò sæniora, vel vnius solùm animæ gratia perferenda, quid enim magnum iis vitam impendi ab homulo, quibus Deus seruandis suam ipsemet impendit? Quod si mihi esse tam beato contingat, vox credo sanguinis, quàm oris; ad eos conuertendos futura sit efficacior. Nam vsque à primis Ecclesiæ sæculis, Euangelij sementem fecere martyrum cruores, quàm prædicatorum sudor latiore. Concionem clausit, affirmans nihil timendum præter proprium timorem; vocanti Deo inuitis quoque hominibus parendum. Subdo hac de re fragmentum epistolæ quam tunc ad Ignatium, & socios Romam dedit. [Sunt, inquit, illic ob gentis feritatem infesta periculis, & veneficiis omnia, nec est qui ausit terribilem aleam subire, ad cicurandam illorum barbariem. Ego illa partim quâ supremâ laborant penuriâ hominum permotus à quibus doceantur, & fiant Christiani; partim religione officij iubentis curare salutem alienam, statui me morti deuouere, pro concilianda illis sempiterna vita, Deo quidem mea spes omnis nititur, sed cupiditate quàm possum maxima ardeo, ad illam me fingere Christi vocem, *qui voluerit animam suam saluam facere perdet eam; qui autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam.* Quorum extrema facies verborum plana; interior, obscura, & intellectu difficilis; fit enim interdum, vt cum deponenda est apud Deum vita, quòd illam nobis in posterum seruet, hoc est, cum aliquod ingens bonum in eius gloriam vitæ nostræ pretio mouendum, nescio quo pacto, caligare incipiat, & obnubilari, quod principio clarum, & perspicuum habebatur, vt neque doctissimi, & acutissimi homines id satis percipiant,

sed

sed iis t  
ligentia  
quàm s  
multi p  
tunissim  
petitis s  
saltem a  
misi nul  
metus o  
quam D  
fiduciâ c  
ex iis n  
tutamen

22. A  
inutili i  
eandem  
alacres  
octogin  
clamore  
Iesu! h  
& eiusm  
dam, se  
quæru  
planè co  
monstra  
mox sib  
& silen  
tuerant  
Insulis r  
prædon  
simè sen  
dem cu  
capessur

23. I  
fiduciâ  
diuino,  
magnis  
sanctum  
suffider  
aratro c  
norum,  
fidei sy  
nus licè  
spectata

sed iis tantum quos Deus peculiari suo magisterio imbuerit, illius intelligentia seruetur. Atque hinc nimium se prodit pulpa huius nostræ quàm sit infirma, & debilis indoles, quàm agra & fragilis natura. Nam multi pro sua erga me singulari beneuolentia institere apud me importunissimis precibus, ne terras adirem tot periculis exitiabiles; qui repetitis suasionibus, & lachrymis, cum nihil agerent, præsentissimas saltem antidotos quibus præmunerem obtulerunt, quarum profus admisi nullam; ne me vnâ timoribus prægrauarem; in promptu mihi, metus omnis remedium esse; nullo me ad vitam defendendam egere, quam Dei vnus clementi præsidio credidissimam; de illius mihi tantum fiducia decessuram; quantum remediorum accessisset. Proin hoc solum ex iis me petere, vt essent mei memores apud Deum, fore id mihi tutamentum à veneficiis antidoto quauis potentius.]

22. Ab Carorum ergo complexibus, lachrymis, & dehortatione inuerti iam liber, nauim cum selectis magno ex numero conscendit, in eandem cum illo ærumnarum, vitæ, mortisque aleam expeditis. Ibant alacres, cursumque promouebant in tractu illo milliarium centum octoginta, quibus absunt à Mauro insulæ Molucenses, cum repente clamores tollit Xauerius, direptisque à pectore vestibus. Hei mihi! Iesu! heu miseri! vt illic immaniter necantur? proh! impium facinus: & eiusmodi vocibus, vultu, maris vnâ in partem defixo, triste quiddam, sed nautis ignotum, & vectoribus deplorat. Accurrunt attoniti, quærunt quid rei? quam cædem? & vbi prospectet? se quidem nihil planè conspicari. At is extra se positus, illic erat, vbi sancta illi Deus monstrabat spectacula, quæ truncis, & querulis vocibus indicarat, mox sibi iam redditum, eadem rogare cum pergerent, verecundatus, & silens ad precationem se recepit; sed iis paulo post, quod non potuerant ex illo rescire, manifestè nimis obiectum est: vnâ Mauri ex Insulis radebant, cum Lusitanorum octo cadauera in vado cernunt à prædonibus occisorum, illòsque fuisse agnoscunt, quibus mari longissimè semotis intenderat oculos, & indoluerat Xauerius. His loco eodem cum fletu sepultis, cruce tumulum erectâ signant, & portum capessunt.

23. In eorum aduentu comitas barbarorum Xauerij magis constanti fiducia, quàm Ternatensium metui respondit: exscendentes accepit, diuino, haud dubitem instinctu, confertus ad litus populi concursus, magnis affectus, gaudij, & reuerentiæ argumentis, & festis vocibus sanctum Patrem adesse patriâ linguâ gratulantibus, quæ vt magno illum suffuderunt pudore, ita socios plurimum confirmarunt. Indè manaratro confestim adiecta percursare pagos, & villas prædicatione diuinorum, & quâ populus in plateis occurisset frequens, illic consistere; fidei symbolum, precésque alias, Malaio sermone decantare, qui externus licèt, non erat tamen audientibus ignotus. Agendi ratio non prius spectata, & rerum nouitas, quas cantus sonabat, concursum statim

22  
Videt procul absens octo Christianorum necem.

23  
Excipitur, prædicat, periclitatur in Regno Mauri.

ad eum auxit, quâ videndum, quâ tantis de rebus audiendum; & qui bono illorum, virum sanctum eò perduxerat, fecit apud illos mirè gratiosum: quare iam ad illum confidentiùs adire, iam colloqui, & is suâ illâ partâ & insitâ amabilitate, lenire illos sensim sibi que obstringere, blandè paruos eorum liberos accersendo, docendóque sacras cantiones (quibus plurimùm capi parentes videbantur) vt in domos eorum per cantum inducæ, ad explicationem sui audiendam curiosos mouerent. Itâ paratis vtcumquè animis, satus verbi diuini cœpit liberiùs spargere, eodem & modo, & fructu, quem erat in aliis Indiæ partibus expertus. Primi fontibus sacris lustrati sunt pueri, dein grandiores, post & pagî, & vrbes integræ, erectis vbiquè templis, & crucibus. Nec propterea omisit illos è vestigiis scrutari quos sua feritas cauernis rupium, & syluis abdiderat, & factum aliquandò vt ab iis maclandus, solâ Dei ope fuerit miraculo seruatus. Dicebat de Deo ad frequentem eorum turbam, vt ventum ad reprehendendos illorum errores, vitâque perditam; in furorem acti, aggrediuntur de medio tollere, iam saxis volantibus lapidatio crescebat, ante circulus barbarorum, post altum & spatiosum flumen, exitus periculi nullus, nisi aperuisset mirabilem, qui aliarum gentium saluti suum Apostolum reseruabat, eâdem in ripâ surgebat trabs ingens, multorum vix manu, & viribus mobilis, eam nullo conatu, velut olus refixam, deiectamque in flumen, insilit vir sanctus, & subremigante, gubernantéque tacitâ Dei manu, in ripam alteram euadit, delusis barbaris, & facti mirabilitate attonitis. Pungebat videlicet dæmones animarum venatio prospera, quas eorum detractas lanienæ. præter spem omnem ac suspicionem perseuerabat Xaverius Christo capere & seruare: ob hoc non semel in illius caput ethnicorû barbaricam proritarunt, visûsque ipse Dei seruus persuasum habere, dum Euangelij præconio illic fungeretur, fuisse damnatos spiritus, inferorum carcere, catenisque conclusos. Festo nimirum S. Michaëlis dum ad aram facit, tam horrendo concussu, crebrisque impulsibus terra mouit, vt metuerit nè altare susdèque verteretur. Forsitan, ait, magno archangelo abigente hinc tyrannos dæmones, tartari vinculis coercentes, ab interturbandâ infelicissimi populi salute. At enim aut vinctos, aut solutos expugnauit tamen sanctus Apostolus, nec indè abscellit, quin multis millibus amplificasset Christi regnum, & Tolum urbem quam vigesies quinquies mille hominum incolunt, cum adiacentibus oppidulis Christo mancipasset. Quódque omnem vincit admirationem, ferina ingenia, tam firmis altisque radicibus peruasit sancta religio, & propagata est tam felicibus incrementis, vt cum ad Xaverij aduentum, illic terræ palmum Dei Ecclesia non haberet, illo humanis abeunte, nouem supra viginti quâ pagos, & castella, quâ vrbes latè obtineret. Quibus has deinceps aptiùs decuit [diuinæ spei] quàm Mauri Insulas nominare, illasque sic ipse vocitabat: tum quòd ex iis planè expectandum nihil olim fuerat, nisi quòd Deus singulari miraculo concessisset: tum

quòd

quòd ab  
reposita  
natenf  
prouen  
Nam q  
suis ad  
Mauri  
pericul  
hæc reg  
cium la  
mi; ta  
leuius p  
24. S  
Molue  
quam  
Europa  
& vent  
Ternat  
tium,  
fore qu  
Iis deli  
& mag  
ris disc  
hoc no  
moniar  
dum et  
Christi  
his ver  
dam, n  
præcep  
mane  
institut  
Alios p  
duas,  
factum  
diem c  
regis a  
sis hisp  
Freit  
missus  
cognit  
damn  
quam  
Castri



quod abundè spe illa positum se videbat, quam semper habuerat in Deo repositam, aduersus terriculamenta dehortantium ab eâ molliùs, Ternatensium amicorum. Verùm enimverò huic tam vberi alienæ salutis prouentui, adiecit Deus salutis etiam propriæ auctus, & honoraria. Nam quæ perfundebant illius animum voluptates, erant eiusmodi vt suis ad Ignatium literis, [Hæc, ait, idcirco ad te scripsi, vt intelligas hæc Mauri insulæ quantis delitiis affluant, quarum sunt fontes perpetui pericula, & ærumnæ, quæ Christi causa vltro subeuntur. Est prorsus hæc regio, si quæ alia vsquam, in quâ procliue sit, ex profluvio dulcium lachrymarum oculos perdere; nec memini alibi me tantis animi; tamque continuis voluptatibus delibutum, aut sensu laborum leuiùs perstrictum.]

24. Sic ille de iis insulis, vndè post trimestre multo labore exercitum, Molucas reuisit, indè in Indiam regressurus, ad ducenda illinc nouæ quam fundarat Ecclesiæ nostrorum auxilia, quæ opportuno subsidio Europa tunc miserat. Haudquaquam tamen vt mente designarat, iisdem & ventis & navi valuit Malacam pertingere, quibus erat à Mauro Ternatem delatus; cedendum fuit Ternatensium obtestationi rogantium, aliquantisper subsisteret, nec esset de navi sollicitus, paratam fore quæ priùs illum Malacam veheret, quàm claudi Maria cœpissent. Iis desideriis, virtutum studio incensis, non potuit sanctus non obsequi, & magnâ vtrimque consolatione tres totos menses, assiduâ illos pietatis disciplinâ ita exercuit, vt quocumque volebat, flecteret; iuuit ad hoc non parùm tempus maioris ieiunij quod per se homines ad sanctimoniam inuitat. Nec labore, vt olim, aut arte indiguit, ad persuadendum ethnicis Baptismum, Pœnitentiam Christianis; nempe illis ad Christianos iam alios, iam vitæ inculpatæ, accedentibus non grauate; his verò expertis suauitatem amicitie cum Deo. Ad quam promouendam, retinendamque per se in posterum, vehementer auebant Xauerij præceptionibus erudiri. Resumpto igitur ministerij sui more, festis mane de Deo ad Lusitanos concionabatur, de meridie ad neophytos; institutioni sœminarum seiunctim, dies in hebdomadâ duos concesserat. Alios pueris Christianâ doctrinâ imbuendis, præter confessiones assiduas, quibus audiendis præstabat operam & quod illic nunquam antea factum; Eucharistiæ diuinæ communionem generali Sacrum Paschæ diem celebrauit. Vnum his eius lætitiis defuit, Cacilis Aërij eius Insulæ regis ad Christi fidem conuersio, diù optata, diù in cassum sperata. Is classis hispanæ de quâ pridem narratum, in Molucas appulso, à Iordano Freitasio, Ternatensis præsidij Præfecto vinctus, Goam probrosè transmissus fuerat, ob suspiciones leuissimas perduellionis; perspectâ causâ cognitores nihil comperiunt quod damnent præter præcipitem in damnando illo Iordani sententiam; in spoliando cupiditatem periniquam. Pronuntiatur innocens, eius fides in Regem laudatur, à Præfatore Castrio, famæ, regno, bonis per summam iniuriam ereptis redditur,

24

Ex Mauro  
ad Molucas  
redit, & fructuose in iis  
laborat.

comitatúque regio à Bernardino Sofa reducitur. Grauibus pœnis Freitasius cogitur itineris sumptus; & quicquid abstulerat reuomere, atque ipsemet vice versâ, in eadē quas regi Aërio indiderat compedes coniectus, causam dicturus Goam deportatur. Idem nefas, eodem insignis gloriæ euentu, aliquot retrò annis in Tabarigiam regem perpetratum. Falsò maiestatis accusatus, absolutus est suffragio iudicum, pronuntiatúsque expers impacti criminis, cuius sententiæ æquitate, Christianorum probitatem ad eò suspexit, & amauit, vt Christum professus, ad eos accesserit. Goæ Christi lauacro initiatus est; restitutus in regnum, nec diù post Ternate moriens insulæ suæ, Lusitaniam reliquit heredem. Putabat Xauerius restitutum Aërium daturum pariter Christo manus, idque apud illum strenuè agitabat: quod Regis, præsertim maximè cordati, auctoritatem, potentiam, & exemplum, multas confinium insularum secururas speraret, exceptus à barbaro humanissimè fuerat, adscitus verò in amicitiam consensione animi tam arctâ, vt eius carere præsentia vix posset, audiebat æternis de rebus horas solidas loquentem, magnâ quantum conici dabatur approbatione. Verùm vt erat deniquè stringendus de baptismo nodus, aut astutè in verba exibat, aut ditabat aures promissis inanibus, aut difficultates, induciâsque obtendebar, vinci quandoque videbatur, sed iis conditionibus, quæ honestatem Christiani hominis dedecerent: tam gloriosi negotij nequissima remora, vxores centum, & quotquot alias flagitiosi oculi libido suassisset; vnâ tanto ex numero legere, seueritatis censebat supernacaneæ, & argutabatur ex Theologiâ sectæ, seu potius obscœnitatis suæ; Christianorum, & Saracenorum cum esset idem Deus, vt quid si nihil eius intererat, nollet à Christianis vxores retineri, quas concesserat Iudæis? Post quali respiscens, spes datas instaurabat, aiens tanti sibi non esse rem tantulam, vt vellet propterea P. Francisci beneuolentiâ, & animæ suæ salute excidere. Ità diù luctatus Christum Mahometi, spiritum carni connectere, intra sectæ infamis turpitudines hæsit, vt qui alterum pedem tenaci luto connixi extrahere, alterum aliùs demergunt. Id modò ex eo regiâ fide extortum est, si ab Lusitanis Mauri regnum in clientelam filio traderetur facturum se vt esset Christianus. Quam etiam fidem barbarus fefellit. Nam post impetratum filio id regnum, tam procul abfuit vt illum baptismo tingendum traderet, vt indè potius euentâ insectatione vexare aggressus sit subiectos sibi Christianos, & quicquid malorum Lusitanis inferre potuit, hoc armis tum suis, tum auxiliariis, gratiarum loco retulerit. Fuit tamen Xauerij labor, si minus in Aërio felix, in duabus saltem eius sororibus, & principibus aliquot eiusdem sanguinis minimè vacuus, illos enim Christo lucratus est.

25  
Ex Molucis  
in Amboi-  
num transit,  
magno sui  
desiderio re-  
lieto.

25. Post hæc, tempus adesse ratus quo se locis aliis commodaret, in Amboinum soluit, hinc quidem communi Christianorum consulturus bono, illinc sociorum; quibus in Indiâ præerat, audiis que iam numero, partes locorum, & operæ diuidi oportebat. Verùm vt est acuta inuentrix

charitas,

charitas,  
tenibus  
ceret. P  
de nece  
sui loco  
quod di  
apograp  
conueni  
esse prob  
ter, & di  
omnes a  
fortitos  
diendos  
missi M  
Rebus i  
certè qu  
nuncio  
conscen  
tum, &  
cinctu  
homine  
starum  
quod te  
piæ opi  
ralitate  
mærorè  
aliquem  
fore illo  
tandè in  
amabili  
suauitat  
barbaro  
omnes  
assimila  
se aptar  
Christo  
26 M  
navigat  
tuor pr  
hebant  
quillè a  
Paschæ  
da. Ex  
compo

charitas, excogitavit modum quo absens licet, præsens tamen suis Ternatensibus nunquam non adesset; atque ab iis recedens secum illos deduceret. Primum enim scripsit Malaio sermone institutionem Christianam de necessariis credendi, viuendique officiis, quam Ternatensi populo, sui loco futuram tradidit, eamque cunctis circum communicandam iussit; quod difficile dictum est quanto religionis compendio factum sit, multis enim apographis id scriptum, manibus omnium terebatur, & festis diebus conueniente in cætus plebe, prælegebatur, explicabaturque ab iis, quos esse probat diuinorum præ cæteris peritos; ediscebant, illud memoriter, & diu nocturne pueri concinebant, ac velut perpetua Xauerij concio omnes assidue admonebat. Selectos deinde adolescentulos, bonam animam fortitos & geniū docile, parentibus multum volentibus secum vexit erudiendos Goæ in Seminario optimis moribus, & doctrinâ, ut ad suos remissi Molucenses, religionis interpretes, & magistri publicè iis essent: Rebus illius Ecclesiæ ita ordinatis discessum maturauit, si minus furtiuum, certè quam potuit maximè secretum, nè suos in Christo filios mœstissimo nuncio contristaret. Quare illis pridem salutatis, de media nocte volebat conscendere, sed cum esset eorum erga illum amor totus oculus, rescitum, & momento vulgatum, sanctum Patrem abire, nauimque in prociectu stare. Hic verò confluere in littus, & circumstare omnis generis homines, lugere, fatigare pedum, & manuum osculis, & petitione faustarum precum; demum etiam atque etiam obsecrare, se saltem post aliquod tempus reuideret; semotos, esto, ac velut extra orbem sitos, verum piæ opis, propterea maximè egentes, quam ab vna illius in Christo liberalitate poterant expectare. Quibus ille vicissim intimè affectus, consolari mœrorem, spondere rediturum, aut missurum ad eos suo loco de sociis aliquem; ad hoc ab se nonnullos iam ex India vocatos, nunquam se fore illorum immemorè, sed semper in mente, & oculis gesturum. Nauim tandem ingressus, postremumque iis bene precatus anchoras sustulit. Tam amabili erat vir Dei sanctitate, asperitatemque erga se seueram, cum suauitate in alios summa, ita copularat, ut si fuisset iis natura pater: barbaros, syluestres, perditos, cuiuscumque modi, morisvè ij essent, omnes æquè habebat filiorum loco; in omnes transformabat sese, & assimilabat eorum cuilibet, ferendo, succurrendo, rusticitati congenitæ se aptando, vnas eorum rationes, & lucra iis memorando, ut eorum Christo salutem lucraretur.

26 Malacam nauigans, obiter substitit Amboini, non quòd eâ quiete nauigatio leucarum sexaginta magnoperè egeret, sed ex nauigiis quatuor prædam facturus animarum; iis Lusitani, ferè milites, & nauæ uehebantur, quòd genus ut vno consistat loco vbi salutis præsidia tranquille accipiat, fortuitum est, & rarum; fauebantque tunc commodum Paschæ dies nondum planè exacti, & sacra mysteria ex officio procuranda. Exscensione factâ Xauerius tuguriolum sibi in littore ex virgultis componit, hæc illi ut antè in Molucis, & in Mauro domus; humi lectus;

viçtus

26

In Amboino  
mira agit,  
absentia vi-  
det, prædicat  
periculum  
nauis.

victus aliquantulum panis in diem corrogati, opera consueta, publicæ conciones, priuata colloquia, dissidentium, flagitiosorum, offensionum publicarum inuestigatio, & emendatio, ad normam muneris Christiani. In iis militem, in extremis ægrotum, eiusque temporarium corporis, & sempiternum animæ deprehenderat discrimen: hunc sua adhortatione sic versauit, subegitque vir sanctus, vt inter vera pœnitentis viræ indicia obiret, sub quæ lachrymans cœlumque suspiciens Xaverius; Deo laus, ait, qui me opportunè in hunc articulum adduxit, vt hanc Deo animam seruarem, ex quo fuit multorum opinio defuncti salutem fuisse illi cœlestis patefactam. Indè etiam vidit Iacobi Ægidij longissimè absentis angustias. Ternate nuper valentem reliquerat, nunc velut præsens animam agenti, abrupta quam ad populum habebat concione, fratres, inquit, Ægidium nostrum, hoc ipso quod loquor temporis, in Molucis, cum morte conflictantem vestris ad Deum precibus iuuare, nec multum spatij intercessit cum certis nuntiis de morte illius est cognitum. Post moram dierum viginti, naues quatuor Malacam expediebant vela, oneraria inter illas erat præ aliis firma, & valida, in eam vt concederet vir sanctus efflagitabant magnoperè vectores, vbi & esset illi commodiùs, & aduersus quaslibet aut procellas, aut hostes securiùs. At his nunquam adigi potuit in eam subiret, quin imò Gonzaluo Fernandio in aurem, ream nauim quorundam sceleribus agnoscens, periclitatur, inquit nauis, & Deus hanc seruet. Nec iniectus in cassum hic metus, meliores fecit quos conscientia mordebat; exitum quoque prædictio sed intra periculum habuit: transmittendo enim Sabano freto, in cæcos scopulos impacta, mirum fuit quod præter excussi gubernaculi cardines nihil confregerit.

27  
Pluvia impetratur ad crucem à Xaverio erectam.

27. Hæsit in Amboino sanctus paulò quàm naues diutiùs, septem illos reuisens Christianorum pagos, templisque, & crucibus muniens, quarum vnã postea illustri miraculo Deus insigniuit. Cœli squalor diuturno ab æstu, & siccitas, sterilitatem agris minabantur; hinc mulierculæ aliquot Christianæ, inductu dæmonis, artes repetunt baptismo eiuratas; vicinum loco idolum conueniunt, cultum dæmoni adhibent, cantus veteres integrant ad cogendas nubes, & ciendum imbrem; sed nullo præter immane sacrilegium euentu: quod vbi accepit Asia, sed melioris notæ Christiana, iis acerbissimè obiurgatis, quasi nobis deesset, ait, in cruce præsidium quam propemodùm domi nostræ statuit sanctus Pater, spondens quicquid essemus ad eam petaturi, Deum nobis liberaliter concessurum, perductasque ad littus in quo crucem Xaverius fixerat, iussit secum ad illam à Deo flagitare, vt pro solita in suos bonitate, in idoli contemptum, ac probum, opportuno imbri sterilitatem præuertiret, optatamque agris pluuiam largiretur, erant inter feminas illas quædam, fulmine quàm aqua digniores; audiuit nihilominus precantes Deus, & obducto derepentè cœlo, terram imbri copiosissimo infudit, hinc duce eadem cuius censura illas correxerat, omnes irruunt in idolum, altari

altare de  
fœdatur  
dare,  
Malacan  
anno 15  
Nonnez  
dignos c  
uerat, vr  
in orâ P  
rum ferr  
doles te  
ratus da  
num, r  
primos c  
Suâ qui  
runt, d  
vectis,  
Dum ex  
infulis d  
uit vir sa  
idoneis  
uerent.  
eò diuell  
profecti  
materia  
gaturò C  
ad ethni  
caperent  
vt scribit  
fese stipa  
propemo  
urbem ac  
principi  
cæteraqu  
difficile  
idcirco  
Menti sc  
se furere  
stringen  
bat pud  
Lepid  
Paulus C  
genij pu  
eaque de

altare deturbant, mutilant, incessunt conuitiis, modisque omnibus defœdatum, fluuio demergunt, exprobrantes integrum fluuium se illi dare, ex quo aquæ stillam non valissent exprimere. Ex Amboino Malacam duobus mensibus peruenitur: eò sanctus Iulio mense applicuit, anno 1547. illic Ioannem Beiram, Nonnium Riberam, Nicolaum Nonnezium, nondum Sacerdotem, viros Apostolici pectoris, inuenit, dignos qui arduam Molucarum, & Mauri expeditionem quam inchoauerat, vrgerent: ad Criminalem ipsius mandata non venerant, illumque in orâ Piscariâ occupabat Deus, biennio post morte gloriosâ Badagarum ferro coronandum: Mansillam quoque nè adesset, refractaria indoles tenuit, ob quam deindè Xauerius hominem expulit è Societate, ratus damno maiori religiosum malum, quam vtilitate operarium bonum, religioso in ordine retineri. Cæterum tres illos de Societate, primos conspexit in Indiâ, postquam in eâ solus quinquennium egisset. Suâ quidem incredibili voluptate, quam auxit nuntius quo significarunt, de septem aliis cum classe Laurentij Perez de Tauora, Goam vectis, transisse quatuor ad Comorinenses sibi carissimos iuandos. Dum expectant naues in Molucas ituræ Augustum exeuntem, tres iis insulis deuotos, suâ interim familiari consuetudine, bimestri spatio beavit vir sanctus; viuendi agendique impressit forma, modisque instruxit idoneis, quibus conuersionem ethnicorum, quam vberimè promouerent. Indè post mutuos amplexus ob hoc vnum subtristes, quòd ab eò diuelli cogerentur (de quo postea tam mira scripsere) in Molucas profecti, ferendo, & agendo, vitâ simul & morte illustrem illic de se materiam historiæ dederunt. Ab hinc autem quatuor mensibus nauigaturo Goam Xauerio, seges intereâ laborum non defuit; conciones ad ethnicos, Indos, Lusitanos eo concursu quem designata loca non caperent. Doctrinæ fidei quotidianæ explicationes ad innumerabilem, vt scribit ipsemet, multitudinem hominum, confertim suis cum familiis sese stipantium: restinguere odia, ob Lusitani militis irritabile ingenium propemodum illic continua; soluere iugiter confitentes; ægrotos per urbem adire, nosocomiis ministrare, cathecumenos & pueros Christianis principiis imbuere, supremo in agone positos ad piam mortem animare, cæteraque charitatis eiusdem præstare munia, in quibus (subdit) cum difficile sit satisfacere vnicuique, aduersariis non carebam, sed eorum idcirco gaudebam inimicitis, quòd ex vitiorum odio nascerentur. Menti scilicet bonæ, tribuit vir sanctus, malignitatem eorum quos in se furere sentiebat, ex impatientia medicinæ iis ab se adhibita; perstringendis acriter facinoribus quorum illos magis detectorum torquebat pudor, quam latentium dolor, & detestatio.

Lepidum porrò quod illi docendis ibidem pueris contigit. Erat in iis Paulus Gomezus (qui Societati dudum postea se adiunxit) viuacis ingenij puer & in rudimentis doctrinæ sacræ recitandis, mirificè gratus, eaque de causâ solitus recitationis initium facere. Igitur aliquando fre-

28

Mira quædam Malacæ ab eo prædicta.

O

quenti

quenti auditore in templum coacto, vocatur Paulus, nec vocanti respondet; quæritur, nec vsquam comparet. Collecto tantisper animo cognoscit ex Deo Xaverius vbi sit, rectaque per confertam turbam ad sacrum fontem pergens; latentem, humique affixum deprehendit, dum aliquis alius prodiret recitandi principium facturus, quod ipsum puderet in tam numerosâ concione recitare quæ nondum memoria facta comprehendisset. Reductum Xaverius in medio statuit, fecitque attonito animum, vt more suo audenter diceret. Vidit quoquè sed multò longiùs zelotypi militis barbaram rabiem, qui pugione in iugulum intento suspectam vxorem examinabat de adulterio. Accurrit quàm celerimè vir Dei, & probatâ quam perspectam habebat suspicionis vanitate, furentem à scelere, insontem à periculo seruauit. Quin & vsque ad Zeilani vada, nauis Bufolæ præuidit casum, huius erat nauarchus Gonzaluus Garzias, in eâ Eirus (de quo pridem dictum) transibat in Indiam, & huic discrimen quod erat incurtura indicauit, tanto impetu à prora allisit in scopulum, vt miraculo fuerit non dissiliisse, hæsitque saxi tam altè infixi vt puppis mergeretur, nec sperabant nauæ meliora, nisi Ioannes Eirus sustinisset eorum fiduciam vaticinio viri sancti, quo significarat, rem vltra metum minimè abituram; & verò accedens post paulum maris æstus sublatam nauim cursui reddidit. Mira quidem hæc Malacæ edita, sed præstat omnibus quo tota Indja Christi Apostolum nihil magnificentius illustrauit, decetque id singulari memoriâ prosequi, tum quòd eius plena cognitio futura est legenti gratissima; tum quòd ex rebus totum contextitur in sancti gloriam admirandis, & testes habet tres supra nonaginta publicis tabulis consignatos, & scriptum reliquit qui tunc erat Malacæ, per annos aliquot Xaverij socius.

29  
Rex Acen-  
norum Ma-  
lacam impe-  
tit.

29. Cesserat Malaca cum maris imperio Lusitanorum armis, & defluentibus commerciis, vicinorum regum accisæ opes, eorum inuidiam, & capitales inimicitias aduersus Lusitanos quotidie augebant, ac nisi militum viribus, & peritiâ nauigandi longè se illis vidissent peiores, erant illos omninò exterminaturi, reducturique in paternam ditionem non modò Mahometem eius filium quem expulerat Albucherchus, sed quemuis alium & sectæ cuiuslibet, modò nè Christianum. Ausi sæpiùs hanc aleam mouere, numeroque ac mole exercituum obruere, quos virtute ac robore non valebant; indè semper aut fugam infamem retulerant aut suorum interneccionem. Libuit nihilo seciùs Soldano Alaradino, Acennorum regi, asseclæ Mahometis, Christianis ob religionem, Lusitanis, ob suas rationes perinfecto, quid posset experiri. Est verò Acennum inter regna insulæ Somatræ maximum, à Malacensi continente, non plus leucis duodecim seiunctum. Ac principio quidem hostis, videri noluit aperto bello arcem impetere; sed potenti classe, piraticis excursionibus maria illa infestare, auertere commercia negotiatorum; suppletura militem subsidia intereludere, vt propugnatorum numero, & com meatibus ab occasu mittendis Malaca sensim destituta, fieret expugnabilior.

pugna  
xi mo.  
denter  
contra  
Id eni  
toto or  
cultè p  
nauali  
manua  
ingent  
apud r  
naues c  
ratoria  
pugna  
Præfe  
paucis  
tus. Su  
tus; O  
die me  
constit  
elati,  
fensio  
consili  
cum ci  
sione ig  
tormen  
raptaba  
liuntur  
matis,  
cadunt  
aut vu  
Tanta f  
rent,  
quinto  
culeolis  
etfi par  
citus Lu  
tormen  
Vpem i  
gaudio  
& filiis  
Acenn  
& naso  
cum hæ

pugnabilior. Ab hoc portu egebat Septentrionem versus Malacæ proximo, quo naues conderet, & arce quâ portum tutaretur. Vtrique prudenter consuluit; militariter magis, quàm barbarè, nisi quæ in terrâ contra Deum moliebatur Sacrilegus, disiecisset è cælo, & irrisisset Deus. Id enim agebat non tam vt Malacâ pelleret Christianos, quàm Christum toto oriente: in eam rem arma, naues, & militem dissimulanter, & occultè parat. Conscripti milites ad quinque millia, condocefacti omnes naualibus præliis; ex nobilitate primariâ quingenti, quorum insigne manuaria ex auro armilla, quam nefas ab aliis gestari: præter hos Turcæ ingenti numero, & ex Ianissariis auxiliarij velites, quos famæ ambitus apud regem, ad conferendas cum Lusitanis vires incenderat. Classem naues conflabant sexaginta, præliares, actuariæ, velares, præter exploratorias, hypagos, incendiarias, armorum deniquè omnis generis in pugnam eminens, cominus ferro, igni, maxima copia. Classi datus Præfectus Baius Soora Saracenus, mentè vt nomine, barbarus, in paucis regicatus, & ab eo mercede præcoci, regni Pediris titulo donatus. Sui Malacam aduentus, ipsemet nuntium, improuisus tulit exercitus; Octobris nono, anni post sesquimillesimum quadragesimi septimi, die mercurij, horâque post noctem mediam alterâ; Malacensi in portu constitit, ad terrorem, probrumque ciuitatis. Insperato illo progressu elati, plûsque intra urbem ex metu consternationis, quàm opis ad defensionem, facilè arbitrati, de inuadendâ illâ agitare; Saraceno nouum consilium plurimum probari, vri Ianissarios desiderio pugnae, rem fore cum ciuibus semiuictis, fauere noctem eamque nebulosam. Aggressionem igitur duplici, scalis indè urbem; indè naues in portu, igni & tormentis decernunt inuadere: statimque excensione tumultuaria, quæ raptabat furor nullo ordine muros petunt, fossas aggeri æquant, admo-liuntur adscensum scalis; at enim lautius quàm somniauerant ab armatis, & vigilantibus excepti, alij configuntur, alij deorsum reuoluti cadunt, nemo vnus pinnas constanter accipuit, multi lapsu attritu, aut vulnere periire. Sed impressionis maritimæ fors longè absumilis. Tanta fuit in naues missilium ignium tempestas, vt omnes conflagrarent, erant verò non plures quàm octo, in quibus Prætoria quæ vix quinto hinc die ex Bandæ regno, aromatica nuce, & intestinis eius culeolis onusta appulerat. Noctis eius fortunâ ebrius Acennorum factus, etsi parciùs quàm cogitauerant fortunata, postridie mane, totius exercitus Lunatam digerunt in urbis oculis, & triumphalem pompam, sed tormentorum ex arce tonitru, vana illa species repentè discussa, in Vpem insulam milliari distantem recessit, vbi barbarico, & strepero gaudio, diei reliquum exegit. Hæc inter, septem indigenæ cum vxoribus & filiis ex piscatione Malacam redibant, in scapham excubitoriam Acennorum incurrunt miseri, capiuntur, mutilantur, trunci auriculis, & naso, incisisque pedum & manuum neruis Malacam remittuntur, cum hæc ad Franciscum Mellum Prætorem seu epistolâ, seu magis pro-

uocatoriâ syngraphâ , cuius sat scio cothurnus thraſonicus riſum nobis meritò mouerit, ſed iis regibus familiaris eſt. Sunt verò hæc epiſtolæ verba [ Baiaius Soora cuius ſummum eſt decus , vaſis clauſum aureis, circumferre Alaradini riſû Soldani, fragrantiffimi ſanctæ domus Mechæ candelabri, Regis Acennorum, & vtriuſque continentis ; ſcire te volo, vt tuis literis Rex tuus idem ſciat , me in hoc mari animum laxantem, rugitu meo formidando arcem iſtam terrere, atque conſternare ; me velit, nolit, in eo piſcari, & hæſurum quamdiû mihi lubitum fuerit. Cuius rei teſtem appello terram, & quæ illam incolunt nationes, cunctaque elementa, ipſumque ad eò lunæ cælum, quibus voce meâ edico regem tuum ſubingat, & victum, fama que amiſſâ inglorium, deiecta humique raptata illius ſigna, nunquàm in poſterum excitanda, niſi fortè clementi eiufdem venia, cuius victoria hæc parta eſt robore, per quam regis mei pedibus ſubiecta regis tui ceruice, eius in poſterum dedititium, clientem, & mancipium effeci. Quod tutè ipſemet vt fateare verum eſſe, hinc ego te vbi conſiti, inuito, & prouoco, ſi quid tibi animi ſuper eſt ad fulciendam regis tui cauſam. ] Has inſanientis Saraceni minas à miſeris piſcatoribus perlatas, & ducum ipſius munitas chirographo, legit ſuis Mellus in arce præſectis. Hi riſu, & ſannis explodunt, haud tamen æquali animorum confidentiâ, vt linguarum, in admittendâ prouocatione: quibus enim prodire in pugnam potuiſſent, incenſis nauibus, tantum non obſeſſos ſe videbant; conſultantibus nihilo ſegniùs quid poſſimum deceret, Beatus Pater ſuperuenit, ad S. Mariæ de Monte ſacris operatus. Gaudere omnes illius aduentu, Mellus præcipuè, dare illi legendas barbari literas, rogare quid ipſe ſentiret.

30

Xaverius  
pugnam contra  
ſpem omnem  
ſuadet.

30. At is animo in Deum, oculis in eos cõiectis, alia omnia quàm quæ ſenſurus putabatur, reſpondit. Probrum id eſſe minimè tolerandum; ex eo in Deum plus dedecoris redire, quàm contemptus in Regem, ſi diſſimularetur iniuria, quid non auſuros de cætero Saracenos, terriculis ſuis non armis victoriam adeptos? Rem tracturam exemplum in alios peſſimum, regemque Acennorum ſi ferret impuè quòd eius initium feciſſet, ſequaces habiturum: intelligerent impij potentiores eſſe Chriſtianos Deo ſuo, quàm ferocia, & armis barbaros; admittendam eſſe prouocationem, & in pugnam eundum. At quibus nauibus (ſubdit Mellus) ſi præter nauium cadauera quatuor quaſſa, & lacera nullæ ſint; iſſique compingendis & interpolandis, alterum tantum opus ſit temporis, vt in nouis condendis? ad hæc quatuor noſtræ aduerſus hoſtiles, ſexaginta? imò infert Xaverius; & ſint etiam mille, Deum quantis nauibus opponis? annò hæc eius expeditio eſt? huic ipſe ſcilicet & auctor, & cauſa, opitulator non aderit, ſi eius ſacramento, & nomine in eâ militemus? quæ haud aliter ex eo audita, quàm Deo dictante mandata, & quid fieri vellet, ac facere, per interpretem ſuum edicente, quare auſus nemo in contrarium hiſcere; alacres vniuerſi Præſectum ſequi naualia inſpecturum. Illic præter celocem exigua reſidua iacebant nauigia omnino

ninò  
tur tar  
naues  
& ſtup  
ponſio  
cùm in  
ctos,  
gare ſ  
inum;  
tua, a  
eum ſu  
centen  
ues, c  
ſentan  
promp  
Dezar  
enim ſi  
certam  
gas illu  
ſeceflic  
ſi eam  
lacæ ad  
ſuis ve  
milites  
de præ  
virâ ſu  
Chriſt  
animi  
randur  
roſitas  
dio la  
31.  
mæron  
in opp  
magis  
moſus  
monte  
decime  
ſcopul  
tritis  
tium ſi  
cuntur  
pro ſu  
quòd ſ



ninò septem, sed vetustate hiantia, & igni quàm mari aptiora. Acci-  
tur tamen Odoardus Barretus Classis regiæ procurator, iubetur eas  
naues sarcire, reficere, munire, ad prælium expedire; at is iurat sibi  
& stupam, & telam & clauos, & omnia deesse, quæ contestatio, res-  
ponfionem omnem eripuit reliquis, concidebátque totum negotium,  
cùm inter alios nobiles, septem circa se conspicatus Xauerius, præfe-  
ctos, & dominos nauium, ardore insolito prensare, amplecti, ro-  
gare seorsim singulos, singulis nauium instaurandis adiicerent ani-  
mum; suam cuique illorum assignare, tua hæc erit, inquiens, & hæc  
tua, aliaque deniceps aliis, nec fuit qui sancto, seu Deo potius per  
eum suadenti negare aliquid sustineret; ità suum quisque nauigium  
centenis operis diebus haud plus quinque restituunt, & quique na-  
ues, cum parua celoce, ad certamen, & mare, probè instructas repræ-  
sentant. Centum octoginta ex omni militum numero mente manûque  
promptos fecernit Mellus, quos octo attribuit ducibus: classi Franciscum  
Dezam cognatum præficit. Restabat quid Xauerio agendum; Fixum  
enim sibi profitebatur cum classe exire, quo eius consilio erectus miles  
certam augurabatur victoriam, cùm ignorare vix posset, aduersus Bada-  
gas illum pro exercitu integro fuisse: Sed obstabant ciues tantoperè, vt  
secessionem minarentur in alias oras, vrbe direptioni hostium derelicta,  
si eam deseruisset sanctus pater. Post multam itaque altercationem, Ma-  
lacæ adiudicatus est, hæreret illic futurus auxilio ciuibus suâ præsentia;  
suis verò ad Deum precibus vires pugnantibus additurus. Affatus est  
milites pridie quàm portu soluerent, de gloriâ quam Deo partum ibant,  
de præmio quo erant vtrimque decorandi, seu mortem oppeterent, seu  
vitâ superstitite pugnassent; dixitque tam scitè ac fortiter ad mouendos  
Christianæ laudis, & militaris gloriæ spiritus, vt omnes subito magni  
animi impetu, iunctisque vocibus nobile iurarent, pulchrùmque iustu-  
randum ad vltimam vsque sui sanguinis stillam pugnatuos. Quæ gene-  
rositas religiosi consensus Xauerio, Prætori, & ciuibus multas præ gau-  
dio lachrymas exciuit.

31. Verùm enimverò breuis hæc ostentatio roboris, & alacritatis, in  
mærorem, & pusillitatem mox desciuit. Aded pronum, & volubile est  
in opposita vulgus, & momentis leuissimis in contraria inclinant, quos  
magis impetus quàm ratio incitat. In procinctu stabat, paruus sed ani-  
mosus exercitus, effusum in littus populum salurabat, ex B. Deiparæ de  
monte Xauerius poscebat à Deo victoriam, cum remorum tractu vix  
decimo velut primâ in acie immissa in mare Dezæ Prætoris, & vento, &  
scopulis intacta, solutis compagibus profundo sorbetur. Hinc nautarum  
tristis & miserabilior ciuium, diuerso ex dolore, sed vna ex naufragan-  
tium simul animorum abiectione clamor. Ad opem accurritur, subdu-  
cuntur demersi, nemo in fundo hæret. Inde philosopha plebs; ariolari  
pro suo ingenio; notare factum ex euentu, stoliditatem suam arguere,  
quòd se tam facilem P. Francisco, & Mello præbuisset, qui fortè magis

31  
Disturbatur  
consilium in-  
felici casu  
volubile.

confidentes essent, quàm benè consulti. Sperandum, quis neget? confidenter, esto; audendum fortiter; pulcrum dictu, & factu; at enim rei & priuatæ damno, & publicæ, temerè susceptis; nec Deum, nec virtutem fauere: nempè octo attritas nauiculas aduersus sexaginta, incustoditam urbem, arcem milite vacuam! hunc in quo tota spes exiguum numerum bellatorum, auferat prælij fortuna in hostem iam prona; quis aggressionem alteram repellat? quis hostem ad muros excipiat? grates Deo immensæ quod opus miraculo cum esset, ad detergendam cæcitatem, opportunè id nobis indulgit. Nam quis præter Deum nauim illam Prætoriam, & omnium optimam, dissipatam in portu depressisset? ut intelligerent cæteras tormenta hostium minimè laturas, quæ nec essent ferendis vectoribus æquales? pergant certè Acenni nosque obsideant; abundè fuerit pro muris stare, nosque illis tueri. Ut quid tantoperè mori velle, & à quibus necemur querere? Ibant querimonix in seditio-nem, & Mellus in turba malè comparatus, mittit qui cursu Xauerium moneat, adesset quantocyùs ad sedandos hos motus: offendit nuncius sacram manibus hostiam tenentem, nec sustinuit vltèriùs quàm ut eam sumpisset, sed accedenti tunc, manu Xauerius innuit, tantisper expectaret. Iam enim ex Deo iacturam Prætorix cognorat, forèque prætereà, multis ut ipsi precationibus, ærumnis, & lacrimis expeditio illa staret. Sacro statim ornatu deposito, priusquàm ex nuncio aliquid audisset; Rediis ad herum, ait, eique hoc à me dicito, nè animo angatur. Deum suâ ope confisis minimè deesse; ac tum quidem maiori, cum res videntur profligatissimæ: quibus ad Mellum remissis coram virginis matris effigie perstitit largè flens, & orans, auditusque est hæc verba precando rumpere, Christe mi Iesu! & Domine, amor cordis mei, flecte in me propitios oculos, tuque ô virgo id mihi exora. Tua etiam Christe beata vulnera intueri, in iis cernes, quantum nobis debere dignatus sit Deus. Et nunc Deus & domine! poscere ab tuâ clementiâ quid possum, in solatium calamitatis meæ, ac fratrum meorum? quod à te, certè oppignerato, certè misericordi omnium patre, ac Domino negari valeat? sic precatus in arcem descendit, vbi Mellus occurrens, & vultu verbisque dolorem querulum haud satis dissimulans, ex postulauit eius causâ, se malè per ora populi traduci: at improbavit Xauerius quod tanta leuitate, fortis animi gradu, deoque confisi moueretur; illinc simul ad mare veniunt, ex quo nauis solutæ armamenta, & tormenta bellica ducebantur: allocutione, qualem poterant ferre tam desperatæ res, multis persuasit sperare meliora; sed vincebat desperantium numerus; Ergo Mellus opinionem culpæ defugiens, & quocumque res caderet, eam quantum ad se spectabat probaturus, publicæ consultationis permittendam suffragiis censuit: cogitur magistratus militaris, ciuilis, & quotquot præter hos adesse libuit; rogantur sententiam, ac ciuilis quidem, communi omnium ciuium consensu statim negat in eo pergendum vltèriùs, cuius tam infausta fuissent omina; exitus infelicitatem, nimis certè ex tam

fauis

fauis i  
 prælio  
 uatio  
 32.  
 Xauer  
 nutu v  
 cramer  
 metue  
 vox,  
 disse  
 aucto  
 audent  
 victori  
 enim  
 nauis v  
 vi quâ  
 vòsque  
 adfore  
 doceat  
 dat vo  
 obscur  
 pudore  
 scriba  
 blicâ c  
 viri fat  
 arcem  
 reuert  
 mittun  
 statio  
 vera an  
 bitum  
 tur sig  
 Mellus  
 ciuiate  
 filij, m  
 Pegu r  
 chorar  
 licet ad  
 ample  
 33.  
 mus in  
 rium,  
 classa  
 narrat

sauiis iniitiis conici; nec prudens esse, neque Christianum tam dispari praelio illorum vitam committere, ex quibus & vita ciuium, & conseruatio ciuitatis, totaque ditio penderet.

32. Quæ dum ciues contendunt, supplex tacitè à Deo contendebat Xauerius, vt milites doceret, meliùs sentire; fixisque in illos oculis, nutu vario incendebat, cælum, deùmque identidem indicans cui Sacramentum nobile dixissent. Id si fortiter tenerent, nihil esse quod sibi metuerent, habituros tutum in Deo præsidium: quare fact omnium vna vox, idemque animus qui pridie fuerat, perindè vt nihil tristius accidisset, se non regi modò stipendiis; sed iureiurando Christi nomine auctoratos nunquam commissuros vt ab datâ fide recederent; ituros audenter, & pugnuros ad vsque supremum habitum, sperare tamen victoriam eius auxilio cuius gloriæ arma, & sanguinem vouerent. Quid enim tunc grauiùs quàm heri timendum; idem qui pridie numerus; nauis vnâ, sed nec milite vno minor. Imò verò infert Xauerius (sed eâ vi quâ cum diuinitus agebatur) nè deerit quidem ea numero nauis, vósque numero plures futuri estis, & hoc vobis disertè denuntio, naues adfore duas amissâ meliores, & huc missæ à Deo iam properant vt vos doceant spei vestræ vbi tutò figenda sit anchora, & priusquàm sol occidat vobis spectantibus aderunt. Ex his varium vtrimque partium, & obscurum murmur, alij animis paulo æquiores; alij non absque aliquo pudore; suspensi omnes domum se referunt: ante tamen Baltasar Ribera scriba consilij publici, aduersantes pugnæ sententias auctoritate publicâ consignauit, pro cassis habendas, si de nauibus duabus, vaticinium viri sancti dies nondum extinctus reipsâ confirmasset. Mellus duces in arcem, secum ad prandium deduxit ad S. Mariæ de monte vir sanctus reuertit oraturus. Mare interea ex editioribus speculis qui explorent mittuntur, multus de nauigiis duobus vrbe tota sermo, magna expectatio, frequens de fenestris, & littore prospectus, aduentarent necne; vera an euanida Xauerij promissa? cum ecce tibi hora ante solis occubitum vna, ex monte B. Deiparæ, vbi precando instabat Xauerius, datur signum vela duo latina ad Septentrionem consurgere, scapham Mellus exploratoriam destinat reportaturam, cuiusmodi forent, & ciuiates eæ naues. Erat verò Iacobi Soaris altera, altera Baltazaris ipsius filij, mercibus onustæ, cum Lusitanis militibus præsidariis sexaginta. Pegu regnum petebant; mari alto inuectæ Malacam vitabant, vt anchorarium & portorium vitarent. Incredibile est quantâ urbem lætitiâ, licet adhuc remotæ impleuerint, quot inde Xauerio gratulationes, & amplexus.

33. Tunc enim denique, meticulosus primùm, atque incredulis animus in pectus rediit, persuasumque Dei nutu rem geri, nec ab se Xauerium, sed instinctu maiori victoriam spondere. Sed erant eæ naues classi adiungendæ, & hoc sibi deposcit vir sanctus, duces earum adit, narrat exercitum ignominiosè à barbaris prouocatum, expiandam iusto praelio

32  
Restituitur  
eius precibus,  
suasu &  
vaticinio.

33  
Vaticinium  
impletur.

prælio notam, Dei causam, & honorem agi; verti quoque ipsorum tum ingens decus si vincerent, tum magnum ab hostibus navium discrimen si ultra tenderent. Dicenti non agrè aures, manusque dant; sed hac lege; si fore præstarentur à vectigali naues, mercésque liberæ: condicit Mellus ipsique publicam: Deza exercitui Præfectus, immunitatem ad eos conscriptam defert, lætusque cum iis portum subit. Quatriduum fluxerat navibus octo, & celete, paratu nautico, comœtatuque omnium muniendis, in iis ducenti triginta Lusitani. Octobris 21. dieque hebdomadis sexto, pugnae avidi solvunt, post dicatum tam sancto vsui Xaverij precibus vexillum. Acceptaque à Mello mandata, quid in occursum Accenorum servari ab iis oporteret; ac ne iis quærendis, fines Malacensium exirent, ad Pulozambilum porrectos; idem omnium ad certamen ardor, vnus metus ne eriperetur sibi hostis: & quidem eius inveniendi spem fermè abiecerant, quod cunctis quos iussi erant lustrare limitibus nusquam eius aut index, aut vestigium appareret; portò tamen eundem efflagitantibus, quibus plus inerat pudoris ad reditum, quàm timoris ad pugnam, prudenter Deza facturum negavit; vetari se Melli imperio, quod nefas esset infringere, esse belli & maris casus ancipites, sibi quicquid infausti accideret, imputatum iri: conuersa igitur in reditum cura, Octobris 28. sic Luna defecit vt agrè transverso, ex duodecim quos ponunt astrologi, digito luceret. Accessit Argestes pertinacissimus, qui dies omnino tres & viginti, eos in anchoris tenuit, nisi vellent Malacam ventum illum sequi: tunc ulterius progredi annonæ penuria adacti, vsique mutatis Pegu versus & Iunzalam auris, portus illos sat longo itinere appellunt, quod fuit diuinæ providentiæ arcanum, vt saluo Ducis imperio, cibaria dum quærunt, deprehenderent hostem quem frustra vestigarant.

34  
Noui contra  
Xaverium  
tumultus.

34. En autem denuò Malaca in motus priores, & diffidentiam relapsa, quaquaversum rumoribus perstrepat, & plebeius timor, funestarum imaginum eximius artifex, & verisimilis falsorum nuntius, post sesquimensem de suis nihil audiens; vel aquis haustos, vel Acenorum gladiis coniectat, ne superstite quidem calamitatis eius teste. Crescente autem fama pro certo venditat debellatæ classis exitium; testes producit oculos qui actuaria ex Salangore aduectis cladis locum, & tempus, & modum edisseruerant; Lusitanorum mortes, Acenorumque ex iis prædam, & longam fabulam, non consolabilis tam privati doloris quàm publici, cum præter communem interitum qui videbatur Malacæ imminere, militum robore defectæ; pauci essent qui suos aut patres, aut filios aut ex propinquis non lugerent. Inuasit quin etiam nonnullos curiositas detestabilior, verùm ex mendacij patre cognoscendi, vmbris carmine magico accersendis, (quod illic vsu frequens, & quotidianum) dabanturque scitantibus responsa, cuiusmodi esse pessimi dæmonis intererat plurimum, lamentabilia & funesta, recidebantque demum in Xaverium omnia, expeditionis consiliarium, & flabellum,

flabellum  
iam sat æ  
Postre  
aliò vert  
prias co  
pericul  
pulsio, &  
Hoc vero  
extitit.  
Malacam  
petendæ  
referunt  
applicat  
essent ne  
te alia,  
coactum  
iniurias  
lerat; se  
ranos A  
sus Mal  
dolori fr  
gem Fra  
tionibus  
que adu  
suis in i  
prohibe  
quàm v  
nos tam  
ni domi  
repositi  
nisse in  
sibi opt  
morem  
Etorian  
tes prop  
quidem  
obscura  
tus, vu  
tium pr  
vna or  
deliter  
pulieri  
nibus i  
perabu

habellum, nec Mello parcebatur, qui propterea publico abstinebat, nec iam sat æquum exhibebat Xauerio animum.

Postremo isturbo, exagitata vrbi nouus incubuit qui eius lacrimas aliò verteret, & omiſſis longinquis mortibus, lugere instantes & proprias cogeret. Nempe illud Deo antiquum, & ſolemne, vt ideo ſinat in periculum irreuocabile res ire, quò gratior veniat repentina illius depulſio, & fiat eius per quem depulſum fuerit, interceſſio venerabilior. Hoc vero diſcrimen, vt ſuperius ab Acenis extiterat, ab Inſula Somatra extitit. Illic Viantanæ Rex, Mahumetis illius filius, cui Albucherchus Malacam abſtulerat, arreſtus pendebat in occaſiones, eius vi, dolo repetendæ nunc prope inermem conſpicatus, velarium nauium vt quidam referunt trecentarum, ex portu Andraghire claſſem ducit, & Muhari applicat, non plus ſenis Malaca leucis. Inde mittit qui certò cognoscant, eſſent ne; vt ſtrepabat rumor, Luſitani ab Acenis funditus proſtigati: parte alia, ex aula nobilem cum perfidioſiſſimis literis ad Mellum legat, coactum ſe in regnum Patanes exercitum ducere, ad plectendas armis iniurias quas ingenti ſuo dedecore, ac ſuorum danno grauiffimas tulerat; ſe certis nunciis ex itinere habuiſſe, de extrema clade qua Luſitanos Aceni deleuerant; eorumque præfectum, viribus auctiorem aduerſus Malacam contendere, ferro & igne omnia perditurum; id verò ſibi dolori fuiſſe quòd Luſitanos plus ſuis liberis amaret, & Luſitaniæ Regem Fratris loco ſemper habuiſſet, ob hoc rei ſuæ, ſuæque dignitatis rationibus omiſſis, ſe vela Malacam vertiſſe vt ei præſidio adeſſet, eamque aduerſus Acenos tueretur: exciperent ciues amicum, & ſocium, ſuis in illos armis, ſuorum virtute, ac ſanguine, vt viſum iis foret, ad prohibendam calamitatem vterentur. Sed erat craſſior verſutia barbari, quàm vt oculos fugeret non penitus cæcos. Vnde Mauro erga Chriſtianos tam ſubita, & tenera pietas? regis erga Luſitanos, regni eius paterni dominos? nullo epistoſa notarum cædipo eguit, verba verbis Mellus reſpoſuit. De antiqua illius beneuolentia, & fide nihil vnquam ſibi veniſſe in dubium; nec eſſe omnino quod eius experimentum vllum dari ſibi optaret: quam verò deferret auxiliij gratiam, eius fore ſe perpetuò memorem, & reſpoſiturum ipſi vbi occaſio ſuaderet. Suorum de Acenis victoriam probatiſſimis teſtibus ſe tenere, expectarique ab ſe triumphantes propediem; proſequeretur ſecurus negotium Patanenſe: Malacam ſiquidem, armis, & hominibus, ſupra quàm opus abundare. Neutri fuit obſcura mutui ſtyli intelligentia. Præſtolabatur exploratores ſuos Maustus, vulpem Leone conſeſtim mutaturus. Malaca in metu, ſupplicantium præcibus, & luctu tota: vnus Xauerij vultus nunquam non vnus, vna oris, & mentis ſerenitas, Dei videlicet clementia, & promiſſis fideliter nixa, omnique arte caritatis, priuatim, ac publicè ſpes laſas populi erigens, damnans nihilominus hariolantes ſacrilegos qui diuinationibus impiis Dei tutelam à muris arcebant. Sed parum valebant apud deſperabundos verba, ſanctum quin etiam apertè, ſarcaſmibus triſtibus ludebant,

35  
Viantanæ  
Rex Malacam  
impetit.

P bant,

114 De vita & gestis S. Franc. Xaverij

bant, solito enim conciones adhortatione concludere ad poscendam clas-  
sis victoriam, & citum ipsius reditum, inuicem succinebant, ergo illos  
fufcitet mortuos vt reddi nobis victores petamus. Vtinam vel viui re-  
deant. Verùm ferui sui fidelitatem, & merita, oculis ab improbitate,  
populi auerfis, diuina bonitas respexit.

36

Acenos Lufi-  
tani expugnāt  
pauci innu-  
meros.

36 Dies erat Decembris tertius, & classis, Ceda oram legens ad com-  
meatum, & aquationem, cadente iam sole, eò accesserat vbi fluuius Pe-  
dir in mare præcipitat, milliaribus Malaca ferè quadringentis. Sub pri-  
mas tenebras, scapham animaduerrunt surdo remigio illac præteruchi,  
piscatores erant homines simplices, interrogati & quibus circum, aut pa-  
gis aut oppidis haberi cibaria; vel aqua saltem posset: suis ipsi, deinde  
communibus censitis miseris, respondent esse mediterranea oppida ad  
leucas duodecim, sed recens ab Acena classe improviso vastata, regem-  
que vix fuga Patanem euasisse; Acenis in prædam & cædem omnia cede-  
re. His Lusitanorum alacrtias, lætum præna in cælum tollere, explica-  
ri signa, tormenta displodi. Deza classi Præfectus cum cæteris festo cul-  
tu ornari, vulgo nauarum, & militum diuidi quicquid commeatus resi-  
duum erat, triumphus denique prius agi, quàm esset digestus pugnae or-  
do. Hinc Liburnicæ tres valentibus instructæ remigibus, egregiis du-  
cibus, & paruo fortium delectu, aduerso flumine exploratum mittuntur;  
dum se aliæ ad prælium accingunt. Aceni vicissim bombardarum no-  
strarum sono vaniori forte quàm prudenti, de noui alicuius accessu exer-  
citus moniti, myoparones quatuor pronò alueo expediunt; qui sexta fere ab  
suis leuca incidunt in Lusitanicas liburnas: nox erat media, Lunæ com-  
modum lumen, idem mutud vtrinque occurrere, mutud agnoscre, mu-  
tud inuadi; suum quæque Liburna myoparonem inuincat, & occupat.  
reuolat quartus, ad suos nunciis; Lusitani cædis reliquias sex captos  
abducunt suisque exustis carospiis, in myoparonibus ad socios redeunt,  
torti sæuum in modum capti, obstinatissimo silentio & locum, & vires,  
& hostium numerum occultant; duos quæstionis acerbitas peremit; vin-  
cti duo in mare proiecti; superstites duos aliena calamitas fecit minus fe-  
roces; seorsim rogati, magno consensu indicarunt Acenos leucas ab-  
esse duodecim; nauarum & militum ad decem millia habere; vniuer-  
sam illam regionem fugato Rege, occisis bis mille indigenis, subactis in  
mancipia totidem, latè obtinere, prædam in Acenum opulentam portasse,  
moliri arcem quæ naues ex Bengala Malacam consuerant, ne cui liceret  
impunè petransire, fixumque iis esse Christianos quicumque in manus  
venissent trucidare. Non fuit Duci ad milites alia opus concione aduer-  
sus Barbaros, ne tamen deesset vñtato mori, super cramæfino lorica-  
tus sago, manu hastam tenens illos affatus est, inculcans potissimùm  
promissa, & merita S. Patris, cuius auspiciis prælium inirent, & cuius  
precibus deberent de victoria certo confidere, tum ne hostilium nauium nu-  
mero circumfessus, vndique aditum præberet aggressuris, ripæ cornu in  
flumen longius porrecto, terga exercitus muniuit. Locum prælio metatus,

Acenos

Acenos v  
fusa barb  
tres, qua  
bantur in  
adiere Ac  
constitit.  
tia arrog  
decuman  
glandium  
que vider  
re ænean  
vt capaci  
lant tres  
centum  
men rupt  
remis eni  
liduntur  
haud pri  
ne quad  
plurimas  
dentior I  
cul figit  
dium cor  
bant. At  
gam nesc  
tanis asse  
desperati  
animo co  
nima, v  
ma & tr  
ctis spe f  
gam, qu  
de tot mi  
fuit præ  
numerus  
tani; ex  
faucij;  
menta bo  
sexaginta  
bellis dep  
ostingen  
terfecto  
Neque  
Parlis, qu  
regno pul

Acenos vnà & videt & audit tympanorum, tubarum, & vlulatum confusa barbarie strepentes. Præibant illorum aciem trieres Saracenorum tres, quarta iis maiori vehebatur Rex Pediris classis Imperator: sequebantur nouem senarum nauium per seriem ordines. Primi certamen adiere Aceni. Suspenso remo Lusitanus, ruentes excepturus in gradu constitit. Verum illos fefellit vel ignaros fluminis natura, vel præcipitantia arrogantes; machinarum enim extra iactum explosione præmatura decumanos ictus amisere. Statim post conflictu propiore telorum, & glandium tam densa tempesta vt exitu maxime cruento desitura vtrimque videretur pugna. Sed hic è naui Ioannis Suaris, tam propitio vulnere æneam machinam in Prætoriam hostium, diuini oculi librauit fauor, vt capaci plaga totius lateris hiantem flumen sorbuerit. Citato aduolant tres huius custodes trieris, ad extrahendum imperatorem suum, & centum comites prius quàm essent aquis præfocati, transuersum flumen rûptis ordinibus occupant, eadèmq; opera sequentes perturbant, remis enim, & velis, & torrente alueo abrepta in priores incurrunt, illiduntur à tergo à subsequenteribus, premunturque ab aliis aliæ confusione haud prius explicata, quàm nostri totius ignarij instrumenti displotione quadruplici, naues eorum nouem depressissent, quassassent quàm plurimas, multos ex Barbaris peremissent. Tam manifesta Dei ope audentior Lusitanus, hosti obuius prælium integranti, naues quatuor procul figit quæ perpetuis in illum machinis fulminabant: alias, quæ medium cominus emittens, vt res esset, stlopis, hastis, missilibus igniū infestabant. Atque hic item regente manum Deo collineauit in victricem plagam nescio quis cuius hætenus ignoratur nomen, quæ victoriam Lusitanis asseruit. Classis imperatorem Pediris regem, aquis ægrè exemptum, desperatio in pugna furem animabat, sed glande ictus catapultaria sic animo concidit, vt duobus nauigijs fugeret, ac laudem mortis magnanimæ, vitamque pariter, paucas intra horas amitteret. Ita classis exanimata & trunca se quidem dedere abnuuit; verùm armis remisque proiectis spe falsa enatandi miles iuxta & Nautæ præcipitarunt in aquas fugam, quæ fractos, eneruës, & magnam partem faucios hauserunt, nec de tot millibus Acenorum, Maurorum, Ianissariorum quicquam superfuit præter paucos illos qui fugæ comites Duci extiterant. Cæforum numerus è nostris omnino sex & viginti, ex quibus solum quatuor Lusitani; ex nautica cæteri, & remigum turba sed; longè plures vulneribus faucij; Præda planè immensa; naues quinque supsa quadraginta; tormenta bellica modi omnis trecenta; in quibus gratissimum accidit, sexaginta duo Lusitaniæ insignibus impressa cernere, variis, quondam bellis dependens, tunc simul ad dominum reuocata, canteriatæ catapultæ octingentæ præter arcus, & arcsus, telaque diuersi generis, & de interfectorum spoliis opimum ac locupletem quæstum.

Neque tamen hic finis Acenorum, & Lusitanicæ gloriæ. Patane Rex Parlis, quò se ex Fuga receperat, accepta Barbarorù clade à quibus fuerat regno pulsus, quingentos, milites collegit, rabie maiori quàm belli peri-

27  
Rex Parlis  
vltro regnum  
suum Lusita-  
norum clien-  
telæ subdit.

tia armatos, & cum iis irruit in Acenos qui ad custodiam captorum ducenti remanserant, eosque ad vnum deleuit. Inde sorte gestiens insperata, cum nobilium suorum flore, duobus trieribus quas deseruerant Aceni secundo flumine ad Lusitanos venit, gratulatus est illis victoriam qua ipse triumphabat, iniquissimi hostis cæde regno per eam restitutus; idemque regnum clientelari tributo perpetuo, Lusitaniæ regibus fide publica obstrinxit. Vnum tot lætitiis deerat, vt retruderetur in Somatram Rex Viantani, qui & classis auxiliariæ specie paternam Malacam trecentis nauibus recuperaturus aduenerat; atqui hoc etiam, non armis & sanguine, sed metu confectum est. Nam catacopiis quæ fœderatorum Accenorum successus opperiebantur ad eum reuersis, stragis illorum miserum nuncium hasta medium traiecit, simulataque morbi grauitate, confusus, & pauens receptui cecinit.

38

Xaverius victoriam de Acenis prononcione longè absens denuntiat.

38. Malacam interea horum omnium ignaram, expectata obsidio, vel impetus hostium angebat, & nihilo quàm ante leuius desperabat; cum Deo visum, indignam licet consolari, vt disceret promissis Xaverij quantum fidei deberetur; quantum fiducia, illius intercessioni, ac tutela. Nam qui prouido nutu, expeditionis eius momenta singula in famuli sui commendationem dispensarat, diem pugnae illius horamque ita designauit, vt in dominicum, & Decembris quartum incidere, ex computatione veteri censendum, hora fuit ante meridiem tertia, peragebatur sacra res solemnè ritu in maiori templo, aderat populus cum Mello Prætorè, Euangelio decantato Xaverius conscenso suggestu concionabatur, cum ecce tibi in cursu dicendi repente conticuit, sed speciem præferens ab se quàm longissimè translata ad noua quædam, & admiranda spectacula; manus in pugnum arctè pressas tenebat; defixos in Christum de cruce pendentem oculos, cuius effigies chori medio sub arcu visabatur, vultus identidem mutabat, dabatque colores, nunc valdè alacris, modo miserentis, tum acri dolore prostrati, & afflicti, habitu corporis ad eos affectus conformato; inde velut ab sensibus auulsus fari, perplexis truncisque sententiis, & verbis interceptis, sed quæ auditor facile coniecit ad pugnam aliquam pertinere, cuius varias spectaret vices, aggressiones, fugas, strages, & fusi cruoris imaginem plurimam, quibus ferè haud minus quàm ipsemet sanctus, populus extra se positus stupebat, præsertim cum cœpit animadvertere, vel ad se hos motus, vel ad aliquos saltem è Christianis attinere. Narrationes enim per obscuras interpungebat piis ad Deum precationibus, meminisset illos, suos esse, sua causa morri sese obicere, seruaret illos, ab iis tan paucis defenderet tantam multitudinem hostium, ne vellet suæ gloriæ militantes, & propugnatores fidei in regionibus Orientis à Barbaris vinci. Sub hæc nouum describens conflictum novos affectus induebat, donec facie demum serenata exitusque inspector, & compos, quem intimis precibus efflagitauerat, brachia in oram pulpiti, caputque deposuit, hæsitque illic silens quantum sit temporis in recitando ter Symbolo; silente pariter,

attonito.

attonito  
pensos re  
mus infir  
nem, ad  
de Aceni  
triumpha  
bus dictis  
abiectione  
rari, dep  
hæc rata  
madæ se  
lum in pr  
Manuel  
classis Pr  
minuit  
nes hosti  
uigia, nar  
henti vi  
eruce sub  
rem, pri  
rum frag  
à primis  
tenerè an  
luptate  
Tanti  
stranda p  
tres quos  
Ecclesiar  
Molucis,  
nario fan  
derent,  
merces r  
illi iusto  
lum subit  
sancto sp  
git. Aliu  
bat, aliac  
insanam  
vidisset  
omnium  
vela nau  
iactata, &  
rum, eiu  
bilio ipf



attonitoque auditore ad obscuritatem tam densi ænigmati: nec diu suspensos tenuit, erecto enim mox capite, oreque angelum spirante Recitemus inquit, fratres, semel orationem Dominicam, & virginis salutationem, ad agendas Deo Victoriæ gratias, quam hac ipsa hora classi nostræ, de Acenis dedit. Aderit die veneris illius nuncius, sequetur statim post triumphans exercitus, vestrorum hostium spoliis latus, & locuples: quibus dictis pulpito exscendit. Ad hæc concio vniuersa spebus miris post abiectos diu animos exairata, gestire gaudiis, Deo gratias agere, admirari, deprædicare viri sanctitatem, Deum quoque precari, quamprimùm hæc rata ostenderet; edictum quatrimum annus fuit, die tandem hebdomadæ sexto compleri littus, arrecti omnium in mare oculi, si quod velum in prospectum se daret, nec frustrata est expectantes mœra. Eo ipso die Manuel Godignus appulit, præmissus ad Mellum Victoriæ præco, dein classis Præfectus Franciscus Deza (quem confecti prælij locus cognominauit Parlem) cum classe triumphanti, portui successit, minores birenes hostibus ereptas quatuordecim trahens; tritemes tres, & octo nauigia, nam quassa & nauis destituta igni consumpserat. Occurrit inuenienti vniuersa post Xauerium ciuitas, præibat vir sanctus Christum in cruce sublimem præferens vt illum tam clari auctorem prælij, & victorem, primæ gratiarum exciperent laudes, & primi festarum machinarum fragores salutarent. Victores denique in terram è nauibus egressos, à primis duobus ad vsque postremum gregarium multis cum lachrimis tenerè amp'exus, vicissim ab singulis reuerenti complexu incredibili voluptate resalutatus est.

Tanti porrò huius facinoris nomen haud paulò vrgentius, quam lustranda pars Indiæ altera discessum Xauerij maturauit. Inspecturus Patres quos ad excolendam suam in Christo natu primam Piscariæ oræ Ecclesiam miserat, adolescentes circiter viginti quos secuta vexerat ex Molucis, Gonsaluo Fernandio Goam commisit traducendos, vt in seminario sanctæ fidei docerentur, & suorum magistri diuinis in rebus euauderent, ac Fernandium quidem addictissimum sancto Patri, nulla hinc merces morabatur, nisi quam pia caritas promeretur; nautum tamen illi iusto largiùs exsoluit, cum ter inculcauit eius nauim grande periculum subituram. Et verò ad scopulum allisa prope ab exitio abfuit, sed ne sancto spes suæ cum ea interirent, Goam precibus ipsius incolumis attigit. Aliud interim in naui Garziæ de Sofa, naufragium illum expectabat, aliaque diuinæ prouidentiae tutela. Transmittendo Zeilani sinu tam insanam Eurus, & indomitam rupit tempestatem, vt parem Xauerius vidisset nullam; ac ne suum pondus nauim demergeret, leuanda fuit omnium iacturâ, sed ventus instabat ita præceps & procellæ furor, vt nec vela nautis, nec gubernaculo pareret nauis. Sic dñi noctuque triduum iactata, & propè deserta, solo gnomone regebatur. Consternatio vectorum, eiulatus, vota, & ploratus qualia inducit mors præfens, & terribilior ipsa morte, irati Oceani facies, qua fortè natura formidabilius

39

Indiam petit  
tempestatem  
prædicat, &  
sedat eius in  
illa sensus in-  
terior.

nihil habet. Vnum in tanto horrore solatium, constans serenitas sancti Patris & suauitas verborum, cum nec proprio metu, nec communi vnamquam turbator, quam si foret in portu cerneretur. Omnes audiuit confitentes, hortatusque vt æquo animo, vitam, mortem; vtcumque placitum Deo esset exciperent; post in cubiculum inferius se collegit; vbi quid ageret narrauit postea Franciscus Pereira, qui cum incrudesceret tempestas, & cuncti de se actum putarent, consolationis gratia ad eum venit, & coram Christo in crucem suffixo reperit ita Deo immersum penitus, vt interturbare nequaquam ausus sit; abundè tamen solo eius aspectu fuerit recreatus, & iam mari torrente, Zeilani vadis propinquabat nauis, etiam tranquillo metuendis, cum surgens Xaverius ab clauis rectore Vazio bolidis funiculum poscit, diuulsum vestis ex ora infima fragmentum plumbo alligatum in mare demittit addens, Deus Pater, Fili, & Sancte Spiritus, miserere huius populi, ac mei; quibus annuit tam subito Deus, vt venti mox omnes posuerint, quod dum Vazius effusè gaudet, alia ipsi prædixit pericula, quorum vatem fuisse nimum veracem suo Goa Malacam reditu expertus est. De tam immani feraque tempestate scribens ad Sanctum Patrem suum Ignatium, & socios Romam Xaverius, qui tum fuisset animi sui sensus, & morte capiti impendente cunctisque lugentibus cur imperturbatus, & serenus egisset, exposuit, verba eius reddo, haud tam pro testimonio virtutis, quam Societatis vniuersæ ad quam ea spectat, consolatione. [Tempestas, inquit, dum fureret, deslebant omnes suam mortem, ego me Deo commendabam, adhibebamque pro me apud illum triumphantis, ac militantis Ecclesiæ, deprecatores sanctos, atque illos in primis de Societate qui iam obiissent, illo vero in aestu medio procellæ sæuientis, voluptatibus animi fruebar tantis vix vt me arbitrer maiorum capacem. Desunt verba quæ satis explicent, quanto gaudio nostris intercessoribus coram Deo utar, & cælo receptis, & adhuc inter nos degentibus. Me quidem malorum meorum nimum conscium vehementer pudet effusæ has inter angustias, & metus, iucunditatis, & alacritatis, quare tunc ad Deum conuersus flagitabam, vt me durioribus reseruaret, si hac vellet defungi tempestate. Hæc ad vos Patres mei, & fratres scribenda censui, vt exsoluendis nominibus imparem, quibus Deo, & vobis teneor, vestro subsidio iuuetis. De hac Societate nostra cum scribo, & loquor, modum mihi non possum imperare, sed huac festinatio nauium extorquet, claudio igitur verbis quibus nihil aptius, & conuenientius inuenio, si oblitus fuero tui Societas, obliuioni detur Dextera mea.] Hæc ille, reliqua deinceps prospera nauigatione Cocinum delatus Ianuarij 12. Anno 1548. dies illic non totos quindecim substitit, tum & Christianis daturus operam, & ad Regem Ioannem aliosque in Lusitaniam, & Romam literas.

40

Piscariam reuisit, & nostros certis ad conuersionem animarum regulis instituit.

40. Retro inde Comorinum versus, oram Piscariam intrauit, Sancti Patris aduentus inexplicabili gaudio, optimos illos affecit Christia-

nos

nos, pro consensu virtute v excreuit. gis hoc i tutis aute ris tolera religioni morboru decantati stupebat quam ha las confir marino p sociis on Primum post hæc Deum tra rent. Ter ter se dis pto conce nerent. E re, qui eo rant desc

[Primu ra commi que per v hic, quo Nec præst cerant, & inuestigat quem dep quius, qu que illis a los, & ma stant. Qu pueris cog tima inspo stri docem templum c uate, nam quoque re vitia carp pentur sim

nos, processere obuiam pagi, festo cantu Doctrinae Christianae, & lato consensu affecti erga illum amoris. Vice versa ipse illorum numero, ac virtute ultra modum laetus sementem ab se ac sociis factam mirabatur eò excreuisse: scribebat enim Goa Peres duabus cis & ultra Comorinum plagis hoc 1548. anno censa Christianorum millia ut minus ducenta. Virtutis autem argumenta erant, vexationes & cruciamenta fortiter à multis tolerata, & oblatae constanter ethincorum gladiis ceruices, ne quid religioni aduersum non dicam admitterent, sed vel simularent. Ad haec morborum diuina curatio, & expulsio demonum, ad sacrarum precum decantationem, & contactum precatoriae coronae, ad qua gentilium stupebat attonita ratio, quod suarum magistrorum superstitionum, nunquam hac innocentia viuendi, & miraculis talibus, vidissent suas fabulas confirmare. His Xauerius perlustratis, Manapare constitit quod à Comarino promontorio parum distat. Coactis itaque in eundem locum sociis omnibus qui suos labores passim illis regionibus fundebant, Primum illis priuatae virtutis stabiliendae, & augendae praecpta dedit; post haec singulis partes locorum attribuit stas, in quibus vel ad Deum trahendis, vel expoliendis virtute Christiana, industriam ponerent. Tertio praefecit omnibus P. Antonium Criminalem ac ne qua inter se dissentire doctrina aut moribus viderentur, regulas aliquot scripto conceptas iis tradidit quas in promouenda Christiana re singuli tenerent. Eae tanti auctoris merito, & vtilitate quam possunt ex iis ducere, qui eodem funguntur ministerio animarum, hic à me, ut traditae fuerant describuntur.

[Primum, inquit, hoc vobis cura sit, quorum vobis locorum cultura commissa est, in iis infantes recens natos, sacro fonte lustrare, idque per vos ipsos obire, nec alteri cuiquam praestandum credere, cum hic, quod quidem nunc attinet maioris momenti praestari nihil possit. Nec praestolari oportebit dum vos aut parentes, aut iuris administri accersant, & moneant quippe id facile neglecturi; ipsimet inquirete & inuestigate per pagos vobis attributos, & domesticatim; ac vbiuis aliquem deprehenderit, baptismo tingite. Post hoc vobis nihil sit antiquius, quam ut rudimentis Christianae doctrinae pueros imbuatis, cumque illis adesse vbiq; non possitis, dabit operam ut per Canocopolos, & magistrorum id fiat, iique mori pridem constituto religiosè insistant. Quare dum loca inspecturi aditis, vnà semper magistrorum cum pueris cogite, interrogate, coram illis discipulos singulos, ecquid ab vltima inspectione profecerint, vel etiam obliui fuerint. Sic fient magistri docendo, discendo pueri diligentiores. Diebus dominicis viros in templum conuocate ad preces recitandas & peculiari studio obseruate, num Pantagatini, seu Publici rectores iis intersint; vbi autem vos quoque recitandis iis adesse contigerit, subdetis illarum explicationem, vitia carpitis quae inoleuerint; exempla dilucida & quae prope palpantur similia iis reprehendendis proferetis; pergentibus ea perpetrare, minus.

minus intentabitis à Deo, decurtandam illis vario morborum genere hanc vitam, & dandos in prædam regibus ethnicis, æternam verò illam æterni ignibus cruciandam. Ut primum aliquem in locum veneritis, quæretis, inter se nū qui dissideant, modisque omnibus ut in gratiam redeant, agetis, idque cum in templum conuenerint, quo viros quidem diebus dominicis, sabbato feminas decebit conuenire. Symboli explicationem Franciscus Coellius, (quem secum Sacerdotem in oram Piscariam ex Malabare duxerat) cum ex Lusitanico Malabaricam fecerit, eius apographa in templis legenda curabitis, ad viros dominicis, sabbati diebus ad feminas; ac si forte præsentis eritis tum vos ipsi legetis, tum eius subdetis explanationem, quicquid seu viri seu feminæ, piæ largitaris vel templo obtulerint, vel impetrati voti nomine exsoluerint, id omne in pauperes erogetur, vobis ne teruncius quidem cedat. Nullum omittetis dominicum, & sabbathi diem quin reuocetis omnibus in mentem, vbi quis apud illos ægrotarit, confestim vobis significant ut à vobis visatur; id si neglexerint, & moris ægrotum oppresserit, fore ut in pœnam cum Christianis non humetur. Cum verò ægrotos conuenitis, recitare illos Symbolum fidei ante omnia iubetote, idque lingua eorum vernacula, & de singulis eius articulis, an ex animo credant interrogabit. Post hoc, Confiteor, precesque cœteras Sanctæ Doctrinæ recitabunt; vos demum super iis Euangelium sacrum pronuntiabit. Ad humanda functorum corpora pueros colligetis, & cum iis è templo cruce præuia progressi Christianam doctrinam in itu & reditu simul concinetis. Ad ædes mortui, responsum dicetis vnum; priusquam terra mandetur alterum; addetisque semper breuem ad adstantes cohortationem, de necessitate moriendi, peccatorum emendatione, cultuque virtutum, ad obtinendam mortem bonam, & felicitatem, Dominicis viros, mulieres Sabbatho valdè monebitis, liberos paruos, si ægrotauerint in templum deferant, Euangelij Sacri recitatione à vobis iuuandos, quo parentum fides augeatur, amorque aduersus Dei templa; & ipsi pueri melius habeant; lites componetis, quod si per vos non possit, eruntque de leuibus, reicietis in diem Dominicum, ut Sacris expletis, ab loci consulibus absoluantur. Nolim tamen his cognoscendis vos nisi quàm minimum occupari, aut vnquam à vobis diuina misericordiæ opera iis temporariis postponi, in quibus si res agetur grauior ea omnia planè ad Lusitanorum Præfectum reici oportebit. Omnî studio agite, ut hisce populis vos præbeatis amabiles, ex hac enim benevolentia maiores, quàm ex metu fructus capietis. Nemini pœnam indicetis, nisi de consilio P. Antonij Criminalis, & si præsens aderit Præfectus, nihil non ex eius arbitrio geretis. Idolum seu Pagodem, vir aut mulier, quifquis effinxerit, in pagum alium exul compellatur. Pueris scholas Doctrinæ Christianæ solitis frequentare, multam debetis significare benevolentiam dissimulatis erroribus, condonandisque pœnis quas commentur identidem, nimium quantum interest, ne auersiore fiat à vobis

animo,

animo,  
no à cult  
illosque  
stum acc  
hauit mi  
Sacerdot  
tem conf  
exemplo  
scribite.  
inter vos  
num istar  
sit vobis  
hoc vos  
amicè, ac  
rum mor  
tur. Vest  
morte, it  
Eucharist  
si non al  
tractabun  
bitas: de  
non præ  
ipsumque  
in Proui  
aliam pro  
nisi Patre  
tis Obed  
que vos i  
tamini cu  
riorem a  
concedat  
41. Ch  
rium, ita  
tissimi sa  
Deo sugg  
Gandia i  
Christo,  
crationem  
libus exce  
dere, qui  
tem arcis  
gis confi  
Regis leg  
diariis eu

animo, & offensi recedant. Si quis adierit Lusitanus abstinete omnino à culpandis illius loci Christianis, imò præferte vos ab ipsis stare, illosque verbis defendite; nam si attendetur quàm non pridem ad Christum accesserint, quàm parvis ad bene viuendum adiuti documentis, haud mirum videbitur tales esse, sed mirum prorsus non esse peiores. Sacerdotibus Malabaribus in rebus animi omni ópe adeste, curate vt mentem confessionis Sacramento purgent, vt diuinam rem faciant, vt bono exemplo sint, uec ad mortaliu[m] quempian, sinistru[m] quicquam de illis scribite. Cum ducibus Lusitanis quàm placidissimè agite, nec vnquam inter vos atque illos vlla dissidij species intercedat, cum aliis verò regionum istarum Lusitanis, amicitiam retinere, omni conatu satagite, nec sit vobis vnquam cum eorum aliquo quicquam dirimendum, tametsi ad hoc vos prouocauerit. Illatas ab iis in Christianos iniurias carpite, sed amicè, ac si frustra id esse videbitis, ad Præfectum referte, cum quo, iterum moneo, nihil vnquam vobis aut controuersæ, aut frigoris nascatur. Vestra cum Lusitanis colloquia non sint nisi de rebus diuinis, de morte, iudicio, piacularibus ignibus, & æternis, confessionis Sacrae, & Eucharistiæ frequentatione, Deique præceptis accuratè seruandis; nam si non alios cum ipsis induxeritis sermones, nec ipsi vobiscum de aliis tractabunt, nec suffurabuntur vobis horas, officij vestri muneribus debitas: defructu laborum, & rebus appositis ad prouehendam pietatem, non prætermittetis literas Goam dare ad Patres & fratres Societatis, ipsumque Episcopum, sed reuerenter admodum ac demissè, vtpotè his in Prouinciis communera Sacrorum antistitem. Rege licet ex vna in aliam prouinciam vocante, haudquaquam prorsus in eam transibitis, nisi Patre Antonio Criminali, & Præfecto assentientibus, sed obiicietis Obedientiæ excusationem. Etiam atque etiam inculco vt quacumque vos iter agere, & vbiicumque morari contigerit, exhibere vos enitami cunctis amabiles, cunctis beneficos, atque affabiles, sic ad vberiorum animarum fructum habiliores euadetis, quod vobis dominus concedat, & vobiscum omnibus in perpetuum sit. Amen.]

41. Christianorum rebus in tractu Piscariæ, ac Patrum illic degentium, ita constitutis, in Zeilani traiecit Insulas. Ex iis de semine fortissimi sanguinis per Iafanapatani tyrannum effusi pretiosas messes, Deo suggerente diuinabat, nec ager omen agricolæ fefellit. Regnum Gandiæ ingressus, eius insulæ præcipuum, breuissimo tempore regem Christo, & cruci subiugauit. Verùm quòd apertam toto suo regno execrationem idololatriæ, & professionem veri cultus, prospiciebat crudelibus exceptum iri vicinorum bellis, non ante ausus est huic se alex credere, quàm Lusitanorum præsidio muniretur, cui fide regia facultatem arcis sibi construendæ, op[er]umque promisit. Probauit sanctis regis consilium, ac de illo Ioannem Castrium Indiarum præfectum cum Regis legato per se ipse conuenit, quod fama non leui constaret consulariis cum vti, quibus Lusitana, quàm Christi res esset antiquior. Goæ legato

41  
Oesta eius in  
Zeilano.

legato

legato cum mandatis regiis interim relicto, de iis acturus, Bazainum ubi erat Castrius, aquis & ventis aduersantibus nauigauit. Ignotum eatenus Castrio Xauerium, existimatio publica, & gestorum admirabilitas fecerat venerandum: singulari iuxta pietate ac beneuolentia occurrit adeunti, nec liberalior promissis quam rebus extitit: inter alia confœderatio cum rege Candia ab eo admissa; destinatus illi ad præsidium Antonius Monius Barretus fortissimus iuuenis, cum canteriatibus centum catapultariis; mandatum ut dum Bazaini retinebatur Xauerius, si Goæ legatus sacro Baptismate initiari annueret; quam splendèssimè cum suis vestiretur, quam magnificèssimè haberetur; Malaca denique rogatus, ut eo aliquos de Societate transmitti iuberet, commeatum Xauerio tradidit quo ei liceret quotquot libuisset Malacam mittere. Concionantem præterea audire voluit. Ultimo denique, veluti gratiam beneficiorum hanc petiit ne ante hiemen exactam Goa recederet, velle ipsius consilio de anima sua statuere, fruique illius præsentia paulò pacatius, & otiosius, quod reliquis anni temporibus bella continuo gerenda non sinebant, & planè feliciter id assecutus est, quam tunc fortassis putauerat, paulo enim post surda correptus febricula, neglectim initio curata, post in remedia omnia pertinaci, sensim contabuit, valetudine afflictæ sub finem Aprilis cum Goam redisset, regendo iam impar, Gubernandi onus transtulit in senatum, quem ex optimis quibusque delegerat, animam verò sancto Patri, penitus credidit, cuius cœlesti consuetudine bonam partem dierum iucundè absolvebat. Exibat alter ab Aprilis mensis & nauis ex Lusitania bene gestæ Prouinciæ præmium, Proregis nomen atque imperium, & prærogatiui iuris alia decora, Ioannis Regis diplomate in triennium Castrio attulit; sed is vrbe tota festis lætitiis, fragoribus, ignibus gestiente, atque personante, risit videlicet hos sæculi ludos quod dextra honores deferret triennales, sinistra vitam in perpetuum auferret; tum sacris ritè procuratus, & assiduo Sancti Patris auxilio confirmatus, Iunij sexto viuere desit, Indiarum Gubernatione in Garziam de Sa eius vice collata: tulit hunc Ioannes Castrius ex amicitia Bazaini, cum Xauerio contracta fructum. Verum antequam Goam Bazaino rediret, incidit (haud reor fortuitò) in Rodericum Scheiram, quantum eo occurfu alacrem, tanto ipse attonitus, & tristis.

42. Erat hic iuuenis stirpe quam moribus melior, Malacæ quiddam admiserat capite luendum, coactus vitam latebris tueri, nosocomio se abdidit, in quod Sanctus Pater diuernerat, qui mutua consuetudine illum sibi amicum adiunxit, eo exitu quo ferè alios vitæ nimirum probioris. Aliquas illi de Deo, & rationibus animæ iniecit cogitationes, hinc etiam ad vitæ totius antea actæ peccata omnia, sacra confessione expianda, nonnullam denique ad formam Christianè viuendi pellexit, exorata quoque ipsi ab inimicis pace, ac venia; sed cum illic tot inter illecebras sensuum, & licentiam communem, probitas illa vix bene coalescens magnopere periclitaretur, suadenti Xauerio promisit Europam

42  
Perditi animi  
introspectit, &  
conuertit.

sc.

se repetitur  
properatur  
nia regie  
promissu  
sione absti  
totus erub  
tatem; fro  
larem; ob  
hendens, a  
ac dolens.  
ropa, quo  
ras? quis  
magis exp  
tat, fucur  
ti vir fan  
in Lusita  
fessione fa  
gere. Ca  
quam tu o  
ligione int  
ipso accu  
tis promi  
& ex eius

Bazaini  
gio S. Pau  
tus. Eor  
prof. tibi  
citorum  
ad cœno  
res seu T  
Hispani  
Post long  
Amboini  
desiderio  
qua causa  
ingentis a  
ctores ha  
uenit; an  
careret, a  
tum iam  
Collegiu  
totum an  
forma in  
Xauerium

se repetiturum; nec verò omnino promissio defuit. Goam nauigauit properaturus inde in Lusitaniam, sed illum Castrius Gubernator, pecuniæ regiæ Bazaini coactorem dixit, eoque illicio tenuit. Fide necessarij promissi Deo fracta, flagitiosior quàm ante, iam totum biennium confessione abstinebat. Ergo Bazaini cum Xauerium in foro conspexisset, totus erubuit declinaturus haud dubiè congressum si licuisset per urbanitatem; fronte nihilominus deterfa, vultumque indutus securum, & hilarem, obuiam processu venienti, salutans & manum ad osculumprehendens, at illam Xauerius, auersatus osculum, retraxit, & simul grauitè, ac dolens. Etiam num hic Fili ait, & adhuc in India? cur nondum in Europa, quod Deo, & mihi sanctè receperas, ac propterea Malaca solueras? quis datam fidem, quis iter interceptit? consulus iuuenis, interiori magis exprobratione, quàm verbis viri Dei, defendere aliquid dum tentat, fucum quem faceret non satis reperit. At instans acrius titubanti vir sanctus cuiusque se in animum pènetrans; quod, inquit, non es in Lusitania, esto id egerit, qui te inter Indos retinuit; verùm confessione facta, quod biennio iam cares; quid excusare potes, vel fingere. Cæterum quicquid sit, scito me tibi non prius reconciliandum, quàm tu cum Deo in amicitiam redieris. Quibus intimè commotus, Religione interposita promissit, se quantocyus adfore, ad retractandas cum ipso accuratè elapsi biennij rationes; tanto verò sensu animi pœnitentis promissum id obiit, vt nihil recusaret quod tunc imperabat Xauerius, & ex eius præscriptis vitam deinceps exigeret.

Bazaino Goam reuersus Apostolus, nostrorum qui erant in Collegio S. Pauli procliuitate in omnem virtutem egregia, est mirificè recreatus. Eorum sudores conuersionibus ethnicorum, & Christianorum profectibus diuina bonitas liberalissimè secundabat. Meditatione Exercitiorum formabant homines illustris ad populum exempli; & sublimis ad cœnobia virtutis. Multos censet sua quadam epistola Cosmus Torres seu Turrianus; vnus ipse illorum nunc mihi sufficiat. Cum classe Hispali nauigarat quam ad Molucas indagandas soluisse narrauimus. Post longum & infelix iter, in Xauerium incidit, obseruataque in eo Amboini vitæ norma, & strenuitate Apostolici operis, disciplinæ illius desiderio captus est, & Societate nobilissimi laboris: prius tamen, qua causa incertum, agere voluit cum Episcopo Goano; sacerdos erat ingentis animi, virtutis non planè vulgaris, sed maiorum capacis si ductores haberet, quos Goæ in Societatis Patribus, Xauerio maxime, inuenit; ante hos siquidem inquietus, nec habitis contentus, nec quibus careret, aut quid vellet sat gnarus, secum perpetuò litigarat. Goæ quintum iam mensem Episcopi vicarius, veteri sua fluctuatione agitato, in Collegium venit, agensque cum Nicolao Lancilotto de rebus diuinis, totum animum suum illi aperuit, rogauitque ab eo doceri, noua hæc forma instituti nostri cuiusmodi esset, qua ipse Amboini, vt primum Xauerium viderat, senserat se incredibiliter affici: eam explicatiùs per-

43

Cosmus Turrianus in Societatem admittit.



spectam, suo plane ex genio comperit, & ex voto, cuius summa hæ-  
erat, magna pati, & agere pro Dei gloria. Exercitia ingressus, de am-  
plectendo quod tantopere probarat, diliberaturus, secundo vix die, tan-  
tum hausit è cælo lucis, tantum gaudiorum, & tranquillæ mentis, vt in-  
ter beatos versari se crederet, mirareturque apud Lancillottum, nuda  
illa effata æternæ veritatis quæ proponuntur in exercitiis, antea milles  
ab se lecta, nunquam mouisse animum, nedum, vt tunc fecerant, rapuisse.  
Pusillitate animi, nihilominus, & grauissimis dæmonum succussioni-  
bus, cum in concludenda deliberatione turbaretur, superueniens Xave-  
rius paucis verbis, dubitantem pacauit, & mutua ytrimque lætitia exce-  
pit in Societatem, in qua virtute ac gestis eximiè claruit. Hoc ad Indi-  
cam expeditionem auctus recenti auxilio, seorsum Malacæ sollicitus  
Franciscum Perez, & Rochum Oliueram nondum Sacerdotem eò misit,  
scriptis probè monitos documentis, quales se deberent Deo, sibi, alijs  
præstare. Goæ vt diximus Gubernatoris morbus, & pietas ipsum deti-  
nuit, vbi suum tempus ita dispensauit, ne sibi decisset, dum se alijs tri-  
buebat. Solebat enim quod hîc item seruauit, post diurnas quasque  
nauigationes, & labores, interiorum secessum petere, adeoque, si pos-  
set, solitarias latebras, & syluestres, vbi se diuinis liberalius ex-  
pleret.

44

Conuersio  
militis sceleratissimi.

44. Post hoc vt consueta præteream, à quibus solers & benefica mens  
nusquam esse poterat otiosa, sed non semel iam dictis similia; venatio-  
nem nequissimæ bestię sagacem, & laboriosam felici ab eo captura, fa-  
ctam hîc apte subiicio. Miles fuit bellua nequior, ex omni flagitio &  
sacrilegio concretus, sic tamen ab omni sobria cogitatione alienus, vt  
annum iam decimum impiatus, absque pœnitentiæ Sacramento infelix  
traheret, perpetuo licet obiectus exitio, inter assidua quibus interfue-  
rat prælia. Semel quidem Goanum Vicarium adiens, non tam peccata  
positurus, quàm Turcæ nomen vitaturus, tanquam venia indignus reie-  
ctus fuerat, sed hac efferatior repulsa, & sempiterni securus supplitij,  
per quicquid est scelerum, eius moras vrgebat, vt solent qui salutem de-  
sperant. Verum enimuerò quò aberat longius à conuersionis veræ gra-  
tia promerenda, hoc erat dignior sancti Patris mirabilis charitas, quæ illa  
ipsi obtineret. Comparabatur classis Duce Aluaro Gubernatoris Filio ad  
expugnandum Adenum, Maurorum arcem in Mechæ faucibus: Goam  
venit miles inter classarios meriturus; Xaverij periugil in istiusmodi ge-  
nere vestigando sagacitas, de profligatissima huius vita cognouit ex amicis:  
inde illum tueri placidis oculis, & vbi per vicos occurreret, salutare hi-  
lariter, & amico alloquio morari: clam autem pro illo apud Deum pre-  
ces, & lacrimas proferre. Dies aderat ventibus vela & nauibus daturus;  
commodum offendit vir sanctus hominem & quærit, ex octo nauibus,  
in quam & quo duce conscriptus? vtrumque miles ediderat, cum bea-  
tus pater, gratulor mihi hanc sortem tam bonam; eadem & ipse nauis  
seror; & manum prehensens; vnà, inquit, eamus; oblatum honorem  
haud

haud sine  
suum con-  
tenderet,  
Sanctum  
sio quibu-  
Xaverius  
illud Pha-  
que quis  
bat Xave-  
eius triu-  
dissimulal-  
Cicurata  
Deo inter-  
salutis ter-  
sceleratiss-  
emptius  
potius du-  
redimi cu-  
in præsen-  
nens, am-  
non esset  
ingenuè r-  
Christian-  
se adeunt-  
sibi fixum  
cere. Ha-  
mirandi,  
met à Deo  
rentur; qu-  
obnoxij,  
mus mise-  
que id esse  
si atrocita-  
re autuma-  
absolund-  
demus, &  
nerali, vi-  
criminum  
quam in-  
te mors su-  
enim sic  
cepit der-  
quam eat-  
re illum m-



haud sine pudore accepit mides, vehementer miratus, ab tanto viro suum contubernium ambiri, nec quicquam propterea suspicatus quò tenderet, vt nec ipse Præfectus, qui magna quoque sua voluptate virum Sanctum in nauem induxit. Commilitones haud parua vrebat offensio quibus esset execrationi, & detestabilis eius improbitas, quem sibi Xauerius, tam arctè iungebat, vtque ex iis non nemo deinde retulit, illud Pharisæi ad linguam reuocabant, hic si esset propheta, sciret vti que quis & cuiusmodi sit, quem sui dimidium facit; nam & simul edebat Xauerius & colloquebatur familiariter, & assidens ludenti, lucris eius triumphabat, dolebat damnosis foliis, rationibus patrocinebatur, dissimulabat quæ pro inolita consuetudine, turpia vel nefaria effutiret. Cicurata feta, occupatoque per amicitiam illius animo, paulatim de Deo interiicere aliqua; esse illum placatu facilem; nunquam non esse salutis tempus dum viuitur; stultum esse spes eius proicere; posse breui sceleratissimos, in sanctos euadere; quantò pœnarum, & cruciatuum emptius velle quemlibet damnatorum, liberationem ab inferis, quanti potius dum licet emendum ne illuc demergare, imò quàm posse id facile redimi cum vnus horæ confessione nogotij summa ster. His & similibus in præsentem vsu idoneis penè absque sensu melius affectum iam tenens, amicitia intimæ audentiori fiducia ex eo quæsiuit, quàm pridem non esset peccata confessus: cui miles suspirans, non sine rubore, tamen ingenuè respondit, annos fluxisse octodecim, sua haud quidem, qui Christianus esset, voluntate, aut culpa; sed Vicarij Goani duritie, qui se adeuntem repulisset, velut sanguinis Christi, & gratia expertem, inde sibi fixum animo mansisse, nunquam in posterum eidem se probro obijcere. Hac responsione ansa Xauerio data est, vicarij factum insolitum mirandi, peccantibus scilicet benignitatis plurimum deberi, cum ipso met à Deo cuius potissimum maiestatem læsissent tam humaniter haberentur; quantò mitius à nobis tractandos, qui omnes essemus peccatis obnoxij, & ferre inuicem mutua onera deberemus; quamque à Deo optamus misericordiam, eam fratribus exhibere. Illud de cætero, qualecumque id esset Vicarij ne curaret. Nam ego te, inquit, libenter audiam, & si atrocitate, ac numero millies tantum maiora sint iis quibus grauare autumas, nec mihi deerit ad audiendum patientia, neque potestas ad absoluendum; de pœna verò sollicitus ne sis: amicè inter nos illam diuidemus, & Deo simul faciemus satis. Volo quin imò te confessione generali, vitam omnem purgare præteritam, & fidem obligo fore vt posita criminum sarcina, ea mentis quiete, ac voluptate potiare cuius nunquam in vita similem sis expertus. Quid enim te quæso futurum sit, si te mors subita, quod pronum est militi repente opprimat. Quàm multos enim sic rapuit, vt nec Dei nomen efferre valuerint. Sub hæc homini cœpit densam illam & inuiam, vt videbatur, syluam vitæ nihil quicquam eatenus religioni ducere assuetæ. paulatim aperire, ac circumducere illum manu ad inspicienda & relegenda animo peccata, quibus emolli-

tus in eorum delectationem, suafore deinceps confessionis minimum eguit; rogabat quin etiam sanctum patrem, ne se abiiceret, suorum scelerum offensus grauitate. Applicuerat interim haud procul à Coulano classis, & exscendentem cum suo milite beatum Patrem, subsecuti sumus aliquot ex eadem naui (inquit pro testimonio Franciscus Ledius) scire auidi quo amicitia tam præcox, & commercij arcani tam nouum, mysterium tandem defineret. Videmus autem, ambos se in syluam abdere, P.M. Franciscum ad truncum arboris considerare; militem ad illius pedes genua flectere, singultantem crebro, & ea copia lacrimarum, vix vt posset vocem in verba formare: peracta ex homologesi; pœnæ loco nihil imperauit, nisi Pater, & Aue semel recitandum. Qua is nimum prodiga indulgentia hæsitans, causam eius non diu ignorauit; concedens vir Dei in interiorem syluam, & veste detracta, læuaque effigiem crucifixi tenens, cœpit crudum in modum catena ferrea in se ipse sæuire, & sanguinis riuos ex humeris ducere. Miles vel strepitum plagarum, vel suspicionem aliunde iniectam secutus, vt hoc vidit, & ex iis quæ sanctus dixerat pro se fieri intellexit, ad eum accurrit flens, & vociferans, mihi Pater, non tibi qui Sanctus es, mihi reo, & misero debetur hæc pœna, & rapto ex eius manibus flagello, eam in se acriter conuertit, militibus piè illacrimantibus qui ex occulto vtrumque explorabant. Atque hic demum pœnitentem complexus, & salutans, redire se Goam significat, quod ea tantum eius causa venisset, vt reconciliaret ipsum Deo: monitis illum solidis reficit, quibus in suscepto boni proposito constanter duraret, deumque vereri contenderet, qui licet interdum, haud tamen semper sequitur fugientes; nec frustra fuit hæc adhortatio, perfunctus miles infaulta illa Adeni impugnatione, religiosam familiam iniit vbi magna laude virtutis, & asperitatis diem clausit extremum.

45

Decem ex  
Europa totij  
Goam appel-  
lunt.

Edenti hos fructus in Oriente Xauerio, alij ab Occasu nascebantur, quorum suis ardentibus in Italiam & Lusitaniam literis semina miserat, dum Patres vocaret ad ethnicam illam Indiæ vastitatem suis sudoribus & sanguine rigandam haud quidem pluribus quam decem concedi potuit fors felix, sed quorum singuli multorum vicem eximie impleverunt. Naui S. Petri prætoria quinque vehebantur Gaspar Berzeus, Melchior Gonzalez, Baltassar Gagus, Aegidius Barretus, Ioannes Fernandus. Galega verò (quod nauis alterius nomen fuit) pari numero alios ferebat Antonium Gomezium, Paulum Vallem, Franciscum Gonzalez, Manuelem Vazium, & Ludouicum Froësius. Illis præerat Gonzales; istis Gomezius. Cunctis Apostolica virtute Berzeus eminebat, cui post Xauerium, parem vix habuit India. Vlyssipone Martij 17. anno 1548. cum se Mari dedissent, post immanissimas tempestates, Septembris tertio primum Prætoria, tum Octobris nono Goam applicuit Galega, inexplicabili omnium, Xauerij maxime & Berzei ad primos conspectus, & salutationes voluptate.

46

Forum exem-  
plo multi So-  
cietatem pe-  
tulium.

46. Nam de rebus Berzei Sanctus pater iam ante acceperat, & tunc partem

partem eo-  
gatione.  
prouoluti  
deinde a  
item iuris  
cum patri-  
nis Alueri-  
de instru-  
tæ alios  
ia Societa-  
tis excubi-  
que Com-  
neis batb-  
Lusitanis  
ternum Go-  
inuenit:  
no, præfec-  
rem, vt t-  
Camerten-  
adsciuit g-  
Vicarius, i-  
boribus si-  
pueros fid-  
corum iu-  
tulit.

Duobus  
driennis p-  
Medici cu-  
rentes veh-  
xitas afflig-  
statim plu-  
retur, ergo  
illum, vt  
terea, mō-  
præferre i-  
valere, ma-  
æstuant  
fani temp-  
festim sui-  
deterius a-  
S. Anton-  
cendam v-  
tus, & pr-  
ferio, rog-

partem eorum suis oculis hauriebat, quæ in illa horrenda gessisset navigatione. Multi enim vectorum ad pedes Xauerij, ex nobilitate lectissima prouoluti, Societatem petiere: horum princeps, nauis totius Præfectus; deinde alius, Gubernator arcis Lusitanorum in India præcipua, doctor item iuris vtriusque insignis; & Ludouicus Mendefius qui & ipse in nauibus cum patribus, iuuandis ægrotis nauabat operam; Iacobus Lobus baronis Alueti sororius, iuuenis item scriba, virtute egregia, literis commode instructus, præter nobiles præclaræ indolis quatuor, & mediocri notæ alios complures; de quibus, nisi de Mendefio non constat, quinam in Societatem admissi sint, sed constat omnes sancti Ignatij Exercitiis exultos. Dies quinque cum nouis sociis exegit S. Pater, moxque Comorinæ Christianitati laturus suppetias accurrit, à mediterraneis barbaris diuexatæ, vt eius neophytos in fide confirmaret, & ab Lusitanis defensionem iis impetraret. Inde ad Octobris vigesimum alterum Goam redux, quinque alios socios tardiore Galega appulso inuenit: Antonium Gomefium Simonis Roderici designatione Goano præfecit Collegio, hominem agendo, quàm gubernando meliorem, vt tristi postea euentu palam fecit; Criminalem, Lancillotum, Camertem, Cyprianum, S. Ignatij mandato in spiritualium adiutorum adsciuit gradum, statimque Cocimum nauigauit. Quo Petrus Gonzales Vicarius, idemque peramicus pridem illum vocabat, vt Sanctis ipsius laboribus suum quoque populum recrearet. Bimestre illic conuionatus est, pueros fidei principia docuit, ægrotis ministravit; conuersionibus ethnicorum iuxta, & Christianorum apostolicæ operæ pretium abunde tulit.

Duobus quoque, ibidem miraculis sanctitas eius insigniter micuit; Quadriennis puer febrim absumptus quadrimestri, miserè languebat, & pridem Medici curatione abstiterant, quòd arte humana insanabile censerent. Parentes vehementer quidè infantis morbus, sed magis acerba morbi prolixitas affligebat, cum, incertum qua causa ædes illorum Xauerius subiit, ex quo statim plus opis sperarunt si iacentem viderent, quàm si absens pro illo rogeretur, ergo illum ad pueri lectulum deducunt innocentis misertus, cruce illum, vt erat ipsi mos signauit, Euangelium illi recitauit; nihil præterea, moxque puer mortuo similis, oculos aperire, loqui, alacritatem præferre insolitam; quòd parens miratus, ratusque quòd erat, puerum valere, manu, pectus & frontem illius explorat, quæ cum adueniente Xauerio æstuant, tunc non modò ardore exuerant, verum etiam nativam corporis sani temperiem planè receperant. Et verò sic consanuerat, vt lecto confestim surgeret. Optabilior fuit valetudo quàm alteri contulit, longè deterius ægrotanti. Voluebat is animo scelus, quo temporis puncto ad S. Antonij offendit Xauerium; accessit nihilo cunctantius ad salutem dicendam viro Dei, & manum osculo admouit, erat enim illi apprime notus, & pridem addictus; exceptus est comiter à sancto, sed ore confestim serio, rogatus satim salua, satisne is valeret? satis, Dei gratia, respondit.

47

Miracula duo  
S. Xauerij,  
Cocinj.

dit. Copore infert Xaverius, quod solum curas, verum animo qui va-  
les? eique deinceps quod agitabat crimen pertexit, cuius præter ipsum  
nemo erat mortalium conscius. Quare id illi ostensum diuinitus agnos-  
cens, disertè confessus quod iam celari non poterat, saluari eius  
admonitione reuocatus est à prauis consiliis, & extra lubricum recidendi  
subductus. Populo tandem Cocinensi ex voto prorsus Vicarij, egregiè  
exculto, relictisque eidem Vicario apud quem duos menses egit sanctimo-  
niæ argumentis, quæ deinde multis admirans narrabat, Bazainum conten-  
dit, mandatisque ab Gubernatore Indiae Sa præmunitis, quibus iubebatur  
Præfectus Malacensis in Iaponiam illum transmittere, Goam reuertit ad  
suos diuidendos. Coulanum ultra oram Trauancoris Lanciloto attri-  
buit; Somatram Insulam Cypriano, qua tamen exclusus ad urbem S.  
Thomæ in Choromandelo profectus est.

48

Suos diuidens  
neminem so-  
cio carere pas-  
sus est S. Igna-  
tij mandato.

Alfonso Castrio, nouo adhuc in Societate, Molucas insulas; Bazai-  
num Melchiori Gonzales. Gomezio autem Goanum Collegium parum  
feliciter gubernanti, cum daret Berzeum successorem, hic suam modestiam  
ab eo honore tot precibus defendit, vt pro illa Collegij præfectura, Ormuz-  
ium missus sit. Horum porro cuique, etsi omnes erant Sacerdotes, so-  
cium addidit, laboris adiutorem, & actionum testem. Id enim manda-  
rat Ignatius, cui ad auctoritatem bonæ famæ vbique gentium in Socie-  
tate retinendam, ne in Indiis quidem licere visum est nostros sociis care-  
re, quantumvis graui eorum penuria laborarent. Omnibus itaque pri-  
uatim ac publicè sanctè ordinatis, ad profectiōem Iaponicam se accin-  
xit, cuius anno iam proximo conceptæ semina in hunc distuli locum, vt  
vno veluti contextam filo Apostolicæ missionis seriem vniuersam in con-  
spectum darem, qua inde à primis sæculis nullam Christianorum fortis-  
sima decora, gloriosius Ecclesiæ honori, nullam posterorum imita-  
tioni potentiùs commendarunt.

Fuit Angerus quidam, quem alij Iagirum, natione Iapo Cangoscina  
patria, Saxumæ vrbe metropoli, ætate iuuenis, nobilis genere, literis ex-  
cultus, vita & moribus vt quidem ethnicus, non omnino prauis. Hunc  
acri ingenio cum esset, torquebat perpetuus æterni supplicij timor; nec  
enim dubitabat animam corpori superstitem viuere; inferos esse; pœnas  
illic fontes manere sempiternas admissorum in vita scelerum; nec quic-  
quid erat Bonziorum qui sunt apud Iapones Theologiæ, & conscientiæ  
architecti, eximere illi hos metus valuerat; de iis crebrè sermocinaba-  
tur cum mercatoribus Lusitanis quos illuc ab anno post sequimillesi-  
mum altero, & quadragesimo, negotiatio traxerat. Verum vt merces  
magis norant terrenas, quam cœlestes; ad vltimum denique homini  
suadebant Malacam transiret; illic reperturum (cuius) deprædicabant  
miracula, & sanctimoniam Franciscum quendam Xaverium, qui primo  
congressu de omnibus ipsum cumulatissimè edoceret. At enim iuuenis  
vxoratas, & diues, hoc etsi magnopere cuperet, agrè adducebatur vt tenta-  
ret terrebant pericula, mare procellis crudelibus infestum, iter milliarium

49

Origo Iaponi-  
æ missionis.

bis

bis mille  
men ab ea  
cogitur ad  
mæ salu  
haud scio  
fugere, v  
habebat i  
amici asy  
sit; vnde  
mearet. I  
beneuolen  
negotia di  
tu haud i  
tacite inq  
discessura  
tem subit  
que porta  
secrandum  
miter inu  
gationis,  
monibus.  
perstition  
tis, & sar  
premiū  
rio auditu  
cupienti a  
ex eius co  
mæror, cu  
Incertus i  
priusquam  
Martinesio  
repulsa ho  
& inter er  
stinctu con  
dam in illu  
etiam Reli  
ximam pat  
leucis ab e  
pestate cor  
rum portu  
grauitas pe  
rendæ studi  
que secum  
ante per lito

bis mille quingentorum, perplexis cogitationibus fluctuans; longe tamen ab ea navigatione aueriores sentiebat. En autem inopinato repente cogitur ad vitam seruandam audere, & aggredi, quod in æternam animæ salutem tandiu anceps & dubius minimè decebat. Inimico enim haud scio qua causa interfecto, in cœnobium Bonziorum compulsus est fugere, vt forum euaderet capitalium quæstorum. Nauim tunc illic habebat in anchoris Aluarus Vazius Lusitanus mercibus diribendis; de amici asylo vt rescieuit, transuecturum se illum secretò Malacam promissit; vnde postea sedatis vtriusque partibus eodem nauigio Saxumam remearet. Iuuenis quæ vitæ sollicitus, quæ conueniendi Xauerij, amici beneuolentia cupidissimè vsurum se ait, quod in multos dies cum per negotia differre Vazius cogeretur; dat ipsi literas ad Fernandium, in portu haud ita distito consistentem, quem cum famulis duobus, noctu dum tacite inquit, fauste in Georgium Aluarum incidit, nauis quamprimum discessuræ præfectum. Hunc & pietate, & Xauerij amicitia præstantem subiit animus, nihil se ab vltimis finibus Xauerio gratius optativsque portaturum, quàm Iaponium hominem Deo & Religioni veræ consecrandum. Igitur in nauim, seruosque eius duos magna voluntate comiter inuitat, & vt erat virtute insignis, diuturna otia molestæ navigationis, leuabat identidem miscendis cum Angero de fide Christi sermonibus. Hic cautus admodum, & sagax collato dogmate patriæ superstitionis, & turpitudine quam suis indulget cum sacri Euangelij effatis, & sanctitate quam imperat, his mirum in modum afficiebatur, supremum tamen decernendi nodum ad ea remittebat quæ esset ab Xauerio auditurus, de quo illi præfectus cum multa & grandia memoraret, cupienti ardentè videre & alloqui dies singuli anni erant. Sed expectatam ex eius conspectu lætitiæ magnitudinem, haud paulo acerbior extinxit mœror, cum Malacam appulsus didicit, procul ipsum in Molucis versari. Incertus igitur de illius regressu, & moras pertæsus desiderati boni, priusquam mare iteraret, accenseri voluit Christianis, & ab Alphonso Martinesio baptismum petiit. Alphonso officij parum gnarus seueriori repulsa hominem dimittit, negans fas esse Christiano cum ethnica vxore, & inter ethnicos viuere. Sed hæc hallucinatio boni viri, superiore instinctu contulit ad dandum Xauerio in Iaponiam ductorem, & inferendam in illud imperium Christi Crucem. Spe cassus Angerus, abiecto quin etiam Religionis mutandæ animo, cui se tam multa opponebant, Cangoximam patriam repetebat, eratque prope in vrbis conspectu. Viginti vix leucis ab ea distitus, cum retortis in proram ventis, quatruiduana tempestate correpta nauis per milliaria sexcenta in Cinceum reiecta est Sinarum portum, ex quo Iaponiam versus cursum direxerat. Discriminis grauitas percussum iuuenem sibi restituit, & prioribus illis salutis quærendæ studiis accendit; curarum plenus dum secus mare inambulat, suasque secum ærumnas lamentatur, obuium habuit Vazium (illum à quo ante per literas Fernandio fuerat commendatus, vt clam duceretur extra

R

Iapo

Iaponiam, & qui tunc vela Malacam pandebat) Querentem sua tædia Angerū, suosque tot inanes cursus, nouis rationibus ac spebus repertiundi Xauerij erexit Vazius, secumque perpulit Malacam iterum nauigare, nec defuturum ex Patribus aliquem cum quo in Iaponiam rediret. Deo interea volente recentem ex Molucis Xauerium Angerus Malacæ inuenit, suo quàm inexplicabili gaudio difficile dictu est, demum enim aduertit, tam perplexam successuum telam suo bono contextam diuinitus. Quanquam autem egeret nemine qui ei aditum ad Xauerium muniret, nihil expectentem cupidius, vt tamen omnia ex voto cederent; Georgium Aluarum nauis egrediens offendit, qui Malacam primam cum peruenerat, & iucundissimè salutatum in S. Mariæ deduxit adem, vbi tunc erat Xauerius quem de Iaponis mente, conditionibus, itinere docuit. Quantis huius nuntij faustitas B. Patrem cumularit lætitiis nemo cogitans assequatur, velut enim è cælo diploma, hunc habuit ad Apostolicam illam missionem, occursum Angero prodiit, & quæsi omnem cum illo Iaponiam petitore conderet, passis brachiis complexus, sinui appressit, ex quo scribens ad Ignatium Angerus, ait se mirificè animo recreatum, & inceptisse tunc habere pro liquido, id omne negotium à Deo regi. Secuta exinde quotidiana inter illos familiaritas & colloctio, mutuaque suis cuiusque de rebus communicatio, & explicatio, nam Lusitanicè utcumque Angerus loqui notat. Malacæ tandem post debellatos vt diximus Acenos, profecti Martio ineunte anno 1548. Goam peruenerunt.

50  
Iaponum triū  
conuersio, &  
virtus.

Illic Angerum suum Xauerius Cosmo Turriano, in S. fidei seminario Rectori erudiendum pleniùs credidit mysteriis Christianis, quibus egregiè institutus, solemni pompa, publicoque cum plausu initiatus est Sacro Baptismate ab Episcopo Goano, gestiente maiorem in modum Xauerio, quo die quondam spiritus diuinus Apostolos Ecclesiæ Principes inunxisset, eodem Ecclesiam in possessionem regni toto orbe semoti inducere, linguisque tunc in eos effusis, nouam accessisse Iaponicam. Hunc ad seminarij eius decus Paulū à sancta fide Cosmus Annesius vocari voluit; famulis duobus, Antonij & Ioannis nomen impositum. Tam optatis initiis, ea breui accessit eminentia illorum virtutis, vt passim de illa in Europam Xauerius scriberet, magna eorum cum laude, sibi que ab illis ad proficiendum acres stimulos addi fateretur. Dies triginta exercendo meditationibus animo exegerunt, quibus se Deus tam liberaliter illis infundit, tantam æternorum scientiam contulit, & cælestium copiam sensuum; quantam vix soleant prouectissimi quique in virtutum palestra percipere, neque id obiter, sed diu nisi de Deo loqui non poterant, ignis illius primigenij dulci flumine illorum intima exedente. Acquiscebant potissimum in Christi patientis effusa bonitate, redamandi exemplis, & incitamenti fundendi pro illo sanguinis; fidei donum quàm altè imbibissent, & desiderium salutis alienæ, testes erant ex imò pectoris fractæ voces, in quas, Paulus præsertim, audiebatur erumpere. Iapones! ô Iapones mei! vos ipsos attendite, cæcitatem vestram aduertite,

interro

interroga  
bat, & Le  
ac ministr  
nobis fa  
luntur. F  
& rationi  
assentiri;  
dum confi  
excludi;  
quod illi  
mandaret  
ethnici, p  
sitis lacel  
ethnicos  
hos habu  
ctimonia  
ipsum iac  
vt suis co  
ficiscenti  
Iaponicæ  
clara indo  
amico in  
gentem a  
Veri adm  
uerfione  
animo pr  
Paulus,  
deret, si  
Euangeli  
to, & pri  
pugnand  
denique  
quoad in  
manifesta  
rium, &  
sua in pat  
vsus) Bo  
plando so  
næ nom  
rasset, au  
pori dictu  
nis dam  
narratura  
mo pend

interrogatusque ab Xaerio quonam ea spectarent, solem apud nos, aiebat, & Lunam pro diis aliqui adorant, cum sint orbis tantum particulae, ac ministri naturae qui nobis praelucent, diem nobis & noctem diuidunt, nobis famulantur ut Deo famulemur, illic tamen diuinitatis nomine coluntur. His addebat ita perspicuas Christianae doctrinae assertiones esse; & rationi tam consentaneas, ut nisi expertes iudicij non possent non iis assentiri; praesidia vero ingentia attollenda virtutis in excellentem gradum confessionis vsu, & Eucharistiae constare, illa omne malum ab anima excludi; hac omne bonum cum Christo induci. Euangelio B. Matthaei quod illi explicuerat Turrianus sic delectatus est, ut memoriae integrum mandaret, & in quoscumque incideret circulos, Christiani essent vel ethnici, plagas eius prolixas recitaret. Inde Christianos ingeniosis quaesitis lacesseret, ad intelligendam ex ipsis difficilium locorum sententiam; ethnicos vero ut falsi coninceret stringebat assidua disputatione. Atque hos habuit progressus Paulus a S. Fide, quem ex Iaponia ad Indos Sanctimoniae quidem suae fama Indorum Apostolus euocarat, conscientiae ipsius iactationes sedaturus; sed secretiori prouidentia Deus parauerat ut suis consiliis deliberanti de Iaponica expeditione Xaerio adesset, proficiscenti ductor itinerum, & primorum socius laborum, in fundatione Iaponicae Christianitatis. Obseruata ergo vir sanctus illorum triu praecleara indole, & affirmante sibi Georgio Aluaro nuper ex Iaponia reuecto, amico in paucis fidiissimo, quales ij tres essent, talem esse ferè vniuersam gentem apud se statuit, illam magni omnino esse ingenij, & summi Veri admodum capacem, quare, sua quadam ut scribit epistola, de conuersione illius multum confidere, quod nulla esset in orbe natio, aequè animo prudens, & ingenio prompta. Quam illi mentem inculcabat Paulus, minimè sibi dubium asserens, quin tota se Christo Iaponia dederet, si Christi praecones, quod praedicabant hoc viuerent; nec ab Euangelij praecceptis, mores ipsorum discederent. Haud quidem id subito, & primo effatu, audituque futurum; documentis fore, iisque validis pugnandum, & satisfaciendum obiectis subtilioribus; argumentorum denique multa vi, & commissione crebra pro veritate disputandum, quoad ingenij acibus, nec nisi iusto, ac liquido cedere solitis, fieret manifesta. Subdebat his Paulus quae alacriorem multo fecere Xaerium, & in spei conceptae ambitu animosiores. Nimirum Cangoscimae, sua in patria (qui erat etiam per omnem Iaponiam vrbium coeteratum vsus) Bonziorum esse complura coeobia; multos in iis vitam contemplando solitariam ducere; praesse iis vnum aetate conspicuum, & doctrinae nomine reuerendum; statis horis coactos affari; postquam perorasset, argumentum ponere meditandi; quid, exempli causa, socio corpori dictura sit anima, iam iam ipsi valè supremum dictura? quid aeternis damnata ignibus, si ad nos sinatur ab breue spatium reuerti, quid narratura sit de horrore, & crudelitate illius carceris? his collecto animo pendendis cum hora fluxerit; iubere singulos in commune efferre,

R. 2

aniani

132 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

animi sensus quos inde exsculperint; qui dignum aliquid notatu produxerint, laudare pro ingenij, & sapientiæ merito; vituperare è contrario alios tanquam interiorum rudes, & luti crassioris, sic omnes mutua opera iuuari. Porrò altera quaque hebdomada concionabundos prodire ad populum, squalidos, hirsutos, horribili specie, cultuque omni ad terrorem, & luctum efferato; confluere ingenti numero omnis generis auditores; concionatorem in palpitum scandere, spatiosam prostare ad latus ipsius tabulam, quæ totos ad viuum, suis cum pœnis inferos referret, catenas, incendia, & carnificinæ figuras multiplices, iis ferali sermone exprimendis & exaggerandis, populum, maximè fœminas, in ciuilatus, & lacrimas agere. Hæc de suis Bonziis Angerus, qui Xauerio visi sunt idonei aditus fidei Sacrosanctæ tam benigno solo, & iam penè subactò committendæ. Multos è nostris habebat India, & submittebantur quotannis ex Europa, tempus aderat de Iaponia cogitandi.

52  
In Iaponiam  
decernit in  
Xaueri.

Sed Dei pridem totus, non suus Xauerius, nihil prius aggressus est, quàm quid Deo placeret exquisisset. Institit igitur Indiarum præsidibus, & Iaponiæ Angelis affundi sibi de luce ipsorum aliquem radium in quo intueretur, & cerneret quod foret Deo gratissimum, menses tenuit multos ea precatio, multis rigata est lachrimis, donec tam certum à Deo responsum protulit, vt profiteretur Xauerius fore se Iaponiis peiorem, si dimoueri se ab inferendo Iaponiis Euangelij sole pateretur. Quare Prouinciam non sortitò acceptam, sed diuino iussu impositam, nulla fuit impugnatio tam potens hominum aut etiam dæmonū, quæ ipsi non dicam excuteret, sed vel tenui libaret metu, aut perstringeret vllius periculi specie, in eius procuratione adeundi. Nihil prætermissum à familiaribus, & amicis ad eum absterrendum: nec ea solùm in iis beneuolentia rem agebat quæ tanti viri præsidio, & iucunditate priuari refugeret, sed eius amittendi timor iustus, & veras, nullo Iaponiorum lucro; damno verò Indorum incomparabili. Milliarium iter opponebatur quatuor millium; mare quòd tribus è nauibus, vix vnam plurimùm superstitem redderet; scopuli, & vada, tunc adhuc nautis incognita, proinde nec vitabilia. Tempestatum enormes impetus, ob conflictus ventorum contrarios, nec vlla dum sat arte comprehensos; frequentissimi piratæ quibus parum erat vectores re omni, nisi & vita spoliarent; Sineses (qua erat necessariò transeundum) aduersus Lusitanos irati & armati. Typhones præ omnibus, (ventorum genus illa propriè infestans maria) qui Sinarum hinc septi littoribus, inde Iaponiæ insulis, cum ad meridiem in alias incurrerint insulas, repercussu in semet, tam horribili reuoluntur, vt in turbines contorti, quæ mare impingunt, aquarum flumina sublimè rapiant; quæ naues impetunt ingentes, plumæ instar correptas circumagant, & momento demergant. Organtinus Gnechius Brixiensis quem diu India, & Iaponia operarium strenuum, & nostrorum rectorem habuerunt, de nauigatione Malacensi ad Sinas, & Iapones Romanam scribens. [Vita, inquit, incolumi, venti huius furorem euadere,

miracu

miraculi  
dam dom  
pat, confe  
li, & arm  
ipsæ nau  
ptæ, long  
phones M  
stinatis, à  
pungit st  
ferre vol  
Sic ille, f  
illic hom  
fatis con  
gua, hosp  
quidem f  
discrimin  
decesset v  
mari & in  
quoque f  
aiebat; p  
uectis in  
bit, & n  
næ saluti  
gium Alu  
per etian  
cum iis,  
curè con  
rorum a  
gatores n  
quentem  
pediem c  
ferar ani  
supremis  
quatuor  
maiora o  
ter mihi  
prouentu  
ait, Mala  
ri, & in  
ad Iapon  
acquiesco  
petendæ  
iucundic  
quibus i



miraculi magis est quàm artis, & virium, præsertim cum noctem solidam dominatur diuina tunc quisque subsidia omiſſis reliquis, occupat, confessiones, vota, Christianæ mortis apparatus: vela enim, & mali, & armamenta omnia lacrerantur, franguntur, dispuluerantur, atque ipsæ naues nisi grandi onere saburrentur, non rarò turbinibus correptæ, longo tractu in mediterranea iactantur. Porriguntur verò hi typhones Malaca vsque in Iapones, & ferme sæuiunt mensibus itineri destinatis, à Maio videlicet ad Septembrem. Itaque fratres Carissimi quos pungit stimulus nobilis, fidei in Sinas, & Iaponios propagandæ, afferte vobiscum paratum animum ad mortem in itinere oppetendam] Sic ille, suntque hæc omnia nauigationis solius pericula. Quàm multa illic hominem externum, & ignotum infortunia alia expectent, quis satis coniciat? orbe medio ab suis in solo barbaro disiunctum, sine lingua, hospitio; & tutela Christum crucemque aggressum prædicare? his quidem sed frustra sancti viri mentem pulsabant amici, præuisa miserti discrimina. Quibus properabat sese induere. Verùm Deo vocanti vt deesset vel vt parcius responderet, nec metus, nec ratio, non quicquid à mari & inferis terreret, euincere valuit. Præterquam quod suis, se ipse quoque solidioribus argumentis aduersus amicos tuebatur. Quid enim, aiebat; plus ergo poterit nummi amor, quàm Dei? tumebit auaritia inuectis in extremos fines commerciis vilibus; Christiana charitas frigebit, & metuet inferendis quocumque gentium gratiæ opibus, & æternæ salutis? Lusitanorum naues ecquid ab Iaponia absterruit? num Georgium Aluarum ex Iapomia saluum, & locupletatum recepit Goa? nuper etiam Aluarum Vazium? typhones, piratæ, scopuli, tempestates, cum iis, opinor, dissimulauerint? aut obtinuerint ab iis mercatores securè comineandi fidem, Christi præcones non obtinuerint; auri & lucrorum aucupes vbique tuti sint; suæ gloriæ administratos, & propagatores regni, non tueatur Christus? sed præstat hæc de re varios alloquentem audire [Ego, inquit ad Ignatium scribens, in Iaponiam propediem cogito, iter est ad Leucas supra mille trecentas. Quanta in id ferar animi voluptate, non possim scribendo exequi. Sunt enim omnia supremis plena periculis, & nauigasse prospere creditur qui ex nauibus quatuor, duas seruauerit: me tamen ab ea expeditione non absterruerint maiora omnibus quæcumque sum vsquam expertus pericula tam fidenter mihi suggerit animus, Christi crucem semel illic plantatam lætos prouentus edituram.] Ad Simonem vero Rodericum, Appulere huc, ait, Malaca naues, certoquè confirmant, portus omnes Sinensium armari, & in Lusitanos apertum bellum ab iis instrui; ibo nihilo timidius ad Iapones; in hac enim ærumnosa quam ago vita, nulla in re dulcius acquiesco quàm inter continua pro Christi fide, & gloria mortis oppetendæ discrimina, & plane laborum huiusmodi constans perpessio, iucundior est longinquitate illorum, & immunitate. Ne ipsi quidem à quibus impensè diligor abstinent ab amplificandis mihi terroribus

huius navigationis, ut me ab ea dimoveant; quod ipsi dum faciunt, tenuitatem suae fidei apud me exaggerant. Mari enim Deus, & tempestatibus imperat, quas toto nusquam Oceano, uti Sinas versus, & Iapones, æquè formidabiles esse narrant. Ventos frænat, & scopulos domat, quos aiunt per illa maria densim sparsos, & quotidianis naufragiis pauendos. Quid possunt piratæ illius iniussu, etsi crudeli barbarie in vectores, Lusitanos præcipuè grassentur? Deum igitur omnium dominum, & moderatorem timeo, præter hunc nauinem, In eius obsequio socors, & negligens; in portanda illius sanctissima apud idololatrias fide, ac nomine piger, & timidus, pœnas ab eo quas commererer metuo; præter hoc quicquid miris modis, & imaginibus mihi deformant, & ostentant amici, flocci pendo; cum extra limites ab auctore descriptos, vngue transuerso nocere non possit.] huc vsque Xaverius, cui cum Paulus indicasset damnatos profani Bonzios, si religiosum Christianum vidissent pisce, & carnibus vesci, quorum ipsi, dum, Monachos agerent, vel solo tactu abstinebant; sibi quoque vir sanctus eandem legem sanxit, quanquam minimè grauem homini assueti, Indorum pauperum victui, & si quid orizæ quandoque adiceret, herbas tantùm, herbis conditas adicere. Adornabatur in portu Cocinensi Malacam nauis vnde in Iaponiam iter erat ineundum; in ea Xaverius vela facturus, Cocinum contendit, Cosmo Turriano Sacerdote, & Ioanne Fernandio sociis, cum Paulo à S. Fide & seruis ipsius duobus, Salutatis vltimum, ut ij quidem rebantur, affectu singulari amicis Cocinum festinauit. Secum quidem Alphonsum Castrium, & duos præterea Goa eduxerat, sed in Molucas insulas Malaca transmittendos. Dum tamen Cocini morantur omnes pretium tulere suæ in publicum operæ, & Castrij ad populum concionibus capti ciues illum sibi relinqui petiere, ad statuendum illi Societati Collegium; at enim Dei Apostolus, Deum, & animas attendere solitus, committendum negauit ut Molucæ ab omni prope religionis subsidio remotæ, eius viri opera destituerentur, nec enim alios ex Europa, vel Goa, Cocini defuturos; qui fuit etiam diuinæ prospectus bonitatis Castrium, illuc ad martyrij palmam tanto ante mittentis. Aprilis itaque vigesimo quinto, soluens Cocino Xaverius, Maij extremo Malacam applicuit, secunda admodùm navigatione, quam metacronismus nonnullis scriptoribus infaustam exhibuit: ac tota quidem in occursum patris sui Sanctissimi Malaca se effudit, sed vtilior nemini, & opportunior aduenit, quàm Alphonso Martinesio Vicario Malacensi, tunc quidem à Medicis conclamato, sed peius animo quàm corpore agrotanti.

53  
Desperantem  
in morte, spei  
restituit.

Monitus enim de paranda morte, ut sua cum Deo cœpit subducere nomina, & annorum triginta, momenta relegere, quibus in vrbe profligatissima partes Vicarij egerat, multis, & difficilibus officiis obstrictas; vitæ præterea priuatae debita, haud satis fositan ex sacrae personæ dignitate contracta; animo concidit & alto mœrore, alienatus ab sese obmutuit.

tuit; instan  
meratis ter  
sperauit; et  
anteactæ,  
earum veni  
vellet suis  
scilicet dan  
re? venia  
breui long  
aduenit X  
forent, mi  
bus & dili  
uerium ob  
doctum est  
respirare v  
Sed inter i  
interim fe  
eo potius  
Christian  
siliit terro  
nihil se di  
re, qui spe  
Malis igit  
vt pœnit  
Augustiss  
que adeo  
Christian  
curatus m  
Tam o  
iucundiu  
in public  
ferat, ad  
lam in af  
marum e  
que con  
ad Man  
non pau  
Lusitanu  
commoc  
profectu  
opperitu  
trita in v  
citorum  
plebeior

tuit; instante ferocius, quā erat debilior accessus, dæmone, & agglomeratis terroribus, omnes misericordiæ aditus præcludente, denique desperavit; eratque horrendum visu, & auditu, cum repeteret animo vitæ antea actæ, ac lamentaretur culpas, non ad inuocandam, sed abigendam earum veniam: hortantes enim, immensitatem diuinæ clementiæ, ne vellet suis commeritis metiri, stomachatus iubebat facessere, vociferans, scilicet damnato spem illos facere: addictæ inferis animæ, salutem spondere: veniæ tempora in cassum transuolasse; nec posse petitione veniæ tam breui longæua scelera expiari: his eius vocibus offensa grauius ciuitate aduenit Xauerius, qui vt omnes Ecclesiæ præsules qualicumque vita ij forent, mirificè venerabatur, ita is pro Sancto, & obseruabatur ab omnibus & diligebatur; Malacensi ergo Vicario vt nuntiatum est adesse Xauerium olim sibi tam carum; placeretne acciri, & eius affatu recreari? doctum esse & sanctum, vt ipsemet norat; posse illi se tuto committere; respirare visus est infelix, & vestes poposcit vt iret obuiam venienti. Sed inter induendum cum defectus viribus animo linqüeretur, Xauerius interim festinatò ad eum adducitur, quod autem fortassis Vicarius ex eo potiùs valetudinem corporis, quàm animæ expectaret, vbi de mortis Christianæ comparatione loquentem audiuit; desperanter in primos resiliit terrores, & gemitus probauitque in eo Xauerius quod aliàs dixerat, nihil se difficilius expertum, quàm in spem salutis, moriturum inducere, qui spe sibi salutis dum vinceret adulatus esset ad licentiùs peccandum. Malis igitur postremis, paria facturus remedia, vim cælo facers institit vt pœnitentiam misero impetraret; factorum numerum bene grandem Augustissimæ Trinitati, Reginæ cœli, Angelis, sanctisque aliquibus; atque adeo defunctis voto nuncupauit, quo tandem euicit vt ægrotus, in Christianas rediret cogitationes, speraret à Deo veniam, supremis procuratus mysteriis, placidè paulo post animam efflaret.

Tam optato euentu beatam Xauerij mentem, aliud quoque affecit incundius, francisci Peres, & Rochi Oliuerij egregia sanctitas, & labor in publicum fructosissimus. Eò illos Goa præcedenti anno Xauerius miserat, ad fundandum Societati Collegium; humanissimè excepti scholam in assignata domuncula Oliuerius pueris aperire, Peres in salute animarum ex præceptionibus Xauerij totus esse; Turcis nominatim Iudæisque conuertendis incumbere, quorum illi ex Mecha; ex Malabare isti, ad Mahometem, & Iudaismum profeminandum nauigabant. Vterque non paucos imitandi sui ardore incendere. Inter quos fuit Ioannes Brauus Lusitanus Bragensis, cui nobilitas, & Indoles, cum magna sponderent commoda, pluris tamen Societatis humilitas, & egestas fuit, eratque Goā profecturus vt eam impetraret, nisi Malacæ Xaueriū expectasset. Hunc dū opperitur ad formam nostrorum sese interea quoad potest componit, detrita in veste cum nostris vicè famuli degit; post mensem integrum Exercitiorum nosocomio trimestrem dat operam; ostiatim mendicat, fannis plebeiorem quàm stipe auctior, & hæc in luce, & oculis suorum, Iacob

cobi

136 De vita & gestis S. Franc. Xaverij

cobi maximè de Sofa cognati, nauis prætoriae ad Molucas Præfecti. Tot documentis probatum Xaverius admisit in Societatem, nactusque idoneum virtuti minimè vulgari, per se primùm illum instituit; deinceps priusquam Iaponiam peteret, scripto illi regulas tradidit paucas illas, sed absolutissimæ virtutis, has è vernaculo Latinè hic reddo, & quòd tanti magistri dictata sunt, & quòd non solis religiosi esse vsui possint, ad vitam perfecti Christiani.

54  
 Brauus in Soc.  
 à Xaverio ad-  
 mittitur, & in-  
 stituitur.

[ Bis quotidie ait animum colliges, mane mox vbi surrexeris; priusquam decumbas vesperi, & horam vt minimum aut sesquihoram, meditare aliquid de Christi vita, in quo præceptis à P. nostro Ignatio, libello Exercitiorum inhærebis, tum in mysteriis diuidendis, tum in principio, progressu, & fine meditationum. Claudes verò illas manè, ac vesperè, votorum instauratione, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quòd iuge sacrificium est, deoque gratissimum in templis viuentibus mentium religiosarum, quo robur gratiæ augetur, ad hostem fortiter repellendum; cauebis vnquam nisi post examen conscientiae decumbas, reuocatis exacti diei cogitationibus, verbis, atque operibus, & tam exquisitè notatis lapsibus, vt notares ad confessionem, inde petita eorum venia, & deliberata forti proposito emendatione, semel Pater, & Aue recitabis. Tum per breue tempus modum inibis corrigendi tui, ac perficiendi. Eritque prima hæc post somnum cogitatio matutina, eorum quos sero notaueris recordatio lapsuum, pudor, & detestatio. Dum autem indueris & instantem prospectas meditationem, Deum roga, ne illo die patiat in nouas offensas recidere, quæ optima quoque est comparatio ad meditandum. Religioni summæ duces, partem vel minimam horum Officiorum omittere, vel ordinem mutare, quod si fortè continget, nisi legitima ex causa, diem illum non fines abire, quin tuam illam enuncies & punias culpam. Magna cura incumbas in tui victoriam, cupiditati tuæ vbique obnitens, vbique illi contraria, & molesta confectans. Quære in omnibus deprimi, & contemni, nam si humilitate sancta carueris, nec ipse in virtutis cursu promouebis, nec per te alij, nec esse Sanctus, & Deo acceptus; demum neque in Societate hac minima durabis, quæ arrogantes & superbos, sui que iudicij, ac honoris tenaces non tolerat, vt quibus satis cum nemine conuenit. Ad hæc sequitur vt tuis moderatoribus quicumque illi sint, & quicquid iusserint, nihil aduersando, nihil excusando, perinde integrè, celeriterque obedias, vt si Pater noster Ignatius iuberet. Iisdem similiter animi tui rationes explicabis omnes, euolutis coram singulis illius in prauum motibus, & propensionibus naturæ vitiata, alioqui non possent malis tuis opportuna curare remedia, fit enim sapius vt illa demissio quæ se alteri curandam subiicit (quantò magis Reçtori) dæmonem abigat. Qui cum fraude sit quàm viribus fortior, deprehensis fraudibus, absistit. Adde quod ab iis quos Deus apud nos suas vices tenere voluit, securrius semper, & expeditius diuina lux & gratia quæritur. ] his ille nouum Christi militem imbuebat.

Ecce

Ecce a  
 Xaverium  
 tum, pa  
 de religio  
 recens illu  
 rum quic  
 buerat, è  
 comiter a  
 tam, quo  
 quisquam  
 quàm ind  
 ctore nul  
 attulit qu  
 re exciti,  
 accurrunt  
 quid ita v  
 tam horr  
 Lusitani  
 dique illa  
 re quietis  
 quos famu  
 sta, sibi  
 cum risu,  
 ros habit  
 mones ea  
 te docti ex  
 priuatim  
 tari, vnd  
 & in my  
 appetenti  
 quàm pot  
 dubiè Lus  
 igitur cel  
 pienda fer  
 multæ, o  
 la, vt su  
 mento La  
 quàm me  
 ris, hanc  
 & pignore  
 Præfecto  
 Iaponia le

Ecce autem Malacam ex Iaponia cum literis nuntij earum aliquæ Xauerium monebant, Regem quendam ab Indiarum Præfecto per legatum, patres de Societate petere; esse illi quod vellet cum iis consulere de religione; petratum ad eum nescio quid de fide Christiana, ab iis qui recens illuc ab India venerant; huic indicio occasionem præbuisse, mirum quiddam quod iisdem literis narrabatur. Sic autem res se habuerat, è Lusitania Mercatores in oram Iaponiæ delati, excepti sunt comiter ab Dynasta, sed in domum deducti, pridem ab incolis desertam, quòd spectris nocturnis, & tumultibus infestam nec habitaret quisquam, sed neque ingredi auderet. Lusitanis quoque nihilo mitius quàm indigenis fuit, trahi, pulsari, percelli cæco, & crebro strepitu, auctore nullo in conspectum se dante; quod iis primùm admirationis plus attulit quàm metus, sed nocte quadam vnius è suis subitatio clamore exciti, & prodicionem suspicati, armatique, ad opem ferendam dum accurrunt, trementem famulum, & metu exanimem agnoscunt, rogatus quid ita vociferaretur? obiectum sibi refert, dæmonis simulachrum, tam horribili specie ac pauenda vt eius aspectu examinaretur. Ergo Lusitani deprehensâ iam causâ præcedentium ludorum, multis vndique illam domum crucibus perspergunt, nec vllò deinceps turbatore quietis dæmone habitabilem, tranquillè incolunt. Iaponij verò ad quos famuli voces peruenerant, non ignari quid esset; atque ipse Dynasta, sibi valde id nouum simulans; vbi audissent Lusitanos multo cum risu, & diçteriis in seruum, quòd acciderat ludere, & quietæ securos habitationis audenter asserere nunquam in posterum ausuros dæmones eam domum subire, in qua esset crux Christianorum; sequente docti experientia; crucem suspicere, crucis admirari virtutem, & eam priuatim ac publicè; domi, & in regis viis erigere. Inde sensim scrutari, vnde illi vis tanta? cur eam tantùm pertimescerent dæmones? & in mysteria fidei paulatim descendere, atque vt sunt Iapones sciendi appetentissimi, quòd hæc ab aliquo certius, & accuratiùs discerent, quàm possent à mercatoribus, & militibus edoceri, suadentibus haud dubiè Lusitanis legatum misere qui Patres sibi ex India peteret. Tantò igitur celerius iter Xauerius adornat, quantò animos illorum ad excipienda semina videbat promptiores. Erant Malacæ nauës in Iaponiam multæ, omnes Lusitanæ, omnes beneuolæ; Sinensis vna, exigua & sola, vt sunt illæ quas Iuncos vocitant. Huius dominus Neceda, cognomento Latro; & nauis illius, Latronis Iuncus, quod piraticam potiùs, quàm mercaturam exerceret. Omissis aliis in portus varios diuersuris, hanc eò delegit quòd recta in Iaponiam tenderet, hoc fide data, & pignore, præstiturum se illius dominus, Petro de Sylua Malacensi Præfecto recepit, & nisi obstitissent venti quinquagesimo die, portum in Iaponia lecturum. Hac lege Xauerius Iunij 24. anno 1549. nauim sex

S  
cui

55

Nauigatio Xauerij in Iaponiam, & eius aduersa.

Crucis efficacitas aduersus dæmones.


cum sociis subit, ac vento postridie sub auroram reualescente soluit. Quo in discessu prudens animaduersione Pauli à S. Fide existimata est. Decem omnino mercatores, sua quisque in naui ferre Xauerium ambiebant, quo cum tanto ac tali fortunam vecturos se putabant; nec vlli eorum ex sententia processit; huic onus suum; illi nauis, alteri remiges, quibusdam defuit commeatus, nemo tempori ad iter instructus. Quod prouidentiae diuinæ Paulus attribuit. Si enim aiebat, audiretur in Iaponia sanctus Pater, & cernerentur ibidem Christiani aliud viuere, ab eo quod ipse de Christi lege prædicaret; ex vita & moribus ipsorum potius, quam ex verbis illius, de Christi lege laturi erant iudicium, & habituri pro falso quod iactatur, Christianos à morte, bona immortalia expectare, cum ita viuerent, vt si alia præter hæc infima non essent. Quare magnas vir bonus Deo gratias agebat quod cum Xauerio nulli essent vectores Europæi. Vix è Malacæ conspectu recesserant; & nauigij pirata dominus, aues poscere, ligna odorata, accensa funalia, & sacra facere idolo summa in puppi, honorificè locato. Quod frustra conatus impedire vir sanctus discruciabatur miserabilem in modum; cum præsertim aduertit, Iunci esse nauarchum dæmonem, vt à quo omnia etiam minima seorsim, fortibus, & incantamentis quærentur, & prodirent responsa læta vel tristia prout dæmon vidisset conducere ad repetendos, sancti viri ingratiis, ritus sacrilegos. At is à barbaris in cassum rogatis, ac monitis, ad Deum conuersus, apud illum vrgebat, vt alterum tantum ad pœnas dæmoni adderet, illumque iis ipsis quibus colebatur sacrificiis vreret. Promouerant ad milliaria trecenta, syluosamque in insulam lignatum exierant, vt inde supplerent armamenta quæ norant solita, dissipari vadis, & tempestatibus Sinensis Oceani ad quem proprius accedebant; repetituri cursum sacra idolo nefaria repetunt, cantus, suffitus, debitos vni Deo cultus; hic succurrit præfecto scitari ex dæmone, in Iaponiam appulsis, an esset futurus Malacam absque incommodo reditus? & obnuntiauit iacta fors, si Iaponiam attigissent, Malacam minimè reuersuros; quo responso vehementissimè percussus, abstinere exinde itinere statuit idque in tempus quod dæmon annueret differre, interea hyemem in portu aliquo Sinarum transigere; quod facillè ex tergiversante conspicatus est Xauerius, & quotquot occurrerent, confictis de causis insulas applicante. Has moras dum captat; & tempus eximit, Cocincinensibus iam oris fit propior, vbi tempestates exitiales incipiunt: quare denuò simulachrum suum interrogat, ecquid infortunij timendum? negauit diabolus timendum, vella omnia pandi iussit, mari puncto temporis sedato secundos ad puppim aspiraturos flatus, Parent dæmoni suo læti nautæ; cui sua si processisset fraus, intentatis Xauerio potiebatur minis; nam scribit

bit Xau  
manibus  
su nim  
plicaban  
secutura  
Mare to  
veriti na  
contra t  
uis agita  
nensis a  
ter fauc  
latus alt  
deret, o  
manis, c  
tica, vt  
ritur,  
spondet  
nequaqu  
te oracu  
actus, n  
ret in m  
tempesta  
tus anc  
suum pr  
quod iac  
appellere  
Cantone  
hyberna  
tos pro  
minas p  
diam ed  
ctus mar  
excusatio  
enim D  
anno ter  
vrgente  
in Cince  
rò offen  
quos ill  
laborant  
grauiori

bit Xauerius dæmonem nauis sua tunc clauso, & suorum satellitum manibus permissio, sæuam sibi crebro minatum ultionem. Planè cursu nimium prospero, si ultra præscriptum abrepti fuissent, implicabantur Cocinæ vadis, ad indubitatum ex tempestate mox secutura naufragium. At enim Deus maturè perniciem depulit, Mare totum repente validissimus ventus tam dirè subruit, vt veriti nauæ transuersum in scopulos impetum, vela colligerent, & contra tempestatem anchoris iactis confligerent: Immodicâ illâ nauis agitata vacillatione præceps in sentinam deiicitur Manuel, Sinenfis adolescens quem secum ducebat Xauerius; & capite grauiorer saucio, ægrè inde viuus extrahitur. Post paulum fluctus in latus alterum nauim adeò inclinat, vt præfecti filia in aquas decideret, omni que ope fera, & irrita mergeretur. Hic fletus immanis, & comploratio tam fera tum patris miseri, tum turbæ nauicæ, vt nauim inferos crederes. Ad placandum idoli dæmonem curritur, sacro, & sortibus causam eius infortunij rogatur, respondet furcifer, si foret iuuenis Christianus in sentina extinctus, nequaquam in mari nauarchi filiam præfocatum iri; cuius acerbitate oraculi barbarus, dolore filia iam amens, vehementiùs in rabiem actus, nihil propius abfuit quàm vt Xauerium eiusque socios daret in mare præcipites; diei tamen noctisque vnus spatium, cum & tempestatas, & præfecti furor utcumque resedissent, opportunus ventus anchoras sustulit, & vela explicuit, sequitur denique iter suum præfectus, sed deliberata eo anno Iaponiæ vitandæ sententia, quòd iactæ initio sortes grandi suo malo futurum prædixissent si eò appelleret. Hac mente oras Cocinæ egressus portum captabat Cantonensem, soluendisque iam nauigij armamentis parabat illic hyberna figere, & frustra Xauerius, pacta conuenta & pignora, & ventos prosperos, superstitioso barbaro opponerebat; donec mutatis in minas precibus, luiturum Præfecto Malacensi suam illam perfidiam edixit, si quando Malacam rediisset. Quibus tandem coactus mare repetiit, sperans ventum aliquem restaturum, cuius ficta excusatione tarditatem nauigationis, Malacæ defensusus esset. Sed enim Deus inuitum, ac ringentem cum nauclero suo dæmone, eo anno tenere Iaponiam volebat, vento quotidie puppim fauentiùs urgente; tentabat perfidus, quicquid olim esset Malacæ luiturus, in Cinceo tamen hyemare, cum eò stectentem, nauis amica fortuitò offendit, monetque piraticis Myoparonibus instrata omnia, in quos ille induebat sese. Cantonem itaque retrò cursum torquere laborantem, ventus à prora rectus inhibuit; metuque metum grauiori premente, totis se velis in mare Iaponiæ volens nolens

144 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

immisit ; & quouis aliò conatus , portum Cangoscimæ , Pauli pa-  
tria inuitus legit. Vbi die. B. V. in cœlum assumptæ , anno 1549.  
missis anchoris Indorum Apostolus optatâ terrâ potitus est.



LIBER



L



num g  
& aqu  
scens  
Auagis  
iis cœl  
omnib  
multit  
dissec  
esse ge  
forum  
præsta  
uerfor  
Orizo  
folis p  
piti or  
obliqu  
rûmqu  
ab gra  
proter  
bus q  
est, A  
Calife  
adspic  
præclu  
tinens  
maior  
& sex  
Saico  
Scimo  
Saico





# LIBER TERTIVS.

**I**NTER monumenta Iaponiæ vetera ( si fabula pro monumento est ) mira quædam signantur de terra condita, & prima hominum propagatione. Mundo nempè informi, & confusis adhuc in chaos elementis, latuisse in vno globorum cœlestium Izzanamin quendam, cum sua vxore Izzauanghe, solos in hominum genere. Illum sedis mutandæ cupidum, vnco iacto in massam, terra, & aquis mixtam, sursum inde luti paucillum tulisse, id sensum augetens, fundensque se latius, in paruam insulam tumuisse, quæ nunc Auagis nominatur; eam sole duratam, & vestigij patientem, cœpisse ab iis cœlo delapsis habitari, fuisseque hanc terram antiquiorem cæteris omnibus. Illic prole auctus numerosa; creuisse pariter pro nascentium multitudine insulam, dum immensum porrectam, Izzanamis, in multas dissecuit, quas filiis suis hæreditarias ad habitandum distribuit, & hanc esse germanam Iaponiæ totius originem, eiúsque insularum. Digna ipsorum genio fabula vt qui hominum primi; & stirpe cœlesti editi; & præstantissimi omnium nationum, haberi velint, colique tanquam vniuersorum parentes mortalium: & fuit non nemo, qui ratus Iaponiam Orientis limbum ab ortu nobis efficere, & Nifon vocari audiens (quod solis principium sonat) adscripsit illi Excellentia nescio quid, velut capiti orbis, & portæ Solis Orientis. Sed hoc ludibrium est ignorantium obliquitatem Sphæræ, & numerum circulorum meridianorum, horarumque, æquinoctij gradibus distinctarum. Iacet ad ortum Iaponia, & ab gradu trigésimo ad quadragesimum alterum, Septentriones versus, protenditur: Italiam aliquantò amplitudine excedit: annis haud pluribus quàm septem ante Xauerij in eam aduentum ab Lusitanis detecta est, Anno videlicet 1542. ab ortu procul Americam habet quæ hæc in Californiam pertingit, Sinas ab occasu ( seu veriùs Coraum ) propior adspicit, vastissimo ad austrum Oceano; Iessi regno à Septentrione præcluditur, de quo nondum liquet, vtrum Insula sit, an Tartariæ continens. Iaponiense imperium componunt regna numero quàm spatiis maiora, ex accuratissimo illorum scriptore sexaginta octo; ex aliis sex & sexaginta, octo insulis ea continentur, quarum primariae tres. Primæ Saicocus ( hoc est Iaponice, Regna ad occasum ) nec nisi inscitia errore Scimon eam vocari aiunt, quòd regionem inferiorem significat. Regnis Saicocus propriis nouem constat; quibus Ichis, & Tauscima insulæ,

I  
Iaponiæ situs, partes, ingenium.

T alia

BER

alia duo adiiciunt. Altera Scicocus, regna nisi quatuor non habet sua, nam quintum Auagis insula illi addit. Tertia omnium maxima, absque nomine est. Nifonem, esto, multi eam appellent, sed ea vox toti est imperio communis; quodque nos Iaponem dicimus, hoc Sinenses Iaponem; vulgo indigenæ Nifonem appellant, Regna comprehendit omnino quinquaginta, sed Ochis, & Sando insulæ, duo præterea ditionis eiusdem regna efficiunt. Extra quas dixi tres principes insulas, totum circumquaque minusculis velut constitum arctatur mare, scinditurque in sinus varios insulis, quibus est facilis & brevis ex vnis ad alias traiectus. Solum ferè montosum; plana ferendis frugibus rariora, quanquam alendis incolis non parca; datura vberius, si colonos haberent diligentiores. Aquis enim montes perennibus passim scaturiunt, quibus in fluuios collectis, valles, & campi liberaliter pinguescunt. Sed nec ipsi montes (alicubi nubibus altiores) suis opibus carent quibus suos Iapones locupletant. Fodinis abundant argenti feracibus, ad quod Europa & India navigat; in id Iaponij sat macram operam & tenuem conferant; haud tamen vsque adeò sterilem, quin ad aureorum millia quingenta ex eo annua referant, eius enim pretij glebis argenteis Valignanus scribit vidisse quotannis Sinensia serica ab Lusitanis permutari. Sunt & alii montes subterraneis specubus, & venis metallorum, ac sulphuris vbi que pensiles; & multis locis perpetuò ardent. Cælum, etsi eiusdem cum Sicilia, & inferiore Italia ingenij, at longè frigidius; opinor montibus pluuias dierum interdum quadraginta, in niues densantibus. Sed violentia ventorum nihil infestius, statis anni temporibus statuum impetum, horas viginti quatuor eundem continuant, & quacumque turbinem egerint, integras deuastant regiones. Quare vnâ tantum ædes assurgunt contignatione; nobili tamen, vt apud nos aularum, & conclanium ordine, numeroque digestæ; ac licet nec fornicibus arcuatæ, nec parietibus è saxo, aut latere; ob crebros illic, & validissimos terræ motus, sed simplici ex ligno constent; sunt ad aspectum pulcherrimæ, commodissimæ ad vsum. Prima earum molimina trabes nectunt ingentes, apud nobiles ex cedro; quæ arbor illic enormi crassitie, ex montibus cæditur; parietes tabulis, è cedro pariter, siue alia arbore, æuum ferente compinguntur. Sed illinuntur vtrimque gummitione splendidissimi candoris quàm nec humor nec aquæ diluunt. Scamnis propterea, & sedibus carent, quòd vel talis suis soliti sint, vel humi insidere, tibiis Saracenorum more decussatis, idcirco pauimenta storeæ vestiunt subtilibus intextæ paleis, sed in domibus virorum principum adhibentur multo serico, & argento, eleganti opere belluatæ.

2  
Iaponum  
forma &  
mores.

2. Iam verò incolarum oliuarius color; statura infra mediocrem; si quibus altior, prærogatiuam formæ nobilis, ij ferunt; oris species ab nostra multum dissimilis: ex quo fit, vt nostri simulare patriam non possint, ad proscriptionum capitalium acerbitatem deuitandam. Mox enim vt comparuerint, peregrinitatis arguuntur. Angusti oculi, nasus parum  
extans,

extans  
tam leu  
nisi ferè  
ratio,  
mortale  
festus,  
capillur  
tem ple  
probro  
caleat,  
gnes, c  
tis in c  
equum  
in mun  
nempe  
laborar  
perindè  
nunt, q  
Nusqua  
eorum  
palmis  
quaslib  
quod p  
pulcher  
uent et  
quos fu  
quoque  
famulo  
bent. I  
ingenio  
floribu  
briorib  
oblecta  
oleam  
oriza,  
potum  
pidum  
tur, qu  
gorem  
pretij,  
quitas,  
ris etia  
mensis  
illos vi

extans, & depressum narium acumen. Tota facies, eminentia partium tam leui, vt à fronte ad mentum tantum non plana sit, nec barbam nisi ferò, & auarè mittit. Nec abest propius ab nostra, illorum viuendi ratio, & vsus, in quo mirum quantum sibi placent, ac præ se alios mortales pro stolidis habent. Funebri apud illos color albus; Niger festus, & hilaris: Laudant buxeos dentes, & caput depile, mox vt capillum viderint fruticantem reuellunt, dempto flocculo quem ad frontem plebeij; nobiles alunt in occipitio; eum si quis tetigerit pro summo probro id vindicant, vtque hanc ostentent elegantiam lepidam, pluat, caleat, ningat, aperto ferè incedunt capite. Salutationes maximè insignes, detractus pedi calceus exhibet; sed suus cuique Dominus sublati in caput manibus, & curuo in terram toto corpore salutatur. In equum à dextra idcirco inscendunt, quòd absurdum putent tam claro in munere, sinistro pedi insistere. Ægrotos nisi crudis non pascunt; nempe vt ab natura edita sunt, aptiora esse ad restituendam naturam laborantem. Ouilla, bubula, gallinaria, & istiusmodi cicurum carnes, perindè illis sunt, vt nobis equinæ, & caninæ. Vix nisi ferinam apponunt, quam ingenti, & facili captura, sagittis, & stloppis venantur. Nusquam alibi magnificentia quàm in conuiujs magis luxuriat; certant eorum apparatu inuicem vincere, sua cuique mensa seorsum ponitur, palmis haud plus duobus alta, quòd humi discumbant. Mappas verò quasilibet dedignantur, mensis addere nihil possint mappæ, tametsi quod pretiosissimæ vtpotè confert is ex ligno longe pretiosiori, & pulcherrimo encausti, aurique emblemate tessellatis. Cibos ori admovent etiam minutos baccillis duobus exilibus, palmi paulò plus, vnius; quos fuscinulæ instar habilitate mira inter digitos mouent. Sectores quoque habent escarios, velut in Europa, ephebos à poculis, turbanque famulorum qui omnes doctè & venustè ministeria sua conuiujs exhibent. Ipsi cibi, quotidianis etiam principum virorum inferuntur mensis ingeniosè exornati, figurarum vario schemate, plumatilibus cristis, & floribus, at sexcentis ex auro, & serico pigmentis; nec desunt celebrioribus eorum epulis symphonix, & saltationes, ceteræque animis oblectandis oculorum & aurium voluptates. Nec pani triticum, nec oleam oliuo, nec vino Iapones vitem ferunt, nisi locis perpaucis, panem oriza; oleum vel piscium adeps, vel herbarum trita, pressaque femina; potum itidem oriza vulgo suppeditant, nec nisi calidum, aut saltem tepidum, anno toto bibunt. Sed famoso Cia, nobilium pocula gloriantur, quod ex herba eiusdem nominis simplici aquâ decoquitur, & vigorem stomacho multum subdit: tanti verò fit, vt nisi vasis ingentis pretij, nec coquatur, neque forbeat. Vasis pretium metitur sua antiquitas, si ab sæculis durarint ollæ, tripodes, scutellæ, digna sunt thesauris etiam regijs, tametsi siglina, & arugine semesa, emunturque immensis pecunijs, vt in iis Cia honorificè potetur. Quæ cum nobis apud illos videntur absurda, exprobrant vicissim punctum lapidis adaman-

tem, aut vnionum inutile pat, integris patrimonis à nobis emi, cum præter antiquitatis titulum ea vasa hauriendo Cia vsu nobilem præbeant. Certè Rex Bungi P. Valignano, eiusmodi vasculum, ostendit quatuordecim millibus ducatorum à se emptum, quod æui omnis memoriam excederet; & fuit aliud Meaci quod æstimabatur triginta millibus. Vestes quod attinet, omnes sunt talares, truncis ad cubitum manicis, & nudo brachio; vestium sinus, cum domo prodeunt, non vno modo ad zonam suspendunt. Vix nisi sericis quisquam induitur, quorum & ab se, & ab Sinensibus magna copia abundant; nec sunt vnquam vestes etiam senum, & grauium vnus coloris, qui fusco simplici maturitatem redoleat; sed rubro cœrulo, croceo segmentatæ, & intextis omnium colorum floribus elegantes; estque apud illos constanti more vsitatum vt bis die quotannis fixo, illas mutent, ac prout anni tempestas tulerit, hybernis omnes aut æstiuis induti, velut ex composito prodeant; dies porrò omissis hebdomadis, ex Luna tantummodò computant, quemque nos mensis exempli gratia secundi decimum; Lunæ secundæ decimum ij dicunt, annum enim totum in Lunas duodecim partiuntur.

3  
Iaponum ad  
literas, &  
atma inge-  
nium.

3. Dotes ab natura Iaponiis inditas, & morum virtutes ne tacitus fileam, viuaci primùm esse ingenio, & acuto, si qui vsquam hominum, fatentur vniuersi; ac licet omnibus arma potius quàm literæ cordi sint, præter illos quos templis destinant; sed vbi animum ad literas applicant, facilitate ingenij, & tenacitate memoriæ excellunt. Vnus eorum sermo, & scriptio comprehendere nisi mente capacissima non possunt. Sermo quidem esto, tota Iaponia vnus sit, sed multorum instar, personis & rebus accommodandus est; alia est domestica dictio, alia concinnè loquentis, alia nobilis, mercatoris, plebeij, fœminarum; in sacris verò, & regni negotiis tractandis longissimè diuersa; forètque ineptum, verba, & sententias adhibere, quæ personæ, argumento, & occasione minus propriè conuenirent. Scribendi ratio, literis non constat, ex vno alphabeto in voces diuersas variè commissis. Sed vnaquæquæ res vno tantum peculiari sibi exprimitur caractere, quo exprimi alia non potest; ij autem characteres tot constant rectis, curuis, implexis & in notam vnã coalescentibus ex lineis, vt vel paucos animo memoria tenere, tam multiplici, & enormi specie impressos pro miraculo sit; censentur ij tamen ad multa millia. Hanc scribendi **artem** Combodascum quendam, insignem doctrinis Bonzium, ex Sinis aiunt in Iaponiam inuexisse; maiorem homine creditum, & spiritum potius, vel ab cœlo, vel ab inferis extitisse; si tamen hominem, etiamnum in viuis hunc esse; cum enim se olim viuum spelunca condere decreuisset, muro duplici obturandam curasse, & vaticinatum euoluto cursu decem millium annorum, Mirozum nescio quem, regna illa nouis scientiis, & religionibus turbaturum, se verò tunc demum suo illo ex cauo prodituum, eique obstiturum. Dormire interea sublatis in cœlum manibus longum

longum  
ab vrbo  
& cœlo  
Anno  
cui dat  
fat esse  
nis ver  
cunt;  
descen  
ad imo  
scriber  
ro mul  
pueri,  
in cœlo  
agnato  
militia  
ponunt  
statim  
hastilib  
adeò i  
gantur  
nique  
obeat  
ter occ  
Melchi  
Orient  
les, ce  
finita  
arum  
verbis  
quorum  
& gem  
quis c  
& pre  
impon  
tes, ne  
sensu  
appete  
adeò I  
humili  
sta luit  
seruatu  
filiarum  
fangui

longum somnum putant. *Ædificatum ad eius cauernam (in Coia leucis ab vrbe Sacaiō tredecim ) templum ingens illius nomini opere regio ; & cœnobium Bonziorum, omnes ferè colunt Iaponum Prouinciæ, quæ Anno 1560. lucernarum ibidem ad quatuor millia aiebant, beatū verò si cui datum sit dentes suos propè illā specū sepelire, id certo sibi persuadēt fat esse, vt in Combodasci Paradisum nullo negotio tollatur, Scriptio- nis verò lineam à læua in dextram vt Græci & Latini, Iapones non du- cunt; nec è contrario vt Arabes, & Hebræi; sed à summo ad imum descendunt, naturæ imitatione quæ ab nobilissimo vertice hominem ad imos pedes finxit, quo argumento miranti Xauerio formam illam scribendi Paulus à S. fide satisfecit. Iam tot characterum absque nume- ro multitudo vt ex parte aliqua condiscatur, traduntur docendi Bonziis pueri, qui secum illos à teneris ad vsque annum quartum & decimum in cœnobiis alunt. Hinc solemnī die, atque pompa, magno concursu agnatorum, à Præposito Bonziorum ense accinguntur, & inaugurantur militia nobili; traductique in paternas domos tyrocinium armorum ponunt, in quibus, vt sunt animo ingenti, & membris habiles, magnam statim peritiam assequuntur, siue acinace, & canteriata catapulta; siue hastilibus, & arcu pugnandum; atque hoc armorum nobilium fastu adedò ipsi tument, vt ne discubituri quidem ense plane abiecto discin- gantur, sed noctu ad manum in cervicali depositum habeant. Illud de- nique inter illos iactatur, haud nasci nobilem vt in lecto degener obeat, bestię in morem ignauè porrectus; sed in acie pugnando fortiter occumbat. Quæ mihi ampulla dicti arrogantis, generosius aliud P. Melchioris Nugnesij reficit; nempè homines de Societate quos in Orientem ad conuersiones animarum Europa transmittit, si minus vi- les, certè infortunatos mori, cum in lectulis moriuntur; quòd tam in- finita tot inter infesta maria, & terras iactatio; tot, inter barbaros ærumnosi labores, non satis decore nisi martyrio clauderentur. Quibus verbis dolebat se tanto munere priuati. Sed de Iaponiis absoluamus, quorum opes carissimæ, arma; tum plurima, tum eximie temperationis, & gemmis atq̃ue magnifica. Lege autem inuiolabili obseruant, vt si quis contactu raserit vel obiter ensē nobilis, pedem retro mox ferat, & prehensum quod incautè attigit ferrum, honoris gratia suo capiti imponat. Et si vero toti militares, haud tamen ad arma ex leui præcipi- tes, neque ensē dstringunt nisi certi perire, aut perdere. Honoris sensu exquisito, & tenero, nulla æquè natio tangitur, cumque sint eius appetentissimi, omnes quoque inuicem obseruant, & colunt; nec est adedò Irus, & mendicus quem ausit etiam vir princeps, factò, dictòve humili, aut superbo aspectu lædere; certò alioqui eam iniuriam vindi- cta luiturus. Nobilitas verò apud illos est tanti, tantòque ambitu sincera seruat, vt nec Cræso plebeio, nobilium quisquam, deformissimam filiarum vllis conditionibus dare vxorem sustineat, ne splendorem auri sanguinis, populari obscuret. Vt autem animi celsitudo, & decori cuius-*

dam ubique splendor, præcipuè nobiles exornat, difficile dictu est quantum in hoc genere populis omnibus antecellant: qualiscumque illos, quantumvis subita, & funesta calamitas presserit; probro ducunt voce vlla tristi sensum eius, aut vultu præferre; ac licet mœrore diuelli sibi vitalia sentiant; frontis sereno illum dissimulant, & alacriores solito videri satagunt; ne in famulos quidem indignantur, aut impatienter commouentur, vocem altiùs non attollunt, in iuramenta, & execrationes non erumpunt, ac ne iis quidem obloquuntur, quos iris capitalibus odere, ne agi perturbatione censeantur: filium parens morte damnaturus ea oris sedati specie, maiestate verborum, & tranquillitate id aget, tam placida, vt si sacrum perageret non parricidium: suspicatus se ab inimico ad necem quæri; exinde procedet incomitator, magnanimum ratus suo vnus ferro confidere, & illum metus omnis contemptu, & audacia vincere, mori denique tam leue iis est, vt in domesticis casibus etiam pueri, vtrò sibi ventrem secare non timeant (quæ mors nobilium est; ) idque gratiæ loco petant extremo supplicio addicti, ne ferro carnificis vel tactu fœdentur. Excelsum hanc stoicam consequitur tolerantia paupertatis, cum incredibile animi æquitate, còque propensior quòd illic paupertas nobilibus haudquaquam pudori est; sed diuites, inopes fuerint, iisdem semper honoribus coluntur. Hinc ad sarcindas rei domesticæ lacunas, nobilium nemo, ad commercia se demittet, famèque priùs interibit, quàm ditari cum aliqua nobilitatis nota velit; multò minùs descendet ad captanda lucra ex foliorum, & aleæ ludo. Quoad furta verò, tantæ sunt illic detestationi, vt scribat Xaverius nusquam se tam rara vidisse, quippè tametsi leuissima, capite plectuntur; & grassatores proscriptio publica, priuato cuiuslibet addicit necandos, fitque illorum frequens tanquam infestantium regiones ferarum venatio. Postremò, sint sanè vitia Iaponum, & multa, & horrenda, vt est crudelitas, etiam in propinquos, inhumanitas in ægrotos, simulandi ambitio tam nequam, vt conuitio tribuant, si cordis vnus homines nuncupentur; prodiones quacumque vis deficit; omnium verò execrabilis nefandæ libidines, pueros, senes, feminas, sacerdotes, omnem gradum, ætatem, sexum, pari scelere peruagatæ; Sed aduertit vir sanctus, vbi quid dissentaneum rationi perspexerint, facile ab eo auerti. Quod autem per se id non intelligant, culpam hanc esse Bonziorum, qui docent primos Iaponum Deos & tales vixisse; & ipsi tales viuunt, cæcumque populum falsitate doctrinæ, & probro detestabilis, exempli in exitium agunt.

4  
Iaponum gubernatio civilis, & sacra.

4. Iaponiam reges antiquitùs habuerunt; Micoti vocabantur, quod Altos, & Sublimes sonat; eorum duodecim hodieque singulari coluntur veneratione, Camidum nomine, credunturque ab sole, legitima serie propagati. Sacrificatur iis tanquam penatibus odorum suffitu, prostrato ante illorum statuas corpore. Luna vero Augusti quinta & decima, solenni ritu atque apparatu supplicatio annua iis instituitur; circumferuntur

runtur e  
in fercu  
pulo, n  
& elega  
rum for  
ginæ,  
eius com  
Camidu  
randum  
confect  
eos affe  
rum prin  
cim sup  
Regium  
vel etia  
huius cr  
alij Cub  
honoris  
annis ab  
luxuque  
expulit.  
tulit;  
Hinc pr  
prælia, c  
victi, &  
inter eo  
Meaci,  
Cubum  
victoria  
tum fere  
manet,  
ditione  
iura, &  
magnan  
enim Ia  
porrò ta  
credatu  
xerat à  
terras n  
tero ac  
manibu  
nisi per  
Cubi di  
loco. N

runtur eorum imagines, necnon vxorum, & concubinarum, superbis in ferculis succollantibus ad quadraginta hominibus; subsequente populo, nobilitate, atque ipso rege, sumptuosissimo vestium, armorumque & elegantissimo ornatu. Adfunt & voces musicorum, & instrumentorum soni, & condictis spatiis luctus & comploratio populi totius, reginæ, Camidis vxori condolentis, quod spectare cogatur, inquit, eius concubinam, riualem suam post illum proximè sequentem. Per Camidum nomina, Tengimi maximè (qui primus eorum extitit) iusiurandum iuratur sanctissimum omnium; eorum picturis signa militaria consecrantur, ipsæque interdum priuatorum vestes ex peculiari erga eos affectu. Ex Camidum vena, traductos Reges Iaponiæ ferunt, quorum primus sexcentis ante Christum annis imperauit. Successere vndecim supra centum, omnes stirpe eadem decursu annorum prognati. Regium nunc nomen Teius, aut Voous, quæ Imperatorem significant; vel etiam Dairus, ab aula scilicet, quæ hanc item habet appellationem: huius custodiæ, armisque imperij vniuersi Xongunus præerat, quem alij Cubum (lingua nostra Ducem supremum dixerimus) adiunctaque honoris gratia, Samæ, seu Domini voce, Cubosamam vocarunt. Hic annis ab hinc retro trecentis Dairum nactus ignaum, & fœminam, luxuque infami dissolutum, qua eius pudore, qua suo ambitu, imperio expulit. Ex eo nihilominus, nihil nisi Meacum, & pauca circum regna tulit; aliorum Præfecti, suum quisque sibi quod gubernabat asseruit. Hinc prima imperij labes, quam æternarunt tot inter regulos perpetua prælia, committente illos inter se seu inuidia, seu cupiditate, tam crebra victi, & victoris; partorum, & amissorum alternatione, vt ludi coronis inter eos putasses, donec ad vltimum Nobunanga rex Tensæ, hoc est Meaci, & confinium regnorum, seculo proximè elapso magnis animis Cubum in bello fregit, eiusque deinceps hæredes; vsusque felicitate victoriæ dissipatum imperium, sub suo vnius Imperatoris Sceptro, totum ferè collegit. Suus tamen Vooum, seu Dairum honos constanter manet, ex antiquo ductus Camidum sanguine, ac si minus supremam ditionem, supremos tamen honores retinet, prærogatiua dignitatum iura, & titulos diuidit, prouehitque ad gradus, & nobilitatem, quod ei magnam authoritatem, legatos, & munera imperio toto conciliat, sunt enim Iapones fumorum huiusmodi, & titulorum curiosissimi, habetur porrò tam sacer, & sanctus, vt si vel pedem humi posuerit, execratus credatur, & dignitate cassus, dedecorata nimirum origine quam traduxerat à Sole, qui per stellas errantes decurrens, nisi radiis, & beneficiis terras nunquam attingit. Sedet ergo in folio semper, nec ab latere altero acinacem; arcum & pharetram ab altero deponit. Nobilium manibus intra regiam portatur, foris illum sua maiestas prohibet, & nisi perrarè in publicum non prodit. Extra hanc duplicem Dairi, & Cubi dignitatem, tertia Zazzi est, sacrorum curam gerens, de qua suo loco. Nunc de Iaponum religionibus, fabulis, libris sacris, ritibus, & sacrificiis,

sacrificiis, infinitum sit scribere. Sectæ in iis sunt ad duodecim, planè ab se diuersæ. Hæc Solem, & Lunam; alia bestias aliquas, interque has lupum; Camidas quædam, & Fotochas colit; illos regni semideos, istos ex Sinis peregrinos. Magna pars, athei, absque Deo viuit. Dæmonem alij, tetra qua illum depingimus specie adorant, quibusdam immortalis est animus, præmiorum post vitam, & pœnarum capax. Nonnullos habet delirium transmigraturæ in corpora animæ, pro vitæ merito belluina, plebeia, aut regia. E contrario sunt qui recidere illam in nihilum volunt, vt prius nihilum fuerat, quàm in vitam mortalem subiret. Sed hæc quia flocci refert cognoscere, vel indicasse plus factis sit.

5  
Iaponū Dii,  
& sacra, ve-  
rorum ini-  
mica.

Omitti non debet, cacodæmonis mira fraus, nouo illo in orbe, de Christi Ecclesia histrioniam facientis; assimilatur illam schemate portentoso, versis in fabulas mysteriis, in superstitiones Sacramentis, ceremoniis in ritus sacrilegos, vt si quando se Christi notitia illò penetraret, discerni sacrum à profano; à verò mendacium non posset. Triadem in primis tricipiti statua quandam fingunt, manibus quadraginta eodem ex trunco extantibus, quæ potestatem norant agendi exterius, vt tres personas naturæ vnius designat statua. Denix vocabulo hoc monstrum nominant, & interpretantur eorum philosophi tria capita, Solè, Lunam, & elementa: corpus verò materiam primigeniam, quæ velut manibus elementarium, & cælestium qualitatum sese in omnia transmutat. Messiam quoque suum Xacam vocant, hoc est principij expertem; matre quidem regina, & vxore, sed absque marito genitum, cui proinde in somnis præmonstratus est hic partus, ne matrem abiiceret tanquam adulteram, filium veluti spurium. Addunt extra cunas exilisse infantem, erectumque in pedes, septem passus ad Orientem confecisse, ortosque ex singulis quæ vestigium fixerat septem flores. Inde cum sublatum digittum esset osculatus, professum se cæli, & terræ Monarcham. Adultum verò in eremo Siani vitam redimendis hominibus diu solitariam, pœnifque asperitiam egisse, vt suis meritis innocentiam præstaret sceleratis, inuocantibus salutem. Post è solitudine progressum populos docuisse, congregasse discipulos, & sequaces, grandia scripsisse volumina, quæ vocant fochechia, de reconditis sapientiæ arcanis, quorum pars potissima vertitur, in probatione huius effati mirabilis; præter nasci, & mori; fieri & destriui, nihil præterea vsquam esse; de nihilo atque in nihilum omnia redire. Estque videlicet hoc vnum de maximis Euangelij quòd Xaca intulit arcanum; cælo missum iactatur, & Dei dictatum; eo pulpita templorum; eo exedræ sonant academiæ; implentur, ac tument lucubrationes de Theologia Iaponum innumerabiles, in quas iam rerum indiuiduarum ab iis relata leguntur, millia quinque & viginti, & scholæ huiusce Bonzij, vix concionantur ad populum, præterquam de nihilo. Præstant hoc densatis tot rationibus, inductionibus, modisque tam efficacibus, vt dementati auditores, elatis interdum vocibus manibusque,

manibus  
prætere  
las, præ  
bo quin  
tæ com  
adulteri  
dem ann  
fario mo  
stulta fa  
rum ex o  
& serper  
cantis p  
commun  
gies mill  
tra fabul  
minis, n  
cam, &  
anno ant  
missos ac  
mo legat  
rondisce  
raium, p  
extitisse  
capita mi  
speculanc  
à Zazzo a  
gnibus: a  
& scribur  
pianur.  
ad emung  
tiam, De  
feros & b  
nugis, &  
vnum cre  
cuius Ann  
ctas; ter  
beatarum  
millibus:  
dant, nisi  
nec vnas  
dij, pecul  
in aère, i  
gula per  
absque vll



manibusque, Nihilum, nihilum, simul omnes conclament. Functus præterea idem. Xaca legislatoris officio, testamenti sui reliquit tabulas, præceptorum decalogo constantes; horum quinque scripto; verbo quinque alia tradidit, sed hæc adeò fœda, & turpia, ut nefas sit caritæ committere. Illis autem homicidium prohibetur; alieni vsurpatio; adulterium; mendacium; meor in rebus extra remedium positis. Tandem annos bis mille cum vixisset Xaca, viuere desit, & luctu anniuersario mors eius perpetuo colitur, ut apud nos Christi patientis; sed stulta fabula hunc eius obitum adornant, nimirum vndique terrarum ex quouis animantium genere, morienti duo adsticisse, fele vno, & serpente exceptis, quibus sopor tam altus obrepserat, ut magno vocantis præconio expergefacti non fuerint, & hunc bestiarum tam communem concursum, præmij loco idcirco factum, quòd Xaca octuagies millies bestia natus esset, priusquam homo nasceretur. Verùm extra fabulam res habet, fuisse Xacam egymnosophistis clarissimi nominis, natum patre Deli, Indiæ intra Gangem rege; cognomento Xacam, & Buddam, quod Sapientem, & Literatum significat. Floruisse anno ante Christum millesimo; nunquam in Iaponia conspectum: sed missos ad illum à Sinarum Rege, anno Christi quinto, & sexagesimo legatos, qui pro excellenti quo erant ingenio, illius doctrinam condiscerent, & ad se referrent; inde illam ex Sinis primitus in Coraium, post in Iaponiam latius se fudisse. Duarum auctorem sectarum extitisse, quæ sunt principes cæterarum: alteram eorum qui solitarij capita mille septingenta contemplantur, quorum ad vltimum cum speculando peruenerint, nihil eis præterea quod discant superest, & à Zazzo ac Tundis (de quibus postmodum) inaugurantur doctorum insignibus: alteram scholarum quarum alumni de rerum natura disputant, & scribunt arbitrariis notis, & hieroglyphico caractere, ne à populo capiuntur. Prædicant etiam publicè, sed alia omnia ab iis quæ sentiunt ad emungendam enim stipem, & frænandum vulgi sub magistratu licentiam, Deos asserunt esse, & spiritus, & aliam ab hac nostra vitam; inferos & beatitatem; vitia & virtutes, quorum seclerati nihil non pro nugis, & fabulis habent; nihili enim sui doctrina imbuti, nihilum vnun credunt. Præter Xacam alium adorant vetustiore Deum, cuius Amida nomen priore syllaba sanctos omnes signat; secunda sanctas; tertia omnes bibliothecas. Conditorem hunc dicunt sedium beatarum, seu paradisi, milliariun ab terra millionibus seiuncti triginta millibus: itaque auitas, quamlibet valida & penna & halitu contendant, nisi triennio minimè illuc peruenire, at enim sedes beatorum nec vnas habent, nec vnos inferos; suum quisque viginti, quos colunt dij, peculiarem habet paradisum, suosque inferos, in fundo maris, in aère, in lunæ concauo, in sole & alibi, quæ loca ut cuique singula perplacent, ita Deo paradisi eius daturò, instantius supplicat, absque vlla tamen dubitatione. Doctorum æquè ut rudium magna

Xacæ disciplina tenet, animam, & futuri promissa quibus Borziz quæstû captant, in nihilum tandem recidere; vnde colluies turpitudinum omnium immanis, & vita quadrupedum, mortem nimirum expectans iis consimilem. Hac animi persuasione, prodigiosum nihilominus tot fana, Amido, Xacæ Camidibus, Fotæhis, ab iis sacrari, vt quibusdam in vrbibus, ciuium ædes numero suo æquent: arte magnificentia, supellectili superent: colossis ex ære, in medio erectis, & lucernis ex auro fulgentibus: regum videlicet quotquot in Iaponia fuerunt Deum suum nemo non templo augere voluit, verum ad sui memoriam potius in feros nepotes gloriosam, quàm ad simulachri venerationem. Sed longè dementior famam in populos vltroneo suimet sacrificio emerentium, furor & rabies. Suntque ij tam portentoso numero, vt tria interdum & quatuor millia naues simul conscendant, ligatoque ad collum saxo, gratulante ad littus populo, pertusis nauibus dum sensim merguntur, idolo suo alacres, decantent, rogentque ex eo naufragio in eius de- vehi paradisum, quem putant in imo latere oceano: alij cauernis montium inclusi iusso sibi exitu obstrui, fame voluntaria perire deligunt, omnium habentur fortunatissimi, quos per se cacodæmon ad præcipitium deducit: in rupis altissimæ verticem adrepunt, inde Deum suum magnis vocibus inclamant, vt se inter brachia excipiat cadentes; adest sulphurario è cauo dæmon, luce formaque aspectabilem se sistit; in eum miseri se saltu proiciunt, & in vallem horrendam præcipientes ad subiecta saxa conteruntur, suntque dæmonis in Iaponia martyres. Cruce verò se, sed obliqua signare, qualis S. Andrea pingitur, incertum vnde acceperint, deprecatoriis globulis pronior coniectura, quos centum octoginta filo vno contextos gerunt, & ad singulos preculam recitant, verbis, & significato nemini perceptam eique recitationi peccatorum attribuunt veniam, quæ pari capitum cum iis globulis censenda numero arbitrantur. Datur etiam, vt apud nos virginis salutandæ, sic apud eos precandi signum certis diei horis; ad hoc passim de genibus manibusque sublatis, Deum quisque suum orant, & adorant. Sunt peregrinantes ad loca sacra; & pœnarum & culpæ condonationes, ex præscripto quotannis ea visentibus. Est illud etiam Confessionis Generalis tribunal horribile, reo in lancem imposito subiectæ voragini imminentem. Sunt supplicantium agmina, magnis ordinibus, deorum simulacra inauratis ferculis circumuectantium, suus est item Reliquiis honor.

Meaci præsertim Xacæ denti maximus defertur; cælum aut pluuium, aut serenū optent, putant dente illo extra fanum prolato, se id impetrare. Datur suus quoque per annum festis locus, mortualibus inter alios quæ lunæ septimæ quarto, & decimo obeuntur, cum enim triennio animæ egeant vt in Paradisum deueniant omnium maximum, fractæ labore itineris, ter humi confidunt vires recepturæ, quare illo die cœna illis ponitur à propinquis lauta, & magna; exitur iis obuiam extra vrbes sub noctem, vt excipiantur, exceptæ inuitentur, domum deducantur,

cântur, a  
nes, & fa  
niant, &  
Exacto d  
pelluntur  
radisi fac

6. Hu  
nientia C  
Ordinum  
Meaci, v  
mum vel  
mum spe  
fert; illo  
tas & sib  
peperit.

chas, &  
accipiunt  
rum bon  
ministro  
nigras,  
Moniale

quæ fori  
fissimè se  
ponendi  
biis, riti

oculatis  
fitan pla  
sunt nimi  
nes capil  
stinent,  
sono cor

deliria.  
nulla est  
(scribit  
moueri s  
eludend

minum g  
cius hab  
rei triple  
sint tam  
non pos  
enim ter  
ziorum  
honorer

cantur, ac ne quæ per tenebras exerrent, vel offendant, ignibus vici omnes, & facibus collucet. Mensam ijs domi ponunt, discumbere somniant, & flatu, ciborum substantiam ducere, illâ refici, & vires resumere. Exacto die cursatur domo omni, lapidatione, fustuario, magno strepitu pelluntur foras, ne quas forte ignavia ab integrando itinere auersas, paradisi faciat contemptrices.

6. Huic Dæmonis synagoga deerat anima, nisi, vt de formi conuenientia Christi Ecclesiam imitatur, ita suo etiam Clero, Dignitatibus, & Ordinum gradibus, ex vno aptis Hierarchiæ capite fulciretur. Igitur Meaci, vrbe imperij principe, sedet quem dicebamus Zazzus, & summum velut Pontificatum gerit. Penes illum est rerum summa, quæ animum spectauit, ritus instituit; Imperatores quos libuit inter Deos refert; illosque honoribus Camidum impertit. Sectas probat, quas multas & sibi inuicem magnopere aduersantes librorum Xachæ obscuritas peperit. Denique Fuinos & Tundos consecrat, veluti dixeris Patriarchas, & Præsules, à quibus deinde creantur Sacerdotes, & potestatem accipiunt sacrificandi odoribus, meritaque Xachæ, & Amidæ, in viorum bonum, & functorum quietem conferendi. Præter hos sacrorum ministros sunt Bonziji, varias professi religiosæ formæ familias cineritias, nigras, solitarias, cœnobiticas, propè numero infiniti. Sunt quoque Moniales, quas Bicones appellant, venificæ plurimum & incantatrices; quæ foris virgines præferunt Bonziis ad nutum turpissimè, ac flagitiosissimè seruiunt, ab his omnem Iaponiam prodiit sceleratum inuentum ponendi vteri, & partûs abigendi, fere illic fœminis vulgare. De cœnobitiis, ritibus, sectis, Theologia Bonziorum, quæ ab testibus didici, & oculatis, & diuturnis, ingens volumen confecerint, esto, curiosis forsitan placiturum; sed parum vtile; quin imo vereor, ne in iis quoque sum nimius, quæ verat Historia sileri, adeo sunt detestabilia, radunt omnes capillum, & barbam, cœlibes agunt, carne, piscèque recenti abstinent, in Lunæ ac Solis exortu, statisque per diem articulis campanæ sono congregantur, cantant alternis choris, & versibus Xacho quædam deliria. Cæterum natio, totâ Iaponiâ facinorosior, & contaminatior nulla est, vt qui præter alia fautores sint nefandæ libidinis. Dum enim (scribit Xauerius) inuehente me pro concionibus in tantum nefas, moueri se horrore illius populus indicat, nictando ipsi, & oculis dicta eludendo me rident, & abeunt; nec possum satis demirari, hoc hominum genus in omni vita publicè tam flagitiosum, tantam nihilo fecius habere apud omnes, etiam ipsos Reges venerationem huius tamen rei triplex videtur causa. Primum quod familiæ regiæ cum in Iaponia sint tam multæ, & ex multis quisque vxoribus tot suscipiant liberos, non possunt omnes in sæculo paternis opibus dignitatem tueri, est enim tenuis regionum illarum copia; ob id facillè inducuntur vt Bonziorum sectentur institutum, inter quos à puero educantur illis ergo honorem, nobilitas sanguinis non agrè conciliat; Deinde cultum suo-

6  
Clerus idg-  
lol. Iapo-  
nica.

rum deorum, & exterius illud rituum sacrorum choragium ea procurant maiestate, ut eius admiratione spectatorem populum incantent. Postremò salutis, quam sibi vulgus effingit ratio, venerabiles Bonzios illi facit, nihil ipsi fortius auditoribus suadent, ut ea quæ dixi Xachæ quinque præcepta facultatem humanam transcendere. Ergo cui lubet, ut lubet vivere, postque omnes laxatas cupiditatibus habenas, saluus esse, subducat cum Bonziis suorum scelerum nomina, eaque datis muneribus, & legatis pecuniis adæquet, Bonzij vero Xachæ merita iis reponent, suo enim illa arbitrato dispensant, & penes illos est eximere inferis quos volunt, & in beatorum sedibus locare; vendunt item è carta vestes, rudiario penicillo gestis deorum cuiuspiam depicta. Has qui moritur indutus, beatus scilicet, & æternum felix! venalem pariter innocentiam habent suam; & merita, & quæstas multorum annorum spatio virtutes. Sed horum omnium saluâ semper sibi possessione, & integrâ, ut qui summam illorum eandem volentibus emere semper tradant. Denique syngraphis fiduciariis vsuras decunces argenti quod hic acceperint, creditoribus, statim à morte soluendas promittunt; iisque syngraphis præbet populus fidem sic indubitaram ut cum iis latimoriantur, easque illuc in alia vita repræsentandas secum ferant. Omnis pauperum infelicitas est, ut quibus desit quo ipsi cum Bonziis de peccatorum suorum nominibus transigant. Sed omnium infelicissimæ, miserrimæque sunt fœminæ, cuiuscunque sint dignitatis. Ingeniosi quæstum emunctores, extra spem salutis esse illas docent, quod sordes earum quædam sint, omnibus virorum criminibus fœdiores, nec vllus Deorum sustineat in Paradisum suum illas admittere, nisi grandi argenti pondere à Bonziis id promeritæ, quod sanè faciunt tam profusè, ut angusto in regno, cuiusmodi apud nos parua prouincia, Bonziorum andrones ad octingentos numerentur. Postremò, huic mimo Diabolico ne quid desit, militarem habent ordinem religiosorum, sub vno Camidum Cucabao. In eo triginta millia censentur virorum fortium. Castimoniam ostentant adedò cœlibem, ut nefas sit vlli fœminarum, in vrbes eorum ditionis vel pedem inferre.

Hoc se monstro iactabat dæmon ad traducendam Christi Ecclesiam imitatione ridicula compacto, quo tempore illuc Indorum Apostolus, Angelorum regina duce ac præside aduenit, cui propterea, & quod eius Assumptæ sacro die applicuisset ad portum Iaponiæ, iure debentur primitiæ spiritus, quas in pignus maiorum progressuum Saxumana in aula statim legit.

7  
Xaverium  
de Christi  
fide audit  
frequenti  
aula Rex  
Saxumæ.

7. Distabat Cangoximâ sex leucas Rex Saxumæ. Hunc cliens nobilis Paulus à sancta fide, debiti honoris officio functurus mox adiit; excepit virum Rex mira comitate, & obseruantia; sciscitatus est quàm curiosè, tam benignè, de tractu Indiarum prorsus Iaponibus ignoto, de nationum moribus quas habent Iapones pro rudibus, & incultis; præ omnibus verò de Lusitanorum in bello virtute, ac robore de quibus  
cùm

cùm E  
sacror  
nupte  
comit  
obtin  
iussit  
nentis  
si qua  
tis,  
peret  
nem f  
parite  
illi pr  
super  
ris. A  
Christ  
præfer  
per no  
eo acc  
Ergo i  
suprem  
in aul  
ginis,  
cupidi  
disput  
distral  
homin  
ginti  
nisse a  
illos a  
acutè  
nores  
Tantè  
quibu  
per se  
ctiqu  
quod  
agnat  
saluta  
8.  
men,  
duam  
confe  
rum t.

cum Regi plenius, fecisset satis; vltro sermo incurrit, in cultus varios sacrorum, quibus India utebatur, sed maxime in Christianismum eo nuper ex Europa inductum, de quo Paulus sublimi sanctitatis illius commendatione mysteriorum & auctoritatis, partem orbis maximam obtinentis verba fecit; vidensque iucundè ab rege audiri, ac probari, iussit sibi proferri Deiparæ iconem, filium infantem inter brachia sustinentis, opus doctæ manus, quod ei Xauerius eo consilio dederat, vt si qua fauisset occasio id Regi ostenderet, fuitque planè diuinæ bonitatis, vt eius aspectu Rex pietatis sensus, ac reuerentiæ magnos conciperet: acciuit quotquot in aula tunc erant nobiles, & cum iis Virginem flexis genibus adoravit, voluit etiam Reginæ ostendi quæ suis pariter cum principibus fœminis, & honorariis puellis, venerationem illi prostrata exhibuit, multa ex Paulo, super ea Virgine rogitans & super puero, qui? vnde? cur tanti apud Christianos nominis & honoris. Ad quæ Paulus breui ab natali ad ascensionem enarratione, vitam Christi pertexens, incredibili admiratione affecit attonitas, Reginam præsertim, quæ paucis diebus Paulo Cangoximam reuerso, mandauit per nobilem fore sibi rem valdè gratam, si eius picturæ apographum ab eo acciperet. Sed qui hoc duceret pictorem reperire illic non licuit. Ergo illa item, perferri ad se compendio petiit religionis Christianæ suprema capita quod Paulus quamprimum præstitit. Hæc dum Saxumæ in aula geruntur, multi quotidie Pauli domum nouæ legis, nouæ imaginis, nouorum ex Europa Bonziorum confluere, sunt enim Iapones cupidissimi nouarum rerum & de futura post hanc vita inter se assiduè disputant, committente illos multitudine sectarum pugnantium quibus distrahuntur. Susplicere itaque vehementer, idque ante omnia mirari, homines iis præditos dotibus, sprete patria, & domo, miliarium viginti millia per quicquid vsquam est terribile, ac durum, emensos venisse ad pandendam solùm Iaponiis salutem veram: inde circumspicere illos attentius, inquirere de instituto, & conditionibus ipsorum, & acutè videre, cultu licet & habitu viles, haudquaquam ad opes & honores quibus Bonziji inhiant, nauigasse, cum essent ab iis alienissimi. Tantò igitur magis desiderio ardere intelligendi qua lege, quo more, quibus sacris viuerent Christiani: quæ Paulus Deo plenus, eorum quæ per se nouerat præco egregius, reliquorum interpretes fidus, & diu noctuque docebat adeuntes, nec absque suo saltem, compendio; nam quod peculiariter optarat, vxoris & filia animas à Deo obtinuit, cum agnatorum aliquot numero, quos ab se Christianis imbutos disciplinis, salutari lauacro purgari vidit.

8. Meditabatur hæc inter Xauerius ineundum pro Euangelio certamen, iis se præfidiis, si vnquam aliàs, obarmans quæ ad rem tam arduam ducebat potissima, demissione inquam sui, egestatis suæ optimè conscia, per se bono cuius inuitis; sed longe imparis, reuincendæ errorum tam variæ, & inueteratæ falsitati; manifestandæ ignorantia sapientium

8  
Præparatio  
Xauerij ad  
prædic. Ia-  
poniis.

ium Bonziorum; traducendisque palam eorum flagitiis, & ex illa priorum Deorum aded longæua adoratione transferendis ad Dei vnus crucifixi amorem, metumque populis, haudquaquam agrestibus, sed natura superbis, vita sceleratis, superstitioni? doctorum suorum æternis contentionibus sancitæ, velut oraculo addictis. Quanquã enim quod crebrò suis literis memorat, Iapones sciret, præ aliis infidelibus acutos sagaces, ad verum, bonumque dociles, sed præcipiebat animo, connifuros tumultu, & armis omnibus inferos ne suo capiti præscripta tot sæculis diriperentur octo & sexaginta diademata, & spoliaretur gentis seruitute, quæ quantò veri capacior, tantò Dei maiori dedecore, fraude exitiabili obstricta tenebatur. Quid non erant moturi tot exercitus Bonziorum apud Reges gratiosissimi, & apud populum vetendi, ad propugnationem legis à maioribus acceptæ? Et quidẽ si sola argumentorum vi, res tota ferretur, cum essent rebus quantumuis subtilibus percipiendis idonei, posse de iis sperari victoriam. Sed iis prostratis, vnde imposterum auditor eorum mendaciis credulus? vnde promissorum fabulorum emptor? vnde prodigæ illæ quibus interea pinguecebant stipes, in spem sænoris post vitam decuncis? quis eos vel flocci fecerit, nedum propè diuinitus fatos putauerit? authoritate, dignitate, re, victu destitutos, populo in ludum ob delira figmenta, in execrationem ob scelera, venire necesse sit, haberique cum iis quos iactabant diis dignos ignibus sempiternis qui sibi arbitrium arrogabant, quos vellent ab iis liberandi. Haud tamen agendi principium nisi ab eorum impugnatione, prudenter fieri valebat, prima erant in Bonzios stringenda vulnera, qui omnem in populum mittebant, ac diffundebant lucem: ad hoc illum sibi diffidere penitus oportebat, nihil ex se audere; Deo fretum in quæuis pericula mortesque, securum pergere, à quo perinde vt ab artifice, omnis instrumenti efficientia nasceretur. Hac Christi Apostolus excelsitate, demissi animi confirmatus, ita suos Goam per literas Cangoxima affabatur. [Quando, inquit, à Bonziorum mendaciis, veritas Christiana; & ab recto sensu tantum abest, quod docent de Deo, & salute; quæ inde nos manent insectationes plusquam credibile vltra verba ituras: hic eò tendimus, & hoc vnum spectamus, vt conditori suo Iaponiam, & Liberatori Christo exhibeamus obsequentem, quare alimur grandi spe adfuturi nobis, in optatum hunc finem eius auxiliij. Populus, quantum conicio, non videtur nobis multum obstiturus, nisi sollicitetur à Bonziis. Cum his verò neque contendemus, nisi claro iure, sed nec metu illorum abistemus ab deprecanda magnitudine veri Dei & vera salute, vt qui præterquam Deo visum erit, tollere contra nos digitum non possint, si Deo volente quicquam in nos funestum statuerint, magno nobis lucro futurum sit, eius nempe causa vitam hanc nobis miseram corripere, qua perpetuò morimur; & quam expectamus, votisque poscimus cum Christo beatam inchoari. Fixum animo est, (doleant & sauiant Bonziji) veritatis lucem

palam.

palam  
nobis  
est pa  
9 It  
pto i  
oport  
suram  
tiam,  
hanc i  
tam r  
[Null  
tione  
amori  
celler  
Iapon  
cem,  
gnate  
Pro m  
atque  
ardor  
nia iu  
mè, o  
omne  
aut al  
porisc  
qui n  
suam.  
dæmo  
aut q  
æstim  
petiti  
tio di  
totan  
tarum  
Mich  
lo pra  
aliofo  
situm  
beato  
ferico  
dand  
Socio  
desid  
10

palam omnibus ingerere, iubet enim Deus proximorum salutem, esse nobis hac vita cariorem, cui eius imperio decretam nobis ratumque est parere.]

9 Ita ille de se, cumque iam aliquos Goa vocare destinaret, qui suscepto instarent operi, docet animi comparationem quam afferre illos oporteat ad Apostolici muneris, & vocationis magnæ implendam mensuram; suæ videlicet inutilitatis, & nihili veram, non simulatam notitiam, interest ad illius laudem, & disciplinam legentium ne partem hanc ipsius spiritus, & philosophiæ hoc loco sileam, quam paucis notæ, tam necessariæ omnibus, magnum aliquid pro Dei gloria tentaturis. [Nullum inquit finem monendi vos faciam, multò absque vlla comparatione plus Deo placere, qui sui ipsius contemptu locuples, suam eius amori vitam, & gloriæ consecrat; quàm qui aliud quoduis alioqui excellens, & multum obsequium, illi defert. Accinctos vos volo ad iter Iaponicum, non exhibit alter ab hoc annus, quin vestrum huc multos euocem, comite ad hoc humilitatis sanctæ copioso vos munite; impugnet fortiter, & domate, quicquid vobis refractaria natura opponit. Pro modo communicati vobis à Deo luminis altè vos ipsos introspicite, atque cognoscite: crescet hinc vobis fides, spes, caritas, Dei fiducia, & ardor salutis alienæ, nam Dei fiduciam, diffidentia sui parit: ante omnia iuuerit, probè fundata humilitas, quam vbique, sed in Iaponia maxime, opinione omni magis necessariam sentietis. Quare vos oro, spes omnes vestras à Deo suspendite non à vobis, non ab scientiæ, virium, aut aliis quibusuis dotibus. His tuti armis aduersa quælibet animi corporisque, pro Deo adibitis, qui piè humiles confirmat, & erigit, eosque qui minimis in rebus velut in speculo veraci debilitatem agnoscunt suam. Hos decumanis, & desperatissimis casibus, nec suo cum satellitio dæmones; nec tempestatibus incensa maria, nec barbarorum crudelitas, aut quiduis aliud læserit.] Huc vsque Xauerius, qui hac sui tam vili æstimatione, hòc Deo ditior, quò sui egentior noua sibi de cælo auxilia petiit. [Magna me spes tenet, inquiebat, ad futuram mihi in hoc negotio diuinam opem, vt qui meis planè diffusis viribus, confisionem animi totam reposuerim in Christo, Deipara, & choris nouem mentium Beatarum, ex quibus mihi tutelarem delegi, militantis Ecclesiæ Principem Michaëlem. Nec parcas experto suppetias ab Iaponiæ totius Archangelo præside, & hos quidem in quotidianas preces nominatim voco, aliosque Iaponiorum custodes Angelos, quibus id muneris à Deo impositum, vt pro salute ipsorum supplicent; nec illos prætereo in cælo beatos qui vt tantam auertant animarum stragem, votis assiduis Dei misericordiam interpellant, meam verò in iis Deo vt par foret commendandis socordiam, & osecitantiam, confido plurimum, suppletum iri, ab Societatis nostræ, assertis iam cælo fratribus: meis ij frigidis, & ignauis desiderijs, gratiam apud Deum addent.]

10 Sperandis à Deo copiis priuatum adiunxit prædicationis appa-

9  
Parænesis  
Xauerij ad  
missionis Ia-  
ponicæ cau-  
didatos.

10  
Donum lin-  
tum, guarum Xi-

uerio, sicut  
olim Apo-  
stolis datum.

tum, magnoque in primis conatu ad linguam Iaponicam applicuit animum, simplicitate puerili voces, significata, sonos, flexusque pulsum vernaculos, syllabatim condiscens, & exorbens molestissimæ operæ tædiæ, ætati proeuctæ peracerba. Augebat molestiam, incensum studium animarum, coactum interea in modum statuæ vt ait ipsemet, mutæ, ac surdæ, inter colloquentes versari, & silere. Nam dono linguarum, de quo posthac agetur, etsi ornaretur ybique gentium, at non vsque ad eò ad nutum, vt primo contactu peregrini soli, mox eius sermonem vsurparet. Verum vbi placitum Deo erat, Apostolico illo eum imbueret linguæ extraneæ habitu, ita propriè, cultè, elegantèrque ea utebatur, vt vel ipsi ad eam stuperent indigenæ: sed enim ommissa huius miraculi expectatione, nihilo segnus eius studio incumberebat, arcana fidei Christianæ, adscito interprete in eam conuersa mandabat memoriæ, illaque progressus in publicum decantabat, quod ab eo Piscaria in ora, Malacæ, & in Molucensibus insulis factum narrauimus. Ad hanc porrò diligentiam magister accedens, & nomenclator Deus, dicendi caracterem eius animo imprimebat, fingebat linguam in natiuos accentus, & sonos, & habebatur eorum popularis quibuscumque ipse loqueretur, cuius tantæ rei argumenta consultò huc distuli, vt qui legeret querentem Xaverium se tanquam statuam inter Iaponios initio egisse, tum voces eorum infantili balbutie conatum, agnoscat quid ab se secluso prodigio fuerit; dehinc cernens linguas triginta sonantem Indicas planèque diuersas; interdum etiam perceptum ab auditoribus idiomatum variorum, etsi vno eodemque sermone ad eos diceret; agnoscat rursus quàm iure, ac verè Summi Pontifices scripserint: *Signa, & prodigia quibus Dominus Apostolorum suorum sermonem, in nascentis Ecclesie exordiis confirmavit, ad illius nouæ sobolis incrementum, in manu etiam serui sui Francisci misericorditer renouasse, subito enim à Deo, diuersarum, & incognitarum gentium linguas, quas non nouerat, edoctus, disertissimè quasi in iisdem terris educatus esset, loquebatur. Et accidebat quandoque, vt cum ad diuersarum nationum populos concionem habentem, vnusquisque eodem tempore Lingua sua in qua natus erat, magnalia loquentem, cum stupore, & extasi audiret, eoque miraculo multitudo magna commota, reciperet verbum Dei.* Cuius ad eò rari, nec forte ab ipso Apostolorum æuo, tam amplè cuiquam concessi muneris, volo certam fidem, singularibus firmamentis adstruere, haud tamen aliis, quàm quæ Rotæ Ro. Illustrissimi Cognitores inferuere Epilogo actorum, de referendo in sanctos Xaverio, & ducta partim priuatis ex testibus, qui spectatores miraculi fuerant; partim ex communi, peruagataque Orientem fama. Duobus constat rei huius admirabilitas; locutione expedita, & eleganti, idiomatum diuersorum quæ nunquam didicerat; & vsu sermonis vnus qui perinde à populis variarum linguarum caperetur, vt si sua cuiusque propria loquentem audiret. Vtriusque *de visu & certa scientia*, testes sunt decem, & quatuor: in his senex annorum octoginta Manuel Fernandus, testatur vidisse Xaverium

Xaverio  
dicent  
dicti  
non p  
exteri  
non m  
passet  
& ver  
mox v  
conue  
sed ai  
tandi  
calleb  
ricus  
dem,  
tem,  
Xave  
ipforu  
Gasp  
sibi, L  
variis  
ex no  
statim  
miscu  
dabat  
monc  
ria et  
quàm  
uanc  
reuoc  
quid  
certa  
eius f  
mirat  
tuiffe  
cuius  
oppo  
Sic d  
didic  
admo  
bant  
posset  
rabar  
seme



Xauerium in ora Piscaria , & Teuanapatano portu in Choroman delo, dicentem ad populum, eius populi lingua, cum publica admiratione dictionis aded expedita; quam perdifficilem, & ed tunc recens aduectus, non potuerat didicisse. Cumque dicto in portu multarum nationum externi, concionantem audissent Xauerium, asseruisse vnumquemque se non minus ab se intellectum quam si maternam cuiusque linguam vsurpasset. Ipseque qui aderat Manuel sua quoque locutum patriam putavit, & versabatur in omnium ore, quocumque locorum deuenisset, eorum mox vernaculam nosse, cuius prodigij nouitas, multos ad Christum conuertebat. Affirmant hoc ipsum, & alij, iisdem testimoniis adscripti, sed aiunt ex propria verborum nota, venustate sententiae, & pronuntiandi lepore, pro indigena vbique habitum, vtque linguis omnium callebat loqui, sic nullam fuisse quam non perciperet. Sequitur Rodericus Diazius Pereira in aula Lusitaniae nobilis; nauim cum Xauerio eadem, Malaca Bandam adierat insulam, minus aliquantò Molucis distantem, & vidit ethnicorum turbam Christum propterea amplecti, quod Xauerium stupere videntes, & nautas gentium variarum, maternis ipsorum affantem linguis, & diuina iis praedicantem. Asserebat item Gaspar Segueira Abrens concionante ad Iapones Xauerio, creditum sibi, Lusitania sua eum loqui, putasseque hoc idem alios ex nationibus variis auditores, & suo quemque idiomate loquentem audisse: testantur ex nostris quatuor eius per Indiam socij, Iaponiam ingressum, cepisse statim absque interprete de Deo dicere; & rudem licet Iaponice, promiscua tamen Lusitani, Latini, Castellani, nonnunquam Iaponici, vt se dabat, sermonis farragine, ita perceptum ab omnibus vt si eorum sermone patrio dixisset, quod ei quoque in Mauro insula, & ora Piscaria euenit. In Molucis verò illarum barbarum, non minus facile quam Lusitanicum alibi depromebat. Praestabat idem in regno Trauancoris tam euidente miraculo, vt nisi eum ora Piscaria necessariò reuocaret, nullum breui esset illic ethnicum relicturus. Huius porò (inquiunt Rotæ cognitores) tam admirandi prodigij constat inde nobis certa probatio, quòd apud eas gentes pro indubitato haberetur; quòd eius stupore, Christo nomen darent; quòd prosequerentur ingenti admiratione; non facturi omnino, si suspicati vel minimum essent, potuisse illum tot linguas quibus loquebatur studio, & diligentia consequi: cuius sanè diligentiae nec vllum vsquam inditium erat, nec tempus & opportunitas, per occupationes grauissimas, & continuas suppetebat. Sic de Christo Iudæos dixisse legimus, *quomodo hic literas scit cum non didicerit?* de quibus Augustinus, *multi, ait, nouerant ubi natus, quem admodum fuerat educatus; nunquam eum viderant literas discantem, audiebant autem de lege disputantem, legis testimonia proferentem, qua nemo posset proferre nisi legisset, nemo legere, nisi literas didicisset, & ided mirabantur.* Accedit quod attestati sunt rerum per se gnari & conscij, quales sementem fecit verbi diuini Xauerius, gentes esse vt minus triginta

linguis inuicem peregrinas, tam impeditis, & difficilibus, vt nisi labore annorum complurium nemo vsu illarum valeat adipisci, ac ne ita quidem huc vnquam pertingere, vt congenitum leporem, & vernaculas verneris pronuntiando iis non detrahat. Ultra decennium & sex menses, Xaverius in India non egit, atque horum annorum, duos in Iaponia profuit, subducto itaque linguarum, & mensium numero, agrè menses cum dimidio tres, linguis singulis tribuentur, studio arteque condiscendis, qui nec mediocri cuiusquam illarum vsui parando suffecerint. Ad hoc aliud est ornatè dicere, aliud expedire; tertium etiam simpliciter loqui. Euadat eò quis improbo labore, vt externo sermone, scribat elegantè, & venustè, vt autem liberè, & ore profluo, quasi sponte naturæ illum edat, nisi longa exercitatio non euincet, cum maternum quoque idioma, defuetudo nobis corrumpat, & auferat. Cum ergo Xaverius quæcumque in loca deuenisset, eorum linguam, quantumuis implexam & barbaram; pronam, cultamque in ore habuerit, certè non potuit, nisi diuinitus habuisse. Homo præsertim id ætatis, ad extraneas linguas perinepta; & diu noctuque dum vixit in Indiis, animarum quæstu ad eò occupatus, vix vt ei liceret ad quietem, & cibum horas aliquot suffurari. Iam quod vnâ, etiam imperitè depromens linguam, caperetur à multis, velut genuina cuiusque loqueretur, probant Apostoli; quos dono eodem Spiritus Sanctus ornauerat, vnde illa populorum admiratio & stupor. *Nonne omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? & quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus? vbi B. Cyprianus, Aderant, inquit, Medi, & Elamita; Mesopotami, & Arabes, hi omnes dum Hebræa lingua Apostoli predicarent, locutio Iudæica, enunciationis suæ articulos cursu solito euoluens, nullo exponebatur interprete; sed verbis eorum per Spiritum Sanctum inerat virtus, & gratia, vt iis vna lingua loquentibus, propria cuiusque auditorum in omnibus resonaret,* Apostolis igitur, & Euangelij fatoribus vt eorum bono linguas Deus infudit ad quos mittebantur; sic vna sese explicantes lingua, auditos esse multis loqui, necessarium videbatur, vt multis eodem tempore prodesse, ne proficientibus qui eam perciperent, inanes abirent, & vacui qui eam ignorassent. Delectum itaque ad Orientis salutem Xaverium vt Deus in ceteris Apostolico spiritu dicitur, æquum fuit hac etiam in parte, esse Apostolis supparem.] Hæc Ro. Rotæ cognitores. Nos Cangoximam repetamus.

II  
Prima Saxu  
mæ Rege  
annuente  
Xaverij præ  
dicat.

II. Instructa in formam quam cœperam dicere religionis Christianæ summa, & quadraginta dierum studio Iaponicè digesta; factò censuit opus, & agendi tempus, ac fines vltimos orbis terræ, sono vocis Evangelicæ percullendi. Sua illa tam sibi congenita amabilitate, fuci omnis experte; sed multò potentius virtute, barbaris etiam obseruata, & venerabili, Bonziis sese insinuauerat, & nexu amoris præcipuo illum sibi addixerat, qui primas in iis imperij, doctrinæ, & gradus excellentia tenebat; erat is senex octogenarius, cæterorum in diuinis magister,

magist  
pro or  
foret  
tur. E  
quàm  
gressu  
biger  
verò a  
vt trah  
sui me  
saltem  
Xaver  
titit fr  
cacer  
Fauit  
pum  
tatis  
spesta  
magn  
etiam  
navig  
mia,  
cori c  
se da  
munu  
Et lib  
chang  
mas i  
num i  
deret  
tusqu  
fide  
tia ex  
Christ  
ra, no  
Orie  
ruisse  
prop  
illoru  
cuius  
pisc  
dem  
præf  
cont.

magister, in celeberrimis academiis eximie versatus, & quo responsa pro oraculis excipiebantur, vnde illi factum ex titulo nomen qui vel foret Deo ipso dignus, *Nirchit*, enim, hoc est *Veritatis cor* appellabatur. Fœlix, inquit Xauerius, si vel partem illius nominis æquasset, sed quàm longissimè ab eo exerrabat; inter alia enim, quæ per crebros congressus in eo deprehendit Xauerius, id erat maxime lethale; quod ambigeret de animæ immortalitate, & num velut bestia defectura, an verò æternùm victura. Quare anceps de illa & ductuans diserebat, pro vt trahebat illum sensus vt se bestiam crederet, vel retorquebat ratio, vt sui meminisset, atque vtinam si minus *Veritatis cor*, aures veri capaces saltem habuisset: at enim ex iis de quibus vbertim apud illum fatigat Xauerius, vt se hominem nosset anima præditum immortalis; vnus exitit fructus vt Xauerium laudaret tantum in naturæ cognitione perspicacem, in eius explicatione doctum, nec vlteriùs gradum promoueret. Faut tamen Sancti consiliis non parùm, quod ab homine velut Episcopum Cangoximæ agente, tantopere amaretur, & ob præstantiam virtutis & sapientiæ obseruaretur mirificè: hinc ille & vulgo Bonziorum spectari, frequentari, audiri de religione cum plausu; illam verò eius magnificè suspici & efferi mentem, haud ei aliunde quàm cœlitus iniectam, quòd ab vsque postremis mundi oris ad hoc solum in Iaponiam nauigasset vt veri scientiam in eam inferret, nec posse ab illo, nisi sublimia, & tantis digna periculis edi. Vt autem illic urbanitatum, & decori constanter habetur scrupulosissima ratio, priusquam in publicum se daret Xauerius, Regem sibi putauit adeundum, & conciliandum munusculis, vt sibi per eum legem diuinam prædicare, populis amplecti liberum esset & integrum: huic officio diem sibi dixit Michaëli Archangelo sacrum, ardentè supplicans vt veteres suas de Lucifero palmas illic infereret, & quem cœlo quondam rebellem expulerat; regionum illarum extrusum tyrannide, carceri suo, catenis, & ignibus redderet. Non venit in conspectum Regis ignotus Xauerius: qualis quantumque tota India esset, quàm pretiosus Lusitanis ex Paulo à sancta fide didicerat; quare illum perhonorificè, & singularibus benevolentia excepit notis. An autem ex eo vel sperarit Xauerius, vel suaserit fieri Christianum, quòd crucem candidam, vt refert, in eius scutaria tessera, notasset, haud facilè dixerim, suspicionem certè illi hæc fecit, vt per Orientem passim, sic inter Iapones Christi olim crucem cultumque floruisse, de quo si quid habere compertum potuisset, nihil erat futurum proposito aptius legis inferendæ quæ nihil extraneum oleret, sed ante illorum maioribus adorabilis fuisset, & sancta, quàm Camidum somniis cuiusquam cerebrum deliraret. Verùm nec probabili coniectura expiscari quicquam de illa cruce, eius inuestigatio valuit. Recreatus quidem est maiorem in modum regis affatu benigno, & placido, monitu præsertim de libris, & scriptis cura sedula asseruandis quibus Christiana continerentur sacra; futurum enim, si erat ea lex, & vera & vna de-

mones furiosè tumularentur, & ad profligandam illam omnia mouerent, quod vt sapienter ab eo dictum, sic nimium verè, dæmoni operam ipsemet commodauit, illam insectanti, adeò abfuit à cauendo, quod prædixerat Xauerio cauendum. Post dies aliquot, potestatem Xauerio prædicandi amplam, sed suis ex lucris, & compendiis conceptam, per ministrum misit; simulque tota Cangoxima edixit, licere cuilibet esse Christianum, haud quidem admodum salutem suorum æternam curans, (nec enim tam longè aut mentis, aut fidei oculos miserat) sed obsecundans auaritiæ quæ flagrabat, & Xaueriū apud Lusitanos tanti esse aduertens, putauit illo humanitate varia demerendo, partam sibi fore Lusitanorum gratiam, & amicitiam; Lusitanas naues frequentaturas suos portus propter Xauerium, & importaturas Sinensia serica, argento Iaponico permutanda: ad hoc iterum secum retinere Xauerium studuit, monens tunc Meacum vt constituerat, non posse adiri, ardere bello omnes circum vrbes; hæreret Cangoximæ & profeminaret liberè Christi legem; redituram Meaco suam pacem; quod vbi factum esset, se verò illuc, & nauim daturum, & mandaturum vt deueheretur. Tam procliui regis erga se animo, ad prædicandam fidem Xauerius in publicum profilit, circumdatur illicò multitudine auditorum, quos innata Iaponibus de nouis rebus cognoscendi præsertim futuris post hanc vitam, curiositas cogebat. Tam multis verò, mirisque attonitos, quæ Xauerius asseribat, vt erat de mortuis in vitam excitandis, de vniuersali iudicio, felicitate, pœnisque sempiternis, incredibile desiderium incendit pertractandi diligentius singula, causasque seorsum & articulatim otiosius opponendi variarum dubitationum, quibus acuta feruebant ingenia, ergo Academici tanquam cœtus, domi apud Xauerium colligi, conuenire homines dignitatis cuiusuis & ordinis, religionis capita seiunctim, separatis disputationibus committi (illic enim lite continua sectæ dissimiles se mutuo fatigant, nihilque ratum habetur, nisi quod argumenta extorserint. Vnum ex se vno existens aptumque principium, potentia infinitum, vniuersorum primam, & communem causam Iapones nunquam audierant, vt quibus in confesso esset, mundum principio caruisse, multò minus sciebant cuncta prouidentia nutu regi, quæ hunc naturæ ordinem quem videmus, ex sublimiori sine digerit, & gubernat. De secretioribus arcanis naturæ diuinæ, de verbo corporato, de Christi morte, & eiusmodi aliis, Iaponiæ tot retro sæculis nihil suboluerat; quare vt Paulus eadem Athenis, prædicans, stultis earum philosophis visus est, *nonorum demoniorum annuntiator esse*, ita Cangoximanis Xauerius. Verum enim vero, cum inter disputandum singula cernerent; rationibus humanis, & diuinis præclare congruere, vt erant Veri incredibiliter amantes (quo elogio sanctus crebrò Iaponios afficit) gestiebant scilicet eius luce, & capitibus sigillatim probatis manus, & fidem præbebant.

12

Primus à Xa-

12. Primus fuit baptismi candidatus homo tenuis fortunæ; sed inde locuples

locuple  
Bernar  
virtutib  
Bonzio  
Christu  
tantus  
qua in  
illis X  
multitu  
spes m  
assequ  
focioru  
laboru  
qui can  
bus mi  
vera,  
ex die  
breuer  
Symbo  
Iapon  
promu

13.

is tres  
damq  
planè  
arcana  
stolica  
sancti  
specie  
velle  
proxim  
nimit  
otiosa  
pterea  
mitta  
temp  
mort  
naria  
re im  
esse  
ipsaq  
soli,  
ter b  
tigue

locuples quod in Ecclesia Iaponensi prærogatiuam natalium occupauit, Bernardo huic nomen inditum, & egregia deinceps fama ex raris virtutibus accessit: secuti sunt alij clariores, duo nominatim ex gente Bonziorum, insigni tum facto, tum exemplo. Nam etsi hoc genus ad Christum inflecti pro miraculo sit, verum in his duobus exarsit amor tantus alios etiam ad Christum trahendi, vt Goam optarent nauigare, ex qua in Iaponiam reduces, testimonio oculato suis confirmarent, quæ illis Xauerius de professionis Christianæ magnificentia, splendore, ac multitudine innumerabili prædicabat. Quancis lætitiis tam fausta, & in spes maiores præmissa initia, Apostoli animum cumularint, nemo facile allequatur. Ipse impar agendis ob ea gratis bonitati diuinæ, ad hoc sociorum suppetias expetit, vnde illum item perferebat sine sensu, tot laborum & ærumnarum sensum, tametsi cum dura iunctum inedia, vt qui carne, pisce, vino penitus abstineret, solis olusculis, & leguminibus mica salis conditis, semel quotidie aleretur, ne abstinentia ciborum vera, minus apud populum valeret, quàm Bonzij ficta. Si quid solido ex die, si quid de nocte post diurnas preces, & trium horarum breuem somnum restabat temporis, totum conferebat in explicatione Symboli ab se composita, Iaponicè reddenda, quam in typos quoque Iaponicos misit, vt quò nondum licebat voce, illuc iam stylo salutem promulgaret.

13. Ad hæc alteras dedit in Indiam ad nostros literas delecturus ex iis tres strenuas operas ad nouæ illius Ecclesiæ extolendam stabilien- damque pietatem, proin omnes ad iter in procinctu starent. Digna planè relatu epistola integra, tametsi multis paginis diffusa, vt quæ arcanæ sanctitatis documento multiplici affluat, & absolutum Apostolicæ virtutis magisterium complectatur, hoc est non minus propriæ sanctitatis, quàm vtilitatis alienæ. Iubet ab iis virtutibus cauere quæ specie fallunt inexpertos, re ipsa præter facum nihil habent; his niti velle ad ardua, & soliditatem poscentia, periculosum esse, ruinæque proximum, præcocibus itaque iuuandarum animarum desideriis ne nimium credant, nec illas ferant impatientiùs operandi moras, vel otiosas putent, quas domandis seipsis interim occupant. Nec se propterea satis munitos arbitrentur, vt in medios infidelium cuneos se immittant, quod dulci flamma superni ardoris interdum vaporentur, cui tempestates, & maria, & hostium gladij, pericula, vincula perpeffiones, mortes, pro ludo sunt; nempe longinqua, nempe imaginaria: imaginariæ siquidem militiæ fortiter gloriosèque obeundæ, virtutem sufficere imaginariam: sed cum ad rem venit, tunc demum intelligi aliud esse ciere discriminum, & belli simulachra; aliud bellum præfens, ipsaque discrimina subire. Cogitent etiam atque etiam vbi procul aut soli, aut duo, ignoto in orbe constiterint; ignari linguæ, medios inter barbaros, & ipsi pro barbaris, ac deterius quàm soli, exosi, vexatique ob religionem quam inferunt iis aduersantem, absque diuersorio

uer. conuer-  
siones Iapo-  
norum.

13  
Institutio  
ad ministr.  
Apostolicæ,  
Xauer.



ad quietem, confugio ad defensionem, & in exili semper vitæ mortif-  
que confinio, cōgitent, inquam, iis se tentationum perditarum moti-  
bus impetendos, qui sibi nunquam in mentem venissent posse confur-  
gere, ac nisi aliud in promptu futurum, sibi parauerint præter illum  
calorem semota solum frigora prouocantem, ita se destituendos animo,  
& viribus, vt quantum ex Collegiis Indias optarant, tantum ex Indiis  
Collegia suspirent. Solida igitur & mascula virtute, maturè armentur,  
qualis humilitas, patientia, coniunctus cum Deo animus, puritas men-  
tis, obedientia, præ cæteris vero, impugnatio sui met indefessa & ex-  
pugnatio, sciantque in magnis certò defecturos, qui sibi vim facere  
etiam in minimis non norunt: præludant vincendo, conterendoque in  
aliis dæmoni, eiusdem in seipsis debellatione; sollicitationes prauas, &  
pericula in futurum, semper expectent transactis grauiora. Nec indu-  
cant apud se sic argumentari, mihi vni attento, si Deus tam prolixè  
fauet, tam liquidas infundit voluptates, quantum infidelium animarum  
lucris insudanti daturus est? imò nihil dubitent adituros se in occasio-  
nes ancipites, tamque sui perdendi, quàm alterius seruandi faciles.  
Priuatam vitæ probitatem, sæpius loci, & exempli beneficium esse  
quàm propriæ virtutis: quare illic ne esse cupiant, quo illos à se mode-  
rator non destinat. Vt enim aliis nemo prodest apud quos non versatur,  
ita nec sibi, si ab se procul est, & illic nimirum vbi esse ambiuerit,  
fiant sibi met boni, si volunt esse aliis optimi, meminerint inferis teneri  
etiam nonnullos, qui cælo permultos induxerant. Quid enim iuuerit  
si mundum lucratus vniuersum, detrimentum animæ patiar? sic probè  
interius comparati haud tamen existiment, vllam diligentiam huius par-  
tem, ad ministerium tam difficilis missionis fore illis superuacaneam.  
Post hæc subdit non esse quod despondeant animum, aut difficultatum  
illarum horrore diffidant, sed viriles potius intendant conatus ad ea  
præsidia, quæ si abfuerint, vanum sit prorsus felices euentus expectare.  
Exerceantur ad cognitionem sui assiduè ne suam virtutem, ex opinione  
metiantur quam de se forsitan aliis fecerunt; aut velint munera ærumnis,  
& periculis aspera, quanquam speciosa à moderatoribus extorquere,  
aut sui fiducia quidpiam aggredi, sed in Deo reponant vniuersa cuius  
profusa largitas non implet, nisi sui met contemptores & vacuos, nec  
enim patitur, bonitatis suæ ac potentie decus homines sibi arrogare.  
Hæc summa epistolæ, qua suos instituebat Apostolus, cuius ad eos  
quaqua versum per Indias, Goa mitti exempla mandauit; atque in hac  
lubet eius excelssitatem sapientie admirari. Spectabat æternos tot po-  
pulorum interitus; angebatur animo, lamentabatur, deesse sibi quos  
secum adhiberet ad vindicandam salutem miserorum. Infimis precibus  
apud Regem Lusitanie, apud Ignatium, & Rodericum instabat per  
litteras, vt magno numero ad se operarios mitterent, ex iis etiam, (vt  
crebrò is scribit) quos haberet Europa superfluos; meditabatur quoque  
generalem ad celeberrimas Academies, & sanctissimos ordines in  
collegium

collegium  
Pontifici  
habebat  
pericula  
vsum,  
solitarii  
detrahi  
longequ  
qui Apo  
stris X  
ad que  
teret, ni  
rum salu  
quam v  
terquar  
tia suæ  
hærent  
vltimur  
in sui c  
contriur  
Cango  
ritas, &  
mone  
14. E  
timor.  
fore de  
recenti  
in conf  
hendur  
gratia,  
vrbem  
gus, ex  
coniura  
gens er  
Xaueri  
niis, n  
probos  
doctri  
mero c  
arguiss  
tatione  
oppon  
allatra  
primer

collegium tam egregij operis invitationem, fortè item ad summum Pontificem de eare supplicem libellum; post quæ nihilominus, quos habebat ad manum de Societate, promptos, ardentis, pugnam, & pericula poscentes, tam lentè ipsum occupasse, pro calcatibus freno vsum, nec iudicasse quod perficiendæ virtuti propriæ ab iis tanquam solitariis, ac penè otiantibus absumebatur tempus, proximorum salutem detrahi hoc primâ absurdi præferre speciè forte videatur; sed minus acutè longeque videntibus: non autem edoctis quantò virtutù egeant apparatu, qui Apostolorum iis in missionibus generosos labores æmulantur. Nostri Xaverius in Oriente præpositus, Societati formabat canonem ad quem exigi oporteret quos in vitæ genus tam arduum Societas mitteret, nimirum ut illos perfectæ officij ratio ad maxima quæque pro aliorum salute sic ageret, ut nihilo pro sua segnius agerent; statuerentque quam vellent in aliis virtutem exculpere, duci ex propria debere, præterquam si bonum spectatur publicum, tantò ad hoc se liberalius gratiæ suæ ministris infundit Deus, quantò sibi maiori sanctimonia adherent, & præstantia virtutis, tantò ministerio respondent; ex quo ad vltimum utilitati cedit alienæ id otium, quod in vfu priuato obedientiæ, in sui contemptu, domitu vitiorum, prauorumque habituum videntur contriuisse. Et hæc de literis viri sancti, Goam ad suorum eruditionem Cangoxima scriptis, vbi fidei sacrosanctæ sua in dies crescebat auctoritas, & sequacium numerus haud paulò latior quàm ferri posset à Dæmone, & à Bonziis tacitè spectari.

14. His enim perpetam oculos in rem suam, lucri apperuit amittendi timor. Vident nouum hunc Deum, apud Iapones si inualesceret, actum fore de ipsorum diis, mysteria sua in fabulas, lucra in auras abitura: recenti malo dum erat sanabile occurrendum. Pro concione in pulpitis, in confessibus populi publicis, vbique certatim nouæ religioni detrahendum, imponenda illi nefaria omnia, excludendos templis & diuum gratia, quicumque de illa dicentes audirent, quæ si parùm iuarent, urbem susdeque seditionibus vertendam, concitandum in Patres vulgus, exterminandos extra Iaponiam, & in Indiam retrudendos. At coniurata immanitas flagitiosis hominibus non satis ex animo euenit, gens enim cordatæ perspicacitatis, ut est Iaponica, vitæ & doctrinæ Xaverij, eiùsque sociorum plus fidei habuit, quàm Borziorum calumniis, nec defuere qui iis exprobrarent, non esse aduersus sapientes, & probos extraneos conuictis, & criminationibus certandum; sed eorum doctrinam, si erat tam fallax, & impia ut ipsi garriebant, cur tot numero cum essent, & sibi professione sciendi tantum tribuerent, non arguissent, condemnassentque mendacij? an quod ij cum ipsis disputatione configere vitassent, quam multis, & quantos libuisset ipsis opponere? cum illos potius ad eam prouocarent; eos itaque procul allatrare quid aliud erat, nisi committi cum iis non audere, aut vi opprimere veritatem, & iniuriis ambire victoriam, quam rationibus amississent.

14

Dirè à Bonziis sed frustra impugn. Xauer.

lissent. Contigitque non raro, vt Xauerium publico in foro, & frequenti dicentem, vnus aliquis Bonziorum insolentior ceteris, interpellaret impudenter, monens voce contenta populum, Europæo illi ne aures daret; dæmonem esse hominis specie, qui loqueretur, non hominem; cui prudens auditor, homo esset an dæmon parum interesse, verum cuiuscumque ex ore prodiret veritas; excipi, & in bonum conferri oportere.

15

Miracula  
Xauer. in  
Iapon.

15. Ad hunc populi fauorem accedebat commendatio mirabilium operum quibus seruum suum pergebat Deus exornare, & Bonziorum proteruiam tundere. Ex iis pauca hic noto, vt ea Iapones retulerunt. Singulare id fuit quod mare pridem infœcundum, molestissimo accolarum, qui fermè piscibus vescuntur incommodo, pisculentissimum effecit. Nam piscatorum quandoque in turbam incidens, retia educentium in litrus macra & prope vacua, illorum misertus, ad orandum animum conuertit, inde bene retibus precatus, illa denuò tendi iussit. Quod ab iis cum esset, eius fide, nutuque præstitum ( iam enim homine maior habebatur ) vim tantam piscium omnis generis conclusere, vt agrè in siccum illam perducerent, mansitque sua hæc mari feracitas locupletior quàm vnquam antea.

Mare de sterili  
pisculentum.

15

Puer ægrotus  
repentè  
sanatur.

15. Infantem filium, ad eum mater detulerat inflatione deformi tumidum ex obstructo pridem humorum decursu; afflictissimæ parenti, apud eum loco precum fuit misera pueri species. Acceptum inter brachia vir sanctus piis tenriter oculis contuens, bis teruè, Deus inquit, tibi benedicat, qua voce de cælo repentinam illi valetudinem, formosam & integram prius exorauit, quàm restitueret illum matri, his & talibus opinor,

15

Leprosus  
repentè munda-  
tur.

15. Leprosus in spem venit recuperandæ sanitatis quam frustra ex Medicis, & remediis diu petebat, huic iniecta mens à Deo, saluti eius propitio, vt sanctum Patrem curando corpori acciret: morem gerere vocanti Pater non potuit, grauiori negotio præpeditus, socium mittit cum mandatis, exquirendi ter ab ægrotò, an esset Christum professurus si ab ea lue sanaretur; constanter spondentem se fore Christianum, ter cruce consignaret, persanaret, mox ritè mysteria edoctum sacro baptisinate tingeret. Resque in eum, vt dixerat, modum tota cessit. Paciscitur Xauerij socius valetudinem pro conuersione; Leprosus data fide, ter interrogatus toties promittit religionem Christianam; ter cruce signatus repentè conualescit, eaque omni, momento derasa scabie ram terfo se stupet ac nitido corpore vt vnquam in vita fuisset. Ergo miraculi compulsus ineluctabili fulgore datam fidem exsoluit, & sacro fonte abluitur.

16

Puella ad  
vitam reuo-  
catur.

16. Illustrius aliud, & ad Christianæ apud eum populum gloriæ incrementum efficacius, ostensum in puella ad vitam ex morte reuocanda. Erat hæc vnicè patri cara, homini ethnico sed nobilitate, & opibus inter suos claro: in flore annorum fato functa, cum patri dolorem attulit,

attulit, v  
plus vita  
qui sene  
magnitu  
rat; tam  
difficile  
aliquant  
oculis m  
precibus  
sibi præc  
alioqui  
patris in  
tisper s  
consola  
at is qui  
domesti  
uer, il  
hoc solu  
indigna  
auditqu  
filiam in  
dem æd  
do aspe  
Quæren  
puella c  
henfam  
ram ign  
sed ven  
assertan  
tellexit  
acturus  
puella,  
ignibus  
ipsa, vi  
buti my  
17  
quam  
præpot  
diuina  
instinct  
les grat  
lego, e  
nistros  
bat, D



attulit, vt tantum non cerebro moueretur; luctu certè infano eius quam plus vita diligebat, miserationem sui cunctis ciebat, & lacrimas: in iis qui senem consolaturi aduentabant, Neophyti duo gestorum Xauerij magnitudinem edocti, suadent ex eo consolationem nihil dubitans quærat; tanti viri consilium pietate, filiam petat sibi restitui; non fore illi difficile à mortuis illam excitare. His paulùm respirans, & refocillatus aliquantula spe, sanctum Patrem adit, eiusque pedibus aduolutus, oculis magis, quàm interceptis dolore vocibus, rogat si tantùm valeat precibus, apud illum quem prædicabat Deum, vnicam filiam morte sibi præceptam redderet, eadem gratia se quoque in vita retinendum, alioqui puella mortua, non posse illi superstitem viuere. Afflictiissimi patris inflexus lacrimis vir sanctus, cum Ioanne Fernandio socio tantisper secedit, precaturus Deum, vt miserum senem sua dignaretur consolatione: regressus paulo post; vade, inquit, filia tua certò viuunt; at is qui videns secedentem, ad hoc domum intrasse putauerat, vt ab domestico expeditus negotio quopiam, secum veniret ad filia cadaver, illudque fletu, & precibus excitaret, ludi se credidit, dum hoc solum ex eo audiit, certò filiam viuere; recedebat itaque iratus, & indignans, cum seruum aspicit, lætum & hilarem sibi obuiam currere, auditque longè inelamantem, porrò ipse quoque gradum maturaret, filiam in vitam redisse, imò sanam, & incolumem agere; moxque pedem ædibus inferenti eadem occurrit, cuius adeò insperato & iucundo aspectu, gaudio suo impar senex propè absuit vt animam ageret. Quærenti verò inter complexus, & lacrimas seriem rei gestæ, narrauit puella confestim à morte adstitisse sibi horrendos carnifices; ab iis prehensam, & in altæ voraginis protractam crepidinem, vt subiectis arsuram ignibus darent præcipitem; at duos repente iis obstitisse ignota sibi sed venerabili specie, increpuisse sauos carnifices, seque de illorum assertam manibus, vitæ ac valetudini, quo pacto nesciret redditam. Intellexit pater quibusnam duobus ea liberatio deberetur, iis gratias acturus secum illam Xauerio sistit, quem vt cum Fernandio inspexit puella, vehementer admirans, ad patrem, sunt, inquit, hi duo qui me ignibus exemptam, vita iterum donarunt; nec mora tum parens, tum ipsa, vitali lauacro ablui flagitarunt; postea familiares reliqui, sacris imbuti mysteriis Christum alacres sunt professi.

17 Istis & hæcenus in Iaponia nunquam visis, nec de vilo vniquam Deo Iaponiæ auditis Xauerio fama incomparabilis meriti, & præpotentis apud Deum mansit, quam etiam publicè conuictio læsam diuina æquitas vltra est. Homo nefarius vel suapte audacia, vel à Bonziis instinctus iniuriosè verbis Xauerium excepit; sereno & placidè humiles gratias pro conuictis meditantibus suggestit Deus velle se in hoc sacrilego, exemplum terroris edere, quò eius pœna cæteri discerent Dei ministros obseruare; vultu ergo sedato, sed malo indolens quod ei nunciabat, Deus, inquit tibi os seruet, & dicto citius, os illi putrescere.

Y

retro,

17

Conuictiãtem  
Xauer. Deus  
plectit oris  
carnicodæ.

170 *De Vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

tetro ac deformi carminomate corripit; intus exedi, & foris; pus, vermes, foetorem intolerabilem ebullire.

18  
Bonziorum  
feditio  
Xaverium  
vexat Rex  
Saxumæ.

18 Quod sanè Bonzios terroris ostentum, reducere in viam debuit, sed multitudine audaces, nullo sibi priuatim, ex coniuratione omnium metuente; noua res acriùs inflammavit. Matrona illustris post susceptam fidem, cum multa familia solemnè ritu initiata est sacro baptisate. Conspicati Bonziji tot suas è pulpitis minas vanescere, quibus ab audiendo Xaverio populum exterebant, tot diu noctuque insultus in socios, & eorum domum frustra esse ad eos Cangoxima abigendos, nouam machinam fabricant; ex postulare de Rege apud Regem decernunt omnium Deorum nomine. Delectu inter se habito, qui auctoritate & opinione scientiæ eminebant ad illum adeunt, minaces magis quam supplices; aiunt se Amida & Xacha nomine chorique totius Deorum Iaponensium adesse. Mitti se ab iis ex eo rogaturos, quam se orbis in partem iuberet exulare? nouas sedes, & templa quærere? quando ipsi tanta sua cum ignominia ex ipsius regno, seu verius suo pellerentur, vt darent idolo peregrino locum, quod arrogati sibi cultus consortem admitteret neminem: quis esset tandem rex? homo de populo, & profanus, qui se religionis arbitrum, Deorum iudicem diceret, exterminaretque proprios vt sedem præberet alienis? tam cæcas videlicet Academias omnes Iaponum extirpsisse? errasse tot seculis deceptos populos, vt iis aliorum superueniret auctor Deorum, & cultuum? quid essent dicturi posteri cum Regem Saxumæ legerent pro accepto à Xacha & Amida regno hanc iis gratiam retulisse vt eos templis, honore, cultuque priuaret quibus inter Iapones; possessione legitima ab æuo fruebantur? passuras nè hanc impietatem affines prouincias: quin & ipsius imperio subiectos tranquillè nimirum tacitèque laturos, nec moturos in eum arma ad restituendos regno Deos, & exturbandum qui eos expellebat? Sunt qui scribant Regem ista Bonziorum tam acri offensum obiurgatione, superbè pariter, minacitèque respondisse: sed longè aliud ex Xaverio habetur, scribit statim querelis superatum, suadetque id ratio quæ facultatem ex eo expresserat promulgandi Cangoximæ Euangelij; gratificatus enim Xaverio non salutis causa, sed augendorum spe censuum, vbi sensit ex ea damnorum quam lucri sibi multo plus imminere, rebellionem, & sceptri iacturam veritus sua indulsit Bonziis postulata, abstinitque deinceps ab Xaverij tutela, & fidei cursum inhibuit, haud tamen id egit edicti prioris præcipiti abrogatione, vel ne periculoso in posterum documento suorum minis territus videretur, vel quod onerarias Lusitanas è Sinis Cangoximam puraret proximè appulsuras. Verùm vt cognouit Firandum tendere cuius pridem cum rege lethales inimicitias, tunc bellum etiam gerebat; primum apud Xaverium grauiter questus est malè de se mereri Lusitanos, & suam ab iis beneuolentiam pessimè rependi, vt qui velut offensæ studio in portum sui hostis maluissent, quàm in regnum suum succedere, vbi acceptissimi erant, & omnibus

cari

cari. Dei  
nia, nou  
conatu  
pè subit  
concion  
dum, m  
casa de

19  
rauerat  
to pauci  
tiam sin  
ad exilia  
ipse, vt  
ducere,  
Christia  
recenti  
Qua eti  
aptiores  
tim de v  
lis vnum  
hominis  
plausum  
ma hæc  
rentia,  
tum, er  
magister  
fide, mu  
mandara  
mens e  
diutiùs r  
abeunte  
egere gr  
solem sit  
exitium

20  
anno 15  
benignit  
tassis exp  
peruene  
viæ quæ  
xumæ cl  
imò ab i  
rupes ad  
iure cen

cari. Deinde Cangoximæ pœna capitis edixit, ne quis legem autam Iaponiæ, nona lege mutaret, ab Europæis Bonziis allata. Hinc omnes Apostoli conatus, & sudati hæctenus labores ad subigendum fidei id solum, propè subito conciderunt, illa ordinum omnium ardens frequentia, ad concionantem in compitis, & ad disputantem cum Bonziis audiendum, metu ac minis fracta longè dissiliit, solus cum sociis, angustia in casa desertus mansit.

19 At è contrario quorum iam Deus corda tetigerat, & corroborauerat baptismi vis potens; unde alij abiici, inde ipsi assurgere & quanto pauciores, (nam pauci supra centum erant) tantò electionis suæ gratiam singularem tueri audentius; sistere se Xauerio fortiter, accinctos ad exilia, & mortem pro defensione fidei quam erant professi. Hos verò ipse, vt consueuerat, maiorem in noua fundanda Christianitate virtutis ducere, quàm multitudinis rationem; virgere semper ad vltiora; vsu Christianorum operum exercere; stans quotidie horis apud se cogere, recenti aliquo de religione ac moribus documento facturus doctiores. Qua etiam ex causa, selectas è sacris literis paginas, illorum temporibus aptiores, suas item quasdam inscriptiones pias, Iaponicè vertit, ac nominatim de vita Redemptoris historiam integram, de qua confessibus singulis vnum, aut alterum mysterium explicans, ea commotione interioris hominis, & diuini amoris excipiebatur ab sancto fortique auditore, vt plausuum loco, lacrimas ederet; tam altis demum, & firmis radicibus, prima hæc Christi germina hædere, vt manu cultoris multos per annos carentia, retinuerint constanter vigorem à sancto patre olim sibi ingentium, creuerintque perinde accessionibus virtutum, vt si eius presentis magisterio colerentur. Ac poterat quidem, pusillo gregi Paulus à sancta fide, multum gratia, qua valebat, & incitamento imitandi prodesse & mandarat vir sanctus, curas ab eo in illum intendi. Sed is sexto vix mense extinctus est, ac Deo placuit, virtuti eius eximie debita præmia diutius non differre: magno desiderio, & fletu profecuti sunt Xauerium abeuntem, sui neophyti summæque magistro optimo, & profecto iustas egere gratias, quod tantis suis periculis, & ærumnis, altero ex orbe, solem sibi veræ salutis intulisset, alioqui omninò perituris, iamque in exitium æternum ruentibus.

20 Incunte Septembri, duobus cum sociis, Cangoxima exiit, anno 1550. & quòd exhaustis laboribus malignè is ager responderat, benignitatis diuinæ fuit hos illi sudores reponere, præter omnem fortassis expectationem. Eius nomen, & gesta latè circum effusa in arcem peruenerant octauo decimo milliari Cangoxima sitam; imminebat arx viæ quæ Firandumitur, quo & ipse tendebat; principi suberat, regis Saxumæ clienti: eò quamquam externus, sed tamen notissimus aduenit, imò ab indigenis quibusdam humanissima vi in eam inducitur. Est hæc rupes ad stuporem opus, si quod aliud vsquam orbe toto visendum, & iure censendum in mundi miraculis. Quicquid locis potest ad defensionem

19  
Cangoximæ  
primorum  
Christi for-  
titudò.

20  
Echandoni  
arx è solido  
faxo, & clara  
illuc Xauerij  
gesta.

nem constructis, ab natura situs opportuni; providentiæ ab arte; soliditatis ab operibus, id omne arx illa nacta est, rupis excelsæ imposita vertici, seu potius innata eminent; exterior murus alta, & perpetua voragine cingitur, idcirco vndique inaccessus, nisi tramite per angusto, & paucissimis custodibus tuto: nihil ibi latibus, aut calci, omnia duris lignibus viuo in saxo excauata: in iis murus quæ dixi, profunda vndique in præcipitia incisus, & ausu artis incomparabili, solido in saxo venæ durissimæ in summam celsitatem productus. Ex interiori supercilio eius muri propugnacula consurgunt decem, ingentia, non vti apud nos planis intermedij muri frontibus inter se commissa, sed tantum subductariis pontibus in mutuos aditus connexa, cæterum ex vno corpore solida, nisi quantum sua cuiusque cauerna obtinet ad contubernium militis; & arcanae haud quidem ad exitus, sed introrsum viæ, quæ omnes attinent ad Decumanum, & princeps castrum media inter propugnacula sublimè, validis turribus, & speculis munitum, estque hoc arcis caput, & robur præcipuum, vni obnoxium, & expugnabile solum fami. Porro istud arcis interius caput; totum quoque eidem incisum viæ rupi, superficie laterum exhibet planam, eoque defensionem aptiorem, & inuasioni minus obnoxiam: interior domus iis splendet laboribus, quos nullus aut Scopas, aut Praxiteles æquarit. Regia est cui pulchritudinis & commoditatis nihil desit, atria, porticus, aulæ, cubicula, omnia, è saxo, ad omnem ornatum subtilissimi operis, scalpris, & arte ita ducto, vt fustum, non sculptum videatur. Hæc de illa ipsimet qui viderant scribunt. Parebat Echandonno toparchæ cum hospes in eam inuitatus est vir sanctus, qui statim fiducia, quam ille hospitem liberalis præbebat comitas, de religione vera, & æterna salute aggreditur. Circumstabat dicentem vniuersa Toni familia (toparcharum est hæc nomenclatio) aderant & præsidarij milites, ardebatque loquentis oratio veritatis æternæ radiis, & virtutum religiosarum viua luce, quibus accedente disputationum acrium ventilatione, ita omnes discussit eorum hæsitaciones, & dubiorum ambigua, vt antè actæ vitæ deflerent cæcitatem, & ex iis septemdecim primo iactu captos sua ipse manu sacris ablueret, & nouam Deo hostiam consecraret, idem cæteros ad vnum tenebat feruor, nisi Echandonus qui tamen affix supra reliquos videbatur, facultati quam aliis dederat, exemplo suo defuisset; Regis sui, ac Domini edictione nupera perturbatus, metuit eam subire capitis si Christianum se proderet, tamen se Christum diceret, tacitè, & animo colere; & verò vxori, & nato maximo liberorum quadrino, indulsit baptismo tingi, de se quoque idem pollicitus, si quando rex erga Christianos æquiores animum induisset. Inter eos qui Christum amplexi sunt, fuit ipsius domui præfectus, grandi ætate, ac prudentia vir, cui suas vices Xaverius credidit in educatione illius Christianitatis; quare sub discessum baptizandi formam, Symboli explanationem, vitæ Christi epitomem, & pœnitentiæ psalmos septem, adiunctis Sanctorum Litanis, cum Calendaria festorum tabula, illi Iaponicè

ponicè  
tuit, vt  
cis, eò  
doctrin  
psalmo  
bitatis,  
lit soli  
feruent  
meida,  
innocent  
tatis or  
aut par  
ferret,  
Etorem  
piis illo  
ceperat  
accesse  
pulis m  
nalingu  
ordine  
in Apo  
quod c  
eius au  
esset R  
trepidè  
tuo fid  
omnes  
deratur  
Christi  
21. R  
nibus,  
leratio  
qualia  
Toni v  
culis c  
guum  
meriti  
idem c  
a Deo  
cū ea  
lum sa  
rum p  
Arcis  
sacculi

ponicè tradidit, designatòque ad sacellum intra palatium conclauit statuit, vt quoscunque haberet Christianos, & quàm multos posset de ethnicis, eò diebus dominicis congregaret, & partem iis aliquam Christianæ doctrinæ perlegeret; diebus Veneris decantandos curaret pœnitentiæ psalmos, & quotidie Litanias. Post hæc in Rupe Echandoni, iacta prohibitatis, & fidei semina, Firandum Xauerius contendit, sed messem tulit soli benignitas copiosissimam; quæ factis, verbisque industrij, & feruentis Præfecti, ita creuit, vt annis ab hinc tredecim Ludouicus Almeida, Christianos illic plus centum repererit, tam castigatâ morum innocentia, tantâ præstantiâ virtutis, precandi assiduitate, mutua caritatis officio; & vsu publicæ suimet afflictationis, vt cœnobium magis, aut paruam speciem, nascentis olim Ecclesiæ, quàm arcem militum referret, haud quidem alio quàm diuino Spiritu eorum in cordibus doctorem agente. Tonus ipse, quamuis etiam tum ethnicum præferens, piis illorum intererat cœtibus, duosque alios quos per id temporis suscepserat filios, baptismo lustrari voluerat. Eorum è numero qui primis accesserant, quinque iis erant prædicti dotibus, qui possent integris populis magistri præfici: vnus ducto è Xauerij scriptis argumento, materna lingua librum composuit, quo restituti à Christo hominis, eleganti ordine seriem digessit, ab Angelorum, & Adami lapsu, ad Spiritus sancti in Apostolos descensum, idque opus frater Almeida dignum iudicauit quod communicaret cum Bungenibus Christianis. Est autem hic idem eius auctor, qui consueto in cœtu aliquandò, rogatus sententiam, quid esset Regi responsurus, si Christi legem iuberet eiurare? Ego, inquit, intrepidè dicerem. Clientem me opinor, habere vis, Domine! scepro tuo fidelem, tuis rationibus addictum, promptum tibi mori & viuere, in omnes æquum & integrum, obseruantem Maiorum, erga æquales moderatum, misericordem & pium plebeiis, & infimis; iube ergo me esse Christianum, id enim totum est, iure & officio Christianus.

21. Rursus esse prohibes Christianum? eadem operâ, tibi, mihi, omnibus, tantò perfidiosior, & nocentior fio, quantò Deo infensior & sceleratior. Demum ad Apostoli decora, in arce Echandoni duo spectant etiam qualia pauperem decebant munuscula, mira tamen valdeque insignia. Toni vxorem sacculo donauit, cum inclusis Sanctorum Litanijs, & preculis quæ sua ipse descripserat manu. Magni fecit sapiens matrona exiguum munus, & de experimento breui sanctitatis, noti apud Deum meriti hominem edocta, non agrè coniecit, quæ illi in vsu fuerant, idem eius respectu præstitura, quod ille si præsens adesset, in obtinendis a Deo postulatis; in quo nec mulieris pietas, aberrauit, nec qui similiter cū ea sentiebant, quibuscumque domi morbo ictis appenderetur ad collum sacculus, miraculo subito sanabantur. Nec hærebat Christianorum paucorum angustiis, illa vis, paribus ethnicos beneficiis peruadebat. Arcis toparcha Eschadonus, in extremis agens omniq; iam sensu defectus sacculi contactu restitutus conseruit: munusculum alterū merito sancti de-

21

Miracula in arce Echandoni patrata.

dit Xaverius quem substituerat magisterij sui vicarium : flagellum quo corpus castigabat illud diuersissimos in vsus neophyti optimi adhibebant, alium curandis attractu illius ægrotis, inter quos Toni vxor, morti proxima confestim valuit, vbi efformata eo flagello cruce signata est; Alium cædendo diebus Veneris corpori, quoad bonus senex non ferens sic illud deteri, suo quemque flagello vti persuasit, tum hac voluntaria defunctis pœna, sancti viri flagellum sigillatim hac lege commo- dabat, ne ultra tres plagas eo sibi quisque infligeret. His sanctimoniam suam monumentis beatus apostolus, etsi absens, ibidem perpetuò vixit, post- que suum discessum, non destitit ethnicos ad Christum conuertere, ad perfectam virtutem vrgeri Christianos, vnde ille ipsorum ad fratrem nostrum Almeidam concursus illac, quatuordecim post annos transun- tem; æmulatio illa scitantium, rogitantium & memorantium, de sancto suo Patre, ac desiderio illius iterum cernendi, & vicissim mirabiliora de eodem auditis auribus referente Almeida captantium.

22. Inde petens Firandum Xaverius, pedes iter ad mare duobus cum socijs arripit, suis quisque onustus sarcinulis, & supellectili ad rem di- uinam sacra: magnis terra & mari molestiis, & discriminibus, maior- trium Christi seruorum exstabat animus; flocci omnia, mortemque adeò arbitratis, dum Christi regno, legi & fidei, regnum illud adiunge- rent. Leuabat quoque itineris, & victus incommoda, & apertas sub- dio noctes (nulla enim illic diuersoria peregrinantium) comitas ueruz- consuetudinis, & de rebus diuinis sermo assiduus, piorumque inter se, communicatio animi sensuum; imò solus inuicem aspectus alacritatis explicata, & dei potius quem, sequebantur ac virtutis, quam virium beneficio vegeta. Sic tandem Firandum appulsi, festo tubarum sonitu ex- plicatis signis, & explosione tormentorum à Præfectis Lusitanarum nau- uium sunt excepti, gratulantibus sibi maiorem in modum, quod in illo mundi ultimo cardine daretur eo viro frui, qui totius Indiæ animos se- cum ferret: ab iis comitatu non dispari, & reuerentiâ in aulam deduci- tur, vbi ex perlatis Cangoxima nunciis, & Lusitanorum relatu iam notus, perhonorificè ab Rege est habitus: iuuit ad hoc non parum honoris pompa quo profecuti sunt illum sui, necessaria plane tunc, ne homini ethnico, Dei, & verarum ignaro virtutum, ex cultu paupere, habituque modesto, Apostolus primo accessu vilesceret. Qualiscunque autem ostentatio hæc fuit, certum ex ea nihil gratum Xaverio rediisse, præter facultatem amplo statim concessam Regis diplomate, promulgandæ Fi- randi, propagandæque legis Christianæ. Ergo in vias & compita pro- dire, de regno Dei audenter dicere, totam, vt fit, doctrinam nouitate tra- here ciuitatem ad audiendos Europæ Bonzios de sua lege differentes; parte alia Deus eorum linguis auditorij animos validè conuenire; fuit- que tam felix prima in dæmonem illa impressio, vt plures non plus vi- ginti diebus baptismo lustrarent, quam anno toto Cangoximæ. Quare agri captus bonitate Xaverius, cælique in illud aspectu benefico, ex- colendum

coleno  
templ  
bris ca  
ginta  
23 A  
decem  
locupl  
aulici  
farum  
rius pe  
Bonzi  
Euang  
aggre  
scienc  
ria tan  
Iapon  
facile  
rant,  
vulgè  
menf  
in Iap  
docer  
in do  
tur ot  
& pat  
plexu  
inter  
que v  
( qua  
quod  
omni  
hone  
form  
dogm  
ris co  
lenoc  
Chri  
effus  
rent  
esse h  
venit  
iis er  
ex E  
huc

colendum reliquis P. Cosmo Turriano, qui mox Lusitanorum largitate templum in littore ad diuina mysteria posuit. Xauerius sub finem Octobris cum Ioanne Fernandio Meacum iturus, Amanguccium prius septuaginta miliarium itinere diuertit.

23 Amanguccium opulenta inter Iaponias, & nobilis habetur ciuitas, decem millibus domorum constans, agris ferax, externorum commerciis locuples, diues vbertate argenti fossilis, regni caput, & sedes, totiusque aulici splendoris: sed æquè scelerum obstricta tyrannide, ac portentosarum libidinum, vt cum iure, Iaponiæ Sodomam dixeris. In ea Xauerius petendæ ab Rege Oxindono veniæ posthabita cura, & beneuolentiæ Bonziorum, bis quotidie se dat in publicum, & animoso præconio Euangelium proponit; idem in alia vrbis parte Fernandius feruenter aggreditur. Curritur vndique ad eorum vocem, ciues, fama præcurrrens, sciendi cupidos fecerat, nùm philosophiæ huius exoticæ arcana mysteria tanti essent, quæ ab vsque postremis mundi limitibus debuissent in Iaponiam portari. Gentis enim superbus genius, maximè nobiles, ijs perfacile capiuntur, quæ grande aliquid generosæ gloriæ, & excelsum spirant, eosque suspiciunt quibus illa inesse viderint, cuiusmodi erat quod vulgò de nostris & verè canebatur, ad hoc vnum tam periculosa, & immensa itinera, tot tempestates, & maria, ex Europa in Indiam, ex Indiis in Iaponiam emensos, vt legis suæ dogmata traderent, eiusque sequaces docendo fingerent. Itaque vix erant in plateis auditi, cum accersuntur in domos nobilium, cum honore habentur, obseruantur, dicere rogantur otiosè, ac placidè de sua illa quam denunciarant lege: nam si auita, & patria iudicaretur ab ipsis melior, data fide spondebant se illam complexuros. At enim promissis, facta erant quàm dissimillima. Duabus inter se compositis legibus, hærebat ferè omnium animis hic sensus, absque vlla comparatione esse Christianam magis consentaneam rationi (quæ illic suprema est regula de animæ rebus causisque iudicandi,) quod autem Christianam, sola veri bonique perspicientia haudquaquam omninò perficit, vbi ad præcepta ventum erat, ad vxoris vnius in cõugiis honestatem, ad condonandas iniurias, ad execrationem fœdarum deformiumque libidinum, quæ illic ne vitio quidem ducebantur; tum verò dogma Christianum, probum esto, sed tamen mordacis, & austeri saporis conspuebant, nec iam instinctu sedatæ rationis, sed mentis prauitate lenociniis sensuum corruptæ abripiebantur. Erant nihilominus qui Christo patienti condolerent, eiusque narratis cruciatibus, & ignominia effusè flerent. Erant è contrario multò plures, qui ea pro fabulis haberent, ac luderent: ab his sparsum cum esset; de Xauerio & Fernandio, esse homines circumforaneos, & illuc ad venditanda mendacia, & nugas venisse; quoties prodibant, toties puerorum, & plebeculæ fæx à tergo iis erat, diæteriis turpibus, lapidatione, conuitiis, & luto incessens. En ex Europa Bonziorum par nobile! en viros egregios ex orbis confinio huc delatos, vt persuadeant scilicet, salutem nos consequi, nisi eorum

23

Amanguccij  
malè habetur.

ex

ex lege vixerimus non posse. En qui vetant præter vnum credi, & coli Deum; præter vnam haberi vxorem, & his similia occinebat; quibus in vtramque partem ad regem delatis, rem per se statuit explorare, sibi sibi hos iubet, qui sint interrogari? vndenam gentium? cur illuc venerint? conditione illorum comperta, auditó que consilio susceptæ ex Europa, in Iapones nauigationis, ad eum eiusque populos æterno exemptos exitio, in beatitudinis æternæ viam inducendos, quòd vna poterat veri Dei cognitio, & legum eius obseruatio præstare; legis illius, subintulit Rex, summam, rationesque mihi edicite.

24  
Coram Rege  
sed frustra  
Christum  
prædicet.

24 Hic verò, exorsus Xaverius dicere, hora plus solida, & idiomate Iaponum, conditi orbis primordia repetiit, quæ ad hoc temporis illic nouerat nemo; tum egit de animæ immortalitate; de fine hominis vltimo & eiusdem lapsu; de æternitate præmiorum & suppliciorum; deque aduentu liberatoris magni, qui & meritis pœnis eripuisset reos, & amissa iis dona, & præmia redderet: Vultu rex composito, & graui cum se ita dictis attentum præbuisset, vt ne verbulo quidem interiecto sermonem turbaret, nullo vtramuis in partem approbantis, aut improbantis dato indicio, illos humanissimè dimisit. Nempè ille de cælo benefici, & præpotentis aspectus oculi, sanando Amanguccio destinatus, nondum illuxerat qui quarto post mense ad Apostoli reditum illuxit, Deo vrbi salutem, serui sui caritate, & patientia interim præparante. Tum quidem illic cum frustra deinceps futurus videretur, Deo inspirante Meacum se contulit, haud sibi aliquid inde melius spondens quàm Amanguccij, verùm vt illuc aditum panderet hominibus de societate, eius in futurum vestigia pressuris, & pedum cruenta laceratione, calles iis signaret patientiæ inuictæ, qua tam ærumnoso in itinere arserat, & durarat.

25  
Meacum  
quæ & quæta

Iamasciri regni Metropolis, & Iaponici sedes imperij Meacum, situm nacta est infelicissimum; procul nempè à mari ad Aquilonem versum, macilento, & syltoso solo, cincta montibus præaltis, frigori proinde illorum asperrimo vehementer obiecta, cui depellendo, ægrè ligna ad focum suppetunt; victu verò adeò tenui, vt extra legumina, & olera vix quicquam vulgus adhibeat. Magnificum igitur Meaci nomen (quod rem significat visu dignam) nec amœnitatem nec diuitias innuit, sed aulæ splendorem, & multitudinem ciuium innumerabilem. In regna quatuor eius porrigitur ditio Iassumi, Tambæ, Tanocuni, & Vomi, ex quibus Tensæ, quam vocant, imperium constat. Super sunt murorum veterum latè sparsæ, velut cadaueris immensæ reliquiæ, ex quibus nonnulli, Meaci antiquæ amplitudinem metiuntur, & volunt in viginti milliaria protensam, latam nouem; domorum millia complexam trecenta, sed quæ vltra vnam contignationem non surgerent, quod vtrumque ad verum accedet, si suburbiorum comprehendant alas; sed longè certius, ex trita hodieque illorum parcemia, Meacum demptis suburbiis ægrè centum millia ædium habuisse; inser quas, aliquot centena Palatiorum, & cœnobiorum,

nobiorum  
imperio  
vix medi  
stauraret  
minum  
mysteria  
sectas, h  
nihil esse  
fabulas  
& larga  
tium pal  
moliebat  
lio vinc  
di regula  
quoque  
sibi asser  
miis, n  
adducer  
ceps tut  
cumber  
cum soc  
thæo, &  
26  
per tota  
bri in ea  
bres sol  
ab indi  
duntur  
rum, v  
viator  
tatur cr  
rum ran  
pita per  
bus iter  
lem fac  
quàm i  
ducatis  
voluit  
stolus  
amicis  
egeren  
prome  
quàm  
Cruces



nobiorum, magnis spatiis urbem occupabant. Verùm distracto post hæc imperio, Meacum illam eò incendia, & bella redegerunt, vt sui parte vix media tueretur sese, donec eam cum tota Monarchia Taicosama instauraret, & pristinae gloriæ amulam faceret. Cæterum ea vrbs haud hominum magis quam flagitiorum Metropolis, Zazzi quoque sacrorum mysteriarchæ habebat thronum; Bonziorum discordes magno numero sectas, hoc vno concordēs, quod crederent de rebus post vitam futuris nihil esse quod credi deberet, proinde haud posse de iis aliud præter fabulas referri, ad hoc vtiles solùm, vt fictis terroribus, veram stitem, & largam ex credulo populo mungerent. In hanc belluarum lasciuientium paludem fœdam, arcemque superstitionis, Christi crucem inferre moliebatur Xauerius. Hac semel expugnata sperabat reliquas leui prælio vincendas, vt quæ illam spectarent, Magistram, & Matrem; sentiendi regulam, & agendi. Hæc vota si minùs succederent, statuebat Zazzi quoque disputatione, vel emolumentum priuato illicio, benevolentiam sibi asserere; eius enim cum sit religiones secernere, quæ illic ex Academiis, nouis auctoribus quotidie pullulant, ad hoc illum meditabatur adducere, vt Christianam quoque suo diplomate approbaret, quo deinceps tutus aduersus Bonzios in Euangelij promulgationem securè incumberet. Has voluens animo sublimes curas Amanguccio proficiscitur cum socio Ioanne Fernandio, & Iaponensibus Christianis duobus Marthao, & Bernardo.

26 Erat anni tempestas iter acturis importunissima; via, si qua vsquam per totam Iaponiam, periculis, & asperitate metuenda, medio Decem-  
bri in eam se immittit, hieme quæ illic sæuissima, in diurnos iam im-  
bres soluta, tum frigoribus adstricta tam diris, vix vt ipsis etiam valeant  
ab indigenis tolerari, horret omnis regio syluis, & montibus; interclu-  
duntur torrentibus valles, & paludum restagnatione; ramalia nemo-  
rum, vias interdum sternentia, obducuntur gelu, tam rigido, vt miser  
viator, lapsus plures numeret quàm passus, præter quam quòd pericli-  
tatur crebro ne ruinis illorum obteratur: scribit enim qui vidit, arbo-  
rum ramis increfcere stirias, & magnitudine trabium, in viatorum ca-  
pita pendere. Per has difficultatum arumnas Dei Apostolus nudis pedi-  
bus iter aggreditur, malè à vestibis contra frigus munitus; suppellecti-  
lem sacram in humeris gerens, nullo com meatu, præter tostam orizam,  
quàm in sacco Bernardus ferebat, & fontium frigidam. Nam ex mille  
ducatibus aureis, ab Ioanne Rege sibi attributis, ne obolo quidem iuari  
voluit, sed paupertatis non minùs studio, quàm animarum, verè Apo-  
stolus, omnia in egenos, vt parens in filios diuisit, quibus etiam ab  
amicis Malaca, & Goa subsidij aliquid rogauit, aiens quantò re omni  
egerent, tantò sua virtute Christianam opinionem magnam opemque  
promereri, nec esse in Iaponia Christianum, cui non esset Christus,  
quàm vita carior. Iam quot & quàm acerbis Meacum vsque deuorant  
cruces, vel inde palam fit. Quod duarum iter hebdomadam vix duobus  
absoluerit

26

Itineris Mea-  
censis arum-  
næ, & vacuus  
succellus.

Z

absoluerit mensibus, quanquam vegeto gressu, & magnis itineribus properaret, sursum deorsum errans, pedibus manibusque ad inaccessa reptans; quâ viarum ductu, quâ illarum ignoratione, adactus in edita montium quocunque modo euadere, vt inde aliquam aut urbem, aut villam conspicatus, cò descenderet, ad interrogandum de viæ errore corrigendo. Torrentes intereà, & stagna, & sylvas alto ceromatè lubricas superare: quâ nox occupasset, sudore, nec rarò pluuia madidus, sub dio, & nuda in silice congelare potius, quàm dormire, post tantillum orizæ ad reficiendas vires sumptum: sociorum tamen perpeffionibus quàm suis grauius afficiebatur. Ex eius enim sociis rescitum, in viam simul & orationem se dare solitum, inflammarique ore toto, igne illo quo mens interius æstuabat, & fixis in cælum oculis, deòque immerfium, non aduertisse dolores suos, sed per spinas, & acuta saxorum, tumidis frigore, & cruentis pedibus, qua ferret interior impetus, extra semitam progressum, relictis inter sentes, vestis laceræ frustis. Adesset, ô! mihi lux ad quam cernerem quòd ipse cernebat, & quo spectaculo, exundans delitiis animus abstrahebatur ab omni sensu, & procul à corpore sublime ferebatur: profectò si fuit rei cuiuspiam tam potens ad beandum ipsius animum aspectus, haud putem aliam fuisse, nisi si admissio in claram futuri caliginem monstrarit Deus, quàm multos fratrum maneret fors eadem, idem cum eo ardor, & spiritus, quo essent non diu post adhuc fumantia ipsius cruore recalcatu vestigia, illumque sua imitatione repræsentaturi posteris rediuuium; illos dico qui factam multorum annorum sudoribus Euangelij sementem, in duro Iaponiæ ethnica, & crudeli solo, sanguinis sui profusione fœcundarunt, suntque in perpetuos nepotes, eiusdem irrigationis propagaturi ardorem prodigum, per catenas, per cruces, per lanceas, per longas mortes lentorum ignium, per venena, vicesque gelidarum, bullientium, & extorquendarum ex visceribus intimis aquarum, per fossam denique (tormenti genus, cunctis retrò sæculis inauditum.) Hæc fortitudinis ac patientiæ ventura decora, si sensum doloris à Xauerio tollebant, non tamen gaudente animo, sua stabat corpori firmitas; laborum ponderi post mensem succubuit, & Sacai ægrotus tantisper iacuit, non curatione medicorum qui nulli aderant, sed breui quiete refouendus, hosque illi fructus terra hoc itinere protulit; mare haud multo mitiores; dum traiciendis sinuum angustis viæ compendia sectatur, piratis quibus feruebant omnia, repente assilientibus, repellebatur in apertum & iratum mare, sed prædonibus tolerabilius; ab iis tamen crebro impetitus, bis sagitta ictus; à nautis, tametsi barbaris, sub naui tecto seruatus est: & hos quidem insultus, cupiditatem piratarum vulgò existimant auctores, verùm ex iis quæ alibi lego facilè inducor, vt Bonziorum magis insidiis eum ad necem venantium, quam auaritiæ prædonum hos tribuam, viuax enim ipsius, & infatigabilis caritas, silere, ac premi nescia, quæcumque per oppida, pagosvè transiret erumpere, vicos & plateas obire, vbicumque adessent

qui

qui au  
lumma  
specie  
uerfos  
inde ali  
homulu  
nus, qu  
rantia,  
noua &  
duratur  
sensu  
batur,  
rorum  
& ioco  
cam, n  
Iapone  
damnal  
simplic  
que in  
turbule  
minaci  
ruisset  
premo  
sanctus  
amfiac  
lita; pl  
eorum  
operam  
bus siu  
sarcina  
Nunciu  
alienæ,  
do Cor  
rius) f  
quos si  
qui Iap  
prædic  
menda  
ardua  
Franci  
nes; n  
tum is  
Cosmu  
solum

qui audirent consistere, & quod viatori prolixior concio non liceret, summam fidei Christianæ magna voce corâ recitare, cuius per se leuis in speciem operæ, leue pretium non erat; non paucos enim hac arte conuersos & aquis vitalibus ab eo ablutos testatur Cosmus Turrianus, sed inde aliquantò patientiæ suæ lucris maioribus quàm caritatis ditabatur: homulus vndique malè ab omni re iustus, pannosus, nudipes, externus, quod peius illic sonat quàm barbarus, ad hæc longa malorum tolerantia, & morbo deformatus; loquitamen ausus, & denunciare tam noua & grandia; minari pœnas, præmia polliceri, vtraque æternùm duratura; horum merita præmiorum, mores & vitam exigere, libidini sensuum, & maiorum doctrinis, sacrisque contraria; pro stultitia ridebatur, isque pro amente. Plagis, luto, saxis, laceratione vestium, puerorum & vulgi plebs sancto illudebat, magno clamore iterans *dios dios*, & ioco traducens quòd ipse assidue repetebat, vocem deuotans Iaponicam, ne crederetur vnum aliquem ex iis nominare, quibus Dei nomen Iapones accommodant. Peius quoque in eum furebant Bonziji quorum damnabat potissimùm commenta sacrilega & ludificationes in populum simplicem sceleratas, viri Dei necem efferati poscebant, incendebantque in eam vulgi inuidiam, & manus; certum est duabus ex vrbibus, turbulenta extrusum lapidatione, fuisse periturum, nisi globo nubium minaci, densoque tonitru, ac fulgurum ignibus, Deus nefarios absteruisset homicidas. Suprema denique charitatis inuictæ documenta, supremo Apostolicæ huius peregrinationis, & difficillimo velut actu, vir sanctus præbuit: erat via præterquam ascensu aspera, continuis etiam amfractibus montium perplexa; ipsosque interdum accolæ fallere solita; plena milite & latrociniis omnia; captandi calles cæci, & auia, ab eorum incursum disita. Ergo Iaponibus aliquot mercatoribus suam operam locat, ibant equites citato gradu, & prædonum metu fugientibus similes; ipse à pedibus famulus, præter suam, etiam vnus illorum sarcinam deferens, cursu sequebatur, equos in hospitibus curabat, & huc Nuncium illum verè Apostolicum, huc, inquam, impetus salutis agebat alienæ, & hæc virtutum nepotibus monimenta signabat. Sunt isti (verba do Cosmi Turriani eo anno scripta quo Amangucij eum reuist Xauerius) sunt isti feruores, & contra seipsum conflictus longè alij ab iis quos fingunt animo, qui degunt inter Christianos. Attendant ij sanè qui Iaponicam ambiunt expeditionem cuiusmodi cœptis Euangelij prædicatio in Iaponia steterit; qualive imitatione eius prouectio commendata iis fuerit. Prorsus comperient quantacunque ipsi, quantumuis ardua peragant flocci fore, si cum iis conferantur quæ P. Magister Franciscus, & egit, & pertulit; sic futuri sunt ab tentationibus immunes; nunc obtrectantium maledicta, contumelias, famem, frigus quæ tum is, tum socij passi sunt, sigillatim censere infiniti operis fuerit] ita Cosmus. Et erant hæc tamen vt aiebam aggressiones primæ in quas eò solùm à Deo mittebatur vt cruci aditum aperiret, & Christi nomine

possessionem iniret illarum gentium; redux inde, suorum laborum meritos fructus aliis cederet, eius item sanctimoniam merito plus ultra progressuris. Meacum illam populis stipatam innumeris, arma, & bellae vertebant, in vicinos Reges ardentia; nemo vnus qui aduerteteret Dei praeconio fungentem; nemo qui petenti magnis conatibus Vooi, aut Zazzi affatus impetraret; siue is illorum tribunalium mos erat, seu auaritia ministrorum; ducatis aureis sexcentis emi aditum oportebat, ad vnum ex iis magistratibus aliquem. Xauerio praeter se nihil erat, & praeter thesauros salutis, illic despiciatos, & reiectitios: spebus ergo manifeste cassis, Februario exeunte anno 1551. idem iter, iisdem terrarumque periculis retexere cogitur.

27 Sed suis non debuit carere praemiis tam heroica peregrinatio; haec Amanguccij a Deo illi seruabantur, vbi post spatium ab suo discessu quadrimestre redux, viam inuit fidei illuc inducenda, quae tunc aliis visa est conducibilior; captanda nimirum Regis benevolentia, & fauore, munere aliquo cui pegrinitas, & elegantia gratiam adderet: in eam rem ab amicissimis, sibi que plurimum addictis Gubernatore Indiae, & Malaccae Praefecto horariam machinam, & musicum organum singulari arte fabricata acceperat, & alia ex operibus Europaeis numero tredecim, illic plane inuisa, proinde Regi maxime accepta, quare gratum animum testatus, auri pondus, & argenti magnum ad Xauerium dono misit; verum is decenter, abstinentiam excusans muneris, significauit Regi per nuncios, nullius se rei cupiditate illuc nauigasse, nisi desiderio communicandi cum illo, eiusque populis summi Boni, cui par nullum orbis haberet vniuersus: id perficere vt posset, egere se ipsius fauore beneuolo, quem esset quamprimum ex eo rogaturus: Et vero die proximè sequenti Goani Episcopi, & Gubernatoris Indiarum ei literas reddidit, quibus illi Christianam legem eiusque praeconem Xauerium laudabant; subinde ex eo petiit sibi vt liceret eam populo euulgare, quod is tum benigne admodum concessit, tum locis per urbem frequentioribus, iussit de more tabulas appendi, quibus edicebat placere sibi legem nouam quae ab Europaeis Bonziis docebatur, a suis populis suscipi; cumque ipsi externi, & sponte pauperes, recto, & auditorio carerent, Bonziorum caenobium habitatore vacuum se illis assignare: hac tutela securi regiae potestatis Xauerius, & Fernandus, liberè deinceps foras procedere; Christiana dogmata, & sacra in compitis frequenti populo audenter, bis quotidie tradere, Bonziis nequicquam, sed metu edicti regij, tacite inter se frementibus; vbi Deo, praesenti negotio, praesens subsidium suggerente, linguarum donum Xauerio instauratur, Sinensibus, quos eo plurimos commercia vexerant, Sinarum lingua conciones habebat matutinas; Iaponensibus pomeridianas Iaponice, fiebat ingens auditorum omnis generis concursus, & qui eius mouebat & linguam, & mentem sapientiae spiritus, in adstantium animos tam alte influebat, vt quam lato risu, & scommatis explosus antea fuerat, tanta nunc approbatione, & reuerentia

27  
Amanguccij  
redit; & ma-  
gno successu  
Christum  
praedicat.

uerenti  
cipuae,  
grauit  
ipsum t  
dentibu  
ris subil  
ipse cla  
oportet  
& quae  
28 I  
nauis p  
nihil po  
na quat  
Religio  
& mult  
Theolo  
cessuris  
paratos  
aqua pu  
etiam &  
ricula a  
das; in  
fanda d  
minum  
conuiti  
chinan  
siue ad  
in has t  
rosque  
multi a  
obruen  
fatione  
ac ne a  
bit ope  
di, mult  
ingeniu  
bent. Q  
que sed  
tas imp  
sunt do  
sius dis  
terius  
Christia  
uerum,

uerentia illi plauderetur: in iis nobilium, & literatorum fuere partes præcipuæ, hi vt commodius audirent, & elucidarent disputando, quæ rerum grauitas, & ingenium perspicax subministrabat ambigua, cœpere apud ipsum tam multi conuenire, vt scribat, iis domum angustam fuisse, recedentibus itaque aliis quærendo, & contendendo fessis, nec tamen futuris subibant alij, nouis grauidi dubiis, integraturi concertationem, quod ipse clarius ad Ignatium scribit, dotes ei exponens quibus præditos oporteret, quos in Iaponiam destinaret, vbi seipsum in iis depingit, & quæ biennio expertus didicerat.

28 Poscit homines primum adeo inculpato, vt curiositas Iaponum nãuis prope indeprehensibilis offendi tenera, suorum in diuinis Doctorum, nihil possit in iis quod carpat aduertere. Deinde non minus ab doctrina quam à virtutibus egregiè munitos. Sic enim etiam Iapones suas illas Religiones antiquas defendunt, vt dicant suis, se quoque niti Theologis, & multis numero, & scientia notis, & nulli doctrinæ concessuris, nisi Theologis, & multis numero, & scientia notis, & nulli doctrinæ concessuris, nisi rationum vi solida certa que stabilitæ. Tertio vult ita comparatos ad tolerantiam cuiusuis incommodi, vt possint herbis, legumine, aqua pura contenti viuere, vestiri miserè, asperitatè perpeti frigoris, lecto, etiam & tecto carere. Ad hæc versent ingentes animos, in continua pericula alacres, mortèsq; adeo si res ferat, per cruciatus vltimos adeundas; impetendi sunt enim Bonziji aperto Marte, retegenda illorum nefanda dedecora; Doctrina in contemptum, mores in execrationem hominum traducendi, quam vbi se vident non posse disputando exire, ad conuitia & contumelias vertuntur, & tondenti, se pressius exitium machinantur.] subdit consequenter [Scribo ad D. Magistrum Simonem, siue ad alium qui forte nostris Conimbricæ absente illo præsit, ne quos in has mittat vniuersitates Iaponiæ, nisi tuæ perspectos penitus approbatosque caritati: futura iis est à vexatoribus patientiæ grauior quàm multi arbitrentur seges: visentium tædio, & multitudine diu, noctuque obruentur; accersentur in domos nobilium post habita quauis excusatione, deerit ad precandum, meditandum, contemplandum tempus, ac ne animo quidem suppetet interdum colligendo, imò nec sacris licebit operari saltem initio, sed nec spatium dabitur diuini officij exsoluendi, multo minus edendi, capiendique somni: importunum est Iaponum ingenium erga extraneos maximè, quos & nihili pendunt, & ioco habent. Quid autem cum erunt eorum omnes exagitandæ condemnandæque sectæ, & scelera.] Ita ille, sed hæc sapientum Iaponum importunitas improba, viti sancti consilia opportune admodum adiuuit; vt enim sunt dociles, & ad rationis imperium faciles, quanto inquirebant curiosius disputando, & interrogando, tanto in veri notitiam citius, atque interius inducunt sese, ac nube discussa dubitationum intelligebant in Christianorum religione nihil esse, quod aduersus Examen quamlibet seuerum, & inuidiosum, fortiter & inexpugnabile non stare, Iaponum superstitio

28

Quibus dotibus, in Iaponiam mittendos clarere oportet.

perditionem, sectæ nouem & plures distrahebant, numerosæ discordes, oppositæ, perpetuo ambitu disputationum altercantes, vnaquaque sibi prærogatiuam boni verique vindicante. Ast vbi Xaverius in campum se extulit, omnes in eum conspirarunt, & sepositis litibus mutuis, iuratos conatus ad impugnandum hunc solum armarunt, qui solus omnes impugnabat, atque hic stupori summo fuit magnum illud celebratumque miraculum, quo variis multorum quæsitis consuevit vna responsione satisfacere vir sanctus.

29 Vna respons. multas satis. 29 Nam cum lacefferent dicentem tam multi, sectique in partes tam diuersas, fiebat sapius, vt maximè dissita eodem tempore quærerent: hic de vera Dei essentia, ille de orbe condito, alius de natura & malignitate dæmonum; de animorum, pœnarum, præmiorum æternitate: quidam vno sciendi studio, de motu cœlestium orbium, Solis & Lunæ defectioibus, fulminibus, fulgetris, iride, & dissimilibus permultis; ipse vnum ad omnia simul, responsum daret; quod vel eius in ore, vel in auribus interrogantium, sic articulabat, & transformabat Deus, vt cuique redderet & ionaret, tam claram propositi de quo dubitarat explicationem, vt si non omnibus coniunctim, sed huic seorsim vni respondisset. Quod crebro iam euentu probatum vehementer mirati qui aderant literati, & Bonzij, condicebant de rebus proponendis toto cœlo diuersis: mihi quidem, haud satis liquet, vt quisque breui quod edebat Xaverius responso solum cernebat quod proposuerat, an & aliorum quæsitis omnibus responso eodem satisfieri animaduerteteret; sed argumento est, ita factum, admiratio illa inter attonitos mutua, reputantes meo quidem iudicio, tot paucis verbis reddi sibi explicationes, quot fuerant positæ quæstiones; quo tamen id modo fieret omnino ignaros, neque propterea infidelitas stolidam eò venit vt intelligeret, id donum Apostolo cœlitus infundi, & naturæ fines transcendere, sed præcellenti cuiusdam doctrinæ, artique putarunt assignandum quam nec ipsi, nec eius socij caperent, quare Amangucciū Firando cum venisset Cosmus, profecto Bungum Xaverio, pugnam Bonzij cum Cosmo & socio audacter integrarunt, quam cum Xaverio deseruerant; contemptim fugillantes, non esse eiusdem cum illo scientiæ, nec artem callere, responsione vnâ, multas, enteleandi quæstiones. Præter auctoritates publicas oculatorum testium quibus hoc & alia firmanur quæ ab Xaverio in Iaponia mirabiliter gesta, placet hic obiter stringere; reddam quod Antonius Quadrius quadriennio post auditum, ad Iacobum Mironum perscripsit, nostris in Lusitania Præfectum. Narrabat, inquit, mihi Iapon quidam, tria se spectasse miracula à P. M. Francisco in Iaponia edi, muto vsu loquendi restitui, auditum surdo, muto item & paralytico, linguæ, pedumque facultatem, addebat Europæ totius præstantissimum vulgo existimatum; alios è societate haud quaquam illi fuisse consimiles, quod nisi vni ethnicorum nescirent respondere, quem cum expugnassent, aggrediebantur ad alium, at P. Franciscum quotquot ethnici aduentarent, iussisse hos ponere quicquid dubitassent,

bitassent  
sione vnâ  
inter se  
fuisse id

30 Pa  
suum de  
plurima  
pit Apost  
baptizau  
qui vt pu  
dederant  
fert ipse  
monem  
ægrius a  
nominat  
latere no  
ria esse r  
nentur)  
quam al  
cios qui  
pore fat  
nosissim  
meritoru  
alias val  
tione mo  
luptates,  
iores, cu  
ret. Spe  
spiritus;  
libenter  
cum vict  
solicitu  
disque a  
narraren  
spectacu  
rum senti  
recolo in  
illas apu  
aliquant  
confluen  
litem et  
berantib  
modo ex  
beratus n

bitassent, quæ cum essent decem, interdum duodecim numero, respon-  
sione vna satisfecisse vniuersis. Me vero obiectante, fortassis dubia fuisse  
inter se affinia; minime omnium, ait, sed longe diuersa, nec P. Francisco  
fuisse id nouum, sed notum atque vsitatum.

30 Partim igitur summa veritate aduersus literatos, & Bonzios ius  
suum decertando, disputandoque asserente; partim prodigijs, quæ illic  
plurima edidit; partim denique insignibus sanctimoniam argumentis, cœ-  
pit Apostolus laborum fructus tanta copia metere, vt bimestri spatio  
baptizauerit quingentos, magnam partem illustres nobilitate ac literis,  
qui vt pugnaci disputatione, & doctrina paulatim conuicti, manus fidei  
dederant, poterant alijs in ea, magistri effici. Mirum autem quod re-  
fert ipsemet vnum tota vrbe, priuatim, ac publicè de Christi fide fuisse ser-  
monem, vnam disputationum materiam; qui ad eam postremi, &  
ægrius accessissent fuisse animosiores in ea defendenda, in obseruanda  
nominatiores. Patri autem optimo sic addictos vt atelli ab eius ædibus, &  
latere non possent. Fatigasse illum assiduo discendi studio, vbique myste-  
ria esse reueritos, (vt in crucis formandæ signo, quo tot Arcana conti-  
nentur) at is videlicet inexplicabili gaudebat voluptate, qualem nus-  
quam alibi percepisset. Itaque postea Cocino in Indiam scribens ad so-  
cios qui ex Europa illuc peruenerant. [Nuper, ait, ex Iaponia redij cor-  
pore satis firmo; virtute, & animo debili: sed hæc quam meditor ærum-  
nosissima in Sinas profectio, sola innitur diuinæ fiducia bonitatis, &  
meritorum Christi Iesu. Nam etsi nunc incanui totus, at me si vnquam  
alias valentem & vegetum sentio. Labori nimirum, in erudienda natio-  
ne morata, composita, rationis, & veri amica, incredibiles insunt vo-  
luptates, certè nunquam dum vixi expertus sum, quam Amanguccij ma-  
iores, cum ex indulgentia edicti regij, ad nos audiendos concursus fie-  
ret. Spectabam iucunde, depressam superbiam, Bonziorum domitos  
spiritus; infensissimos Christi hostes, iam illi prostatos, morigeros, &  
libenter subiectos: cernebam triumphantes gaudio novos Christianos,  
cum victores redirent ex decertatione aduersus Bonzios; cum æmula  
solicitudine instarent ethnicis, veritatis robore exarmandis, perducen-  
disque ad fontem salutis; cum suorum formas certaminum, euentusque  
narrarent, & ex iis consequens exitium barbaræ superstitionis. Horum  
spectaculo, & auditu, iis exundabat lætitijs animus, vt molestiarum mea-  
rum sensum omnem in me extinguerent. Possem ah! vtinam vt hæc  
recolo inter medios labores, cœlestes delicias, mihi cœlitus infusas, ita  
illas apud Nostrates in Europa academicos memorare, & initiare illos  
aliquantula earum promulde! huc certò eorum quamplurimi vltro  
confluerent; & quicquid habent ingenij, ac valetudinis in horum sa-  
lutem ethnicorum conferrent.] Huc vsque Xauerius, cui tot licet exu-  
berantibus gaudijs, graues tamen fuere lugendi, & mœrendi causæ, non  
modo ex Rege qui Christiana instituta magni faciens, multumque ve-  
neratus nihilo idololatriæ minus tenax, inueteratarum libidinum in lato  
hæsit;

30  
Conuertun-  
tur Aman-  
gucciani.

hæsit; verum etiam ex regni Barone primario, atque firmamento. Erat viro nomen Neatondamus, hunc si plenior afflasset diuini splendoris radius, poterat in eo alterum Amangucij nascens Ecclesia, sibi Apostolum sperare, obseruabat ipse cum coniuge Xauerium velut patrem, venerabatur vt sanctum, amabat vterque intimo affectu Christianos, & causam fidei miris modis vterque tuebatur, sed cum grandi sumptu ædificassent multa Bonziis, fundassentque perpetuo censu cœnobita; dolebat iis, vt ipsi stolidè excusabant, illorum mercede excidere, ac ne perderent quod nusquam habebant, eius quod solide possidendum iis ingerebatur iacturam maluerunt; vtrisque miseri, quod damno duplici caducas simul & æternas opes amiserunt. Duos quoque Xauerij socios lato animarum prouentu locupletabat Deus: Ioannem præsertim Fernandiam, cui generosam de se victoriam, triumpho, rependit, quo gloriosior Euangelij ministris inter infideles non potest obtingere. Dicebat aliquando ad populum celeberrimo vrbs loco, calebat dicentis oratio, frigebat nihilo secius auditor, nec in cuiusquam animum orator pius descenderat, cum ecce tibi ethnicus impudens, producto versus illum ore, velut aliquid in aurem locuturus, purulento sputo dicentis faciem conspurcat; tum facti præclari contumelia elatus, abire gestiens, respectare identidem, nutibus iniuriam laudare, multumque sibi de illa plaudere. Inter multos, vt sit, alij risu, indignatione alij turpe facinus, ac fœdum excipere; omnes in Ioannem oculos figere, experturi ad publicam & improuisam dedecoris offensam, quam rectè, & placidè in gradu staret. Verùm is impudentem scurram, nec secutus oculis, nec vultu mutatus, nec alter colore, quod agebat agens, nihil interpellatus dicere perrexit, eodem frontis modestæ sereno, vt si nihil esset indignum passus, ducto solum tranquille strophio fœdatam faciem deterlit, & prouectum sermonem, ad finem quietè pertexuit. Hic omnes etiam petulantissimi silere, ludòque in serium verso admirari; sedatum illud moderatæ mentis, & subitis iniuriis dominum sui imperium, excelsitati nobilis animi deputare, sed philosophatus sublimiùs, vir inter literatos grauiissimus; cæterum legis Christianæ impugnator, osorque fortissimus, quem eo Deus egisse videbatur, vt serui sui patientiam, eius conuersione coronaret; statuit omninò, diuinam esse legem oportere quæ suis vires eminentiores suggereret humanis, ex quo deterfa cæcitate, iis aperuit oculos quæ priùs non viderat, [ viros nempe mentis virtutisque tam vastæ, haud quaquam ex orbe vltimo; per vltima quæque rerum, & viarum discrimina in Iaponiam aduectos honoris ambitu quem suimet contemptu calcarent; vel opum cupidine, qui tantum auri, & argenti, vltro sibi à Rege donatum non sustinuisent admittere. Solo igitur Dei quem colerent, ardenti obsequio impulsos, & desiderio eius nominis celebrandi, insinuandique longinquis populis supremam illius venerationem. Alacritatem porrò illam paupertate quam tantopere diligenter contentam, perpetuari alio pignore non posse, nisi auctoramento illo

beatitatis

beatitatis  
expectar  
decipi?  
eò solum  
ziorum v  
cumenta  
derent, c  
pro libid  
argumen  
se illi per  
tum se a  
rogat vit  
sibi prop  
hand dub  
31 E  
insignibu  
turbare  
sitatis an  
nis amb  
inanis. I  
suos ten  
ab eoru  
remoueb  
bulosis i  
quo deir  
num qu  
fidemqu  
Regegeb  
titia tect  
quisque  
dolosa, in  
enuncial  
re ipsa e  
ratos, pl  
torqueba  
Christian  
laceffere  
quò extr  
iam doc  
pugnant  
pudiosu  
vltus sit,  
tantes, c  
etiam p



beatitudinis sempiternæ, quam iactarent à Christi sequacibus post mortem expectari. Et ferret Deus tanta sapientia homines, & tanta sanctimonia decipi? & veniret cuiquam in suspicionem, tam procul, & per tot inuia eò solùm in Iaponiam venisse, vt nugas, & mendacia venderent? Bonziorum verò, quàm essent flagitiosi mores, quantis ab recto spatiis documenta errarent; sibi optimè exploratum, quàm inter se tot sectæ diffiderent, quàmque arbitrarium cuius esset, ac propè ludicrum, quæuis pro libidine cõficta, veri nomine effutire] ita ille apud se, vt post narrauit, argumentabatur. Nec fuit celerior excipienda veri ac boni luce, quàm se illi penitens tradendo, Fernandium statim à concione subsequitur, victum se ab illo telo duplici fatetur, rationum vi, & virtutis exemplo; rogat vitæ lauacro ablui, lustratusque à S. Xauerio Christianis accedit, sibi propterea gratulantibus tantum virum, quòd eius auctoritas multos haud dubiè secum esse tractura.

31 E contrario Bonzij Christianorum incrementis, numero famâq; insignibus; suorum verò desertionibus, & probris expostulare, rumpi, turbare omnia; senes potissimùm, inueterata superstitionis, aut peruersitatis æmuli, ac tenaces: & erat iis sanè, vno de se ad populum opinionis ambitu, & largitate donorum nixis, dolendi causa, nec parua, nec inanis. Ex centum cœnobiis quæ Amanguccij habuerant, vix pauca suos tenebant inquilinos, alia sensim quotidie defluebant: ad eò multos ab eorum cœtu, turpitudinum enormium mordax conscientia remouebat, & decipiendi sacrilegè populi tædium, ad captandas fabulosis inuentis ciuium facultates: malebant ergo in seculo degere, ex quo deinceps pronum erat illos ad Christum adducere: Porro hi plurimùm quò Christo fuerant inimiciores, hoc maioribus studiis eius nomen fidemque tuebantur, & in Bonzios maximè, strenuam nauabant operam. Retegebant enim Sãcto Patri arcanas eorum libidines, austeritate, adscititia tectas, & dissimulatas; occulta mysteria euoluebant eius quam quisque sectatus fuerat disciplinæ, indicabant pugnantem sententias, & dolosa, inuenta torquendi clientum suorum marsupij, hæc verò sanctus enunciabat palàm, eosque populo graphicè depingebat, vt sciret quales re ipsa essent, & quales esse mentirentur. Quod in rabiem agebat sceleratos, plebe iis vulgò secreta dedecora publicè exprobrante; nec eos torquebat mitiùs quòd ipsorum nudius tertius discipuli, & adoratores, Christiani effecti, mox luce palàm in oculis omnium auderent magistros lacessere, & iis inuoluere argumentis quibus eò arctius stringebantur, quò extricare se contentiosius satagebant: docuerat illos Bonziorum iam doctus arcana Xauerius, sectarum singulas manifestæ dictorum pugnantia conuictas arguere, quò nihil potest illic homini literato propudiosius infligi. Hac arte Xauerius dici non potest quàm commodè vsus sit, ad animandos confirmandosque Christianos Bonziis concertantes, quos sic didicerant spernere, vt aggredierentur illos ex condicto etiam pueri disputatione, superbis asinis, quale genus est Bonziorum,

31

Bonzij odio,  
& contemptui fiunt.

Aa ignomi

ignominia cruditate non valentibus coquere. Nec intra fines opprobrij publici, Bonziorum hæere detrimenta, honoris, scilicet, ac famæ apud populum iactura; inde solitus fluere contributionum quibus alebantur fons pinguis, exaruit: multos ergo quos animæ salus à ministerio scelerato nequaquam auerterat; fames è cœnobiis in aulam, militiam, artificia, vilis que operas quærendo victui extrusit. Christianis mirè gaudentibus breui paucas in vrbe superfore Bonziorum ædes, nec plures Bonzios quàm qui sat essent iis custodiendis. Sed eorum rem summam grauius afflixit, viri cuiusdam nominatissimi, celebris & inopinata ad Christum accessio, is cum parem ingenio, & literis haberet neminem, recens in Bandæ vniuersitate inauguratus Doctor, fieri Bonzios optabat, & æmulo ambitu expetebatur à sectis omnibus Bonziorum, ratis fore illam Principem reliquarum, ad quam se ille adiungeret. Verùm pauca de animi rebus cum Xauerio collocutus, & comparatis Bonziorum chimeris, cum cœlesti, & certa Euangelij scientia, doluit vehementer multorum annorum sudoribus emptam à se meram, & exitialem ignorantiam, eiuratisque magna execratione Camidibus, & Fotochis, & quantum esset in Iaponia Bonziorum, statim vxorem duxit, vt illis, & sibi spem omnem præcideret acquiescendi eorum institutis: inde Xauerio assiduis illum recti, & veri doctrinis imbuenti, diuino instinctu manus dedit, Christumque complexus, eius lauacro lustratus est. Cùmque Amanguccium totam expectatione sui suspenderet, inclinaturam quo ipse flexisset, Christianum professus exanimauit deinceps Bonzios, & multos tum ex primoribus, præsertim literatis, tum ex populi vulgo, auctoritatis pondere secum traxit.

32  
Bonziorum  
in Xauer. &  
fidem rabies.

32 Quos tamen ex Bonziis sua obstinatat perfidia nihil non mouere in defensionem impiarum fraudum; concionari ad plebem; iras Deorum inientare; minari ciuitati ruinam, regno perniciem, desertoribus extrema quæque; obrectare Christianorum Deo, nominare illum non Deum, sed Daium quæ vox apud illos falsitatem, & mendacium exprimit; multa ei probrosa, nefariaque occentare, atque affingere. Demum andabatæ doctores ita de illo differere, vt si maximè Deus esset; bonum certè non esse, qui suos legibus premeret quas ferre imbecillitas hominum non valeret, earum nihilominus violatores æternis damnaret suppliciis. Ad hæc iis quæ narrant Christiani de orbe condito, angelorum, & Adami lapsu, Deique ipsius corporati aduentu, si quæ veri species inesset; scientiarum omnium parentes, & magistros Sinas, tot retro seculis, fuisse scilicet id ignoraturos? quid hoc item prouidentia? quid iusti, & æqui? Europæorum Deum, & distulisse in annos supra sesquimille quinquaginta, legis suæ promulgationem in nobilissimas mundi partes, si saluæ, nisi legis illius obseruatione omninò esse non poterant? his criminabantur Bonzij nostram fidem quæ suis quibusdam ad nostros epistolis refert Xauerius, ad quas nihil censuit attinere vt spongiam quoque indicaret qua calumniass illa diluebat

luebat,  
Et Patr  
sa exce  
ponum  
lentium  
nescio  
quam, t  
tatis fid  
santis b  
arbitriu  
re, ergo  
claudan  
ignotum  
Si Chri  
nibus p  
pœnis,  
flammi  
quidem  
Bonziis  
etiam p  
enim a  
ri, & cr  
modum  
libertat  
scelerat  
fastiera  
lâm po  
se existi  
hiant,  
curauer  
commu  
stitia, q  
loris qu  
chrima  
uit; an  
se ostent  
tura ma  
nascitur  
data sec  
magistr  
Sinarum  
dia, per  
portent  
regenda

luebat, utcumque de hac alij scripserint, mihi tabulis originalibus sancti Patris, eiusque sociorum inhaerenti, licere non arbitror, ipsius responsa excogitare, & scribere. Dico tantum quod tradit, de querimonia Iaponum, Evangelij sonum, & legem salutis obtinendam, stomachosè dolentium, tam serò ad se peruenisse, cum gaudere potius debuissent beneficio tanti boni quo illos Deus præ maioribus affecisset; Hac inquam, tristi, & implacabili querela, ita perturbatos, ut veritatis, & sanctitatis fidem, religioni præbere non possent quæ Deum coleret in dispensandis bonis factiosum, crudelem vero in plectendis, quos vnum ipsius arbitrium iis destitutos voluisset; & auditos fuisse lamentabiliter deflere, ergo & patres, & atavos, & Iaponiam hætenus vniuersam æterna claudant, vrantque incendia, quòd Deum non adorauerit sibi prorsus ignotum, & leges infregerit quas nunquam acceperat ab eo perlatas. Si Christus vitam ex æquo omnibus impendisset, cur non æqualiter omnibus profuisset? & si legis suæ contemptores sempiternis addiceret pœnis, cur eas sibi promulgare per tot sæcula distulisset? addebant his flammis oleum Bonziji, nihili esse ministros religionis Europæ; ne vnus quidem hominis animam posse ab inferis ducere, quod erat in promptu Bonziis quoties libuisset, ieiunando, & precando præstare. Ex eo quin etiam patere, Christianorum Deus quàm esset debilis & crudelis: aut enim animas cum posset nolle, iis eximere tormentis, quod erat barbari, & crudelis; aut cum maximè, vellet minimè id posse, quod erat admodum imbecilli; Xacam & Amidam leui negotio suos ab inferis in libertatem asserere, modo se Bonziis exhibuissent beneficos. Verum scelerati, validis rationibus potenter adacti non raro in aurem Xauerio falsierant, se quoque pœnarum æternitatem certo scire; at hæc si palam populo fieret, desitiram statim beneficentiam qua illam à Bonziis se existimabat redimere, & perituros inhonesta fame. Iam quo pacto hianti, & crudo vulnere manum admouerit, quam felici consolatione curauerit, testatur ipsemet suis in Europam ad socios literis; cum enim communi comploratione insimularent Deum aut negligentiam, aut iniustitiam, quòd tam serò agnosci ab Iaponiis voluisset, & magnitudine doloris quo sortem hanc suam querebantur, Xauerio etiam excuterent lacrimas, æquitatis diuinæ nefariam accusationem sic apud ipsos refutauit; antiquissimam omnium Dei legem, quam pro noua cernebant, fuisse ostendit; non verborum sono mortalium auribus dictatam, sed naturæ manu, illorum animis æterno impressam caractere; quicumque nascitur inculpta sibi materno ex utero in hanc lucem legis eius mandata secum ferre, illorumque interpretem instinctum communem, & magistram insitam omnibus rationem. Priusquam Iaponios lege vlla, Sinarum Sapientes imbuissent, obscurum fuisse nemini, quin homicidia, periuria, fraudes, latrocinia, adulteria, & istiusmodi turpitudinum portenta, vitari oporteret. Ad hæc patranda secretum, & tenebras; ad regenda silentium captari; conscientiam tamen exprobrantem, & surdo

verberare cuiusque plectentem crimina, nemini datum effugere, quamvis ea & homines lateant, & nullis interdum eorum legibus vetentur. Educetur sanè, & cum solis infans consuecat syluis, & bestiis; procul degat ab omni commercio urbium, morèsque ignoret penitus; legem certè illam innatam omnibus, nunquam poterit nescire, quæ apud unumquemque innocentis vitæ magisterium exerceat; & interrogatus an occidere, furari, thorum fœdare alienum, fallere, rapere, liceat; negaturus est profectò licere, dictante nimirum id illi principe, ac suprema lege rationis, quam Deus hominibus indidit, quaque si modo sint homines, rectè instituere vitam possunt, hoc si necesse sit contingere homini, ferarum more in antris adulto, & omnium rudi, quantò certius contigit civibus, quos publica, & priuata iura probitati obstringunt? Deum ergo, nequaquam, vt ipsi dolebant, tot sæculis destituisse Iaponios sua lege: huic (pergit, vir sanctus) argumento, acquiescere plenè & integrè; indeque à suspicionibus querulis immunes, veritati mentem, Christo nomen dedere. At nihilo Bonziji minus furiosè ac rabidè incubuere calumniis, & minis in Dei præconem, & Christi fidem; vt quos nequaquam ignoratio in fraudem, sed perversitas ageret ad fallendum. Primum igitur sibi Regem conciliant, suàsque in partes pellectum, ad facultatem fidei amplectendæ, re ipsa abrogandam, cum verbis non posset, adducunt; nefas enim cum esset, edictum solemne quo illam sanciuerat aduerso rescripto rescindere; clarissimum quemque illorum inuadens qui Christo accesserant, suis illos per summam iniuriam exuebat bonis, quibus & ipse, non diu post, & regno, & vita, exutus est, Deo pœna sequaci suorum damnauisciente, de quo breui erit narrandi locus. Scribunt præterea in oras finitimas Bonziji aduersus Apostolum, quicquid poterant de illo probrosè mentiri, esse hunc reiectitium homulum, scurram vilissimum, fame illuc adactum, cui nec in diem victus suppeteret; nec ad tegendam nuditatem, præter laceros pannos esset: ad hæc maleficum insignem, & adoratorem dæmonis, qui sub aspectu certorum syderum, quorum ostentabat peritiam, spiritus cogeret ad prodigiosas præstigias & infatuatum iis popellum sibi obstringebat; demum quicquid iis inuidia, indignatio, & auaritia, infame suasisset de illo spargunt, quibus tamen nec interclusus est Euangelij sacri cursus, nec viri sancti fuscata gloria, nec falso & fabulis verum succubuit. Amanguccij quidem ad ter mille, Christiani numero aucti sunt; omnes ad fundendam pro Christo, vitam, nedum ad perdendas facultates prompti, & alacres si fortè quod expectabatur ex suasionem Bonziorum, rem ferro agere tyrannus decernisset: foris verò Xaverij nomen, & sanctitas, mirabilitas prodigiorum ab eo editorum & illustres de Bonziis triumphus, prouincias & regna, tam celebri fama exciuerant, vt omnes, magnum ex Europa Bonzium (sic illum designabant) audire vehementer auerent, & cernere.

cietatis;  
mare, &  
nis Chr  
eos agno  
tis, nauis  
certius r  
literis de  
quos veh  
quàm b  
quam pri  
tillum su  
enim, ad  
pinguio  
cuerat F  
illic vbi  
tia, vt ce  
bat ab sa  
nuncien  
illi perg  
dicarat,  
cui iam  
gaudio  
quibus  
Præfeci  
diis quo  
fecto O  
portu o  
Indos, h  
veniret  
tantum  
Amang  
desider  
Deo Na  
dio mu  
tembri  
Amang  
ter ang  
ferens  
consola  
& Beru  
viro sã  
ob sus  
censu  
sic tam

cietatis; operarij in Iaponiam legendi ac mittendi; repetendum mox mare, & Sinæ adeundi, audiebat enim consensu omnium affirmari, Sinis Christo subactis, vltro Iaponiam velut magistros secuturam, quod eos agnosceret sacrorum, & sapientiæ parentes. Commodum his votis, nauim Lusitanam nunciabat rumor in Bungum appulisse; de hac vt certius resciret, Matthæum ex Iaponiis suis comitibus alterum, eò cum literis destinat; datæ legebantur Kal. Septembris ad nauis præfectum, & quos vehebat mercatores, rogabat verò ad se rescriberent, qui? vnde? quàm breui in Sinas essent redituri; tum quòd in Indiam reuertens, quamprimùm illac esset transiturus valde hortabatur, sibi quisque tantillum succideret temporis, ad subducendas conscientia rationes; eius enim, addebat commercij lucra, multò esse quam sericorum Sinentium pinguiora, quantumuis hæc sœnore suam sortem æquassent, applicuerat Figium ea nauis, Funaiio, Bungi Metropoli, leucâ distans; illic vbi comparuit, cum Xauerij literis Matthæus, ea omnes affecit lætitia, vt certatim illum muneribus donarent, leguntur publicè quas ferebat ab sancto literæ; mittuntur Funaium, qui hæc mercatoribus sociis nuncient; ij cum Rege Bungi ex frequenti congressu pridem gnari, fore illi pergratum Apostoli conspectum, quem tanti toties fecerat, & de prædicarat, eius propediè aduentum Regi significant, & Princeps optimus, cui iam tum Deus, conuersionis diu post futuræ indebat semina, festo gaudio rem excepit, & testes amoris, ac reuerentiæ dedit epistolas quibus Xauerium humanissimè Funaium inuitabat; Rescripsit, & nauis Præfectus, & ex primariis mercatoribus sex aut septem, quisque de Indiis quod habebat noui, de nauis autem, Lusitanos triginta vehere Præfecto Odoardo Gama, post mensem versuros in Sinas vela, vbi tres in portu onustas serico naues reliquerant, Ianuario sequenti repetituras Indos, harum verò vna, Iacobum Perciram, insignem eius amicum vehi; veniret quantocytus, expectari ab omnibus cupidè, excipiendùmque non tantùm nauis, sed pectoribus omnium. Matthæum quintus, itineris dies Amanguccio restituit, cum literis, & impatienti lætitia qua vir sanctus desiderabatur ab Rege Bungeni, & ab Lusitanis. Ergo commendatis Deo Neophytis, & salubri admonitione tum iis, tum Turriano & Fernãdio munitis, inter eorum lacrimas, & amplexus in viam se dedit, Septembri iam medio, anno sesquimillesimo quinquagesimo primo. Erant Amanguccio Figium milliaria centum octoginta, terrestris itineris; præter angustum maris sinum, hæc vt assueuerat confecit pedes, pretiosam ferens sacri ministerij sarcinam. Sed eum laborem non parca rependit consolatione, Iaponum duorum nobilis comitatus, hi præter Matthæum & Bernardum, sese illi duces, & comites Figium præbuere, hoc vnice viro sancto chari, quòd ab Rege Amangucciano re omni barbarè multati ob suscepta ante vnum mensem Christiana sacra, fortiter id ferrent; & censu annuo paulo ante aureorū ter mille splendidi, tunc prope nudi, sic tamen hilares, sua ob Christum egestate contenti fruerentur, vt si

Rex Bungi  
Funaium in-  
uitat Xauerium.

omnibus abundarent. Ibat cum iis item Laurentius Regni Figensis indigena ex oculorum vitio cognomento Luscus, iuuenis annorum quinque & viginti; nouus quidem, sed feruens, & virtutis nequaquam nouitiæ Christianus. Quæ supersunt ad vsque Xauerij regressum in Indias, eorum spectator Lusitanus stylo, quam mercimonio melior distinctè narrauit, huic narrationi vti fideliter, sic libenter insisto, quod eam multis probatam testibus video, in tabulis publicis, de Xauerio in album Sanctorum referendo confectis.

Inter hæc igitur tam grata viæ solatia durauit Xauerius Pinlachiam vsque, pagum leucis duabus Figio dissitum, vbi pedum tumore, doloribus capitis, & fractarum inopia virium subsistere cogitur; tres è sociis ad nauim præcurrunt auxiliij aliquid accituri. Horum aduentu Gama, Funaiio inuitat Lusitanos cumque iis cultu singulari, Pinlachiam versus; pompam instruit equestrem; quod è comitum discessu diuinans vir sanctus, itineris reliquum debilitati suæ putauit tolerabilius, quàm eum honorem religiosæ suæ modestiæ; quare recepto itinere, quartam leucæ partem emensis occurrit Lusitanis, demirantibus illum inter nobiles duos Amanguccianos medium venire, cum suo in humeris supellectilis sacre fasciculo: ex equis desiliunt; ea comitate, ac reuerentia consalutant quæ tanto patri debebatur. Sed in pertexendo quod supererat viæ, humilitati eius, litem mouit non paruam eorum pietas, quæ ab aduersis vtrimque partibus amissa, & victa est: contendebant eum equo imponere, nec peruenire ad nauim ferebant peditem; quod vbi ex eo non impetrant, nec ipse ab iis, vllis precibus euicit vt equos reciperent. Pedites itaque, simul omnes viæ residuum absoluunt, nauim Præfectus eiusque arma, vexillis, ignium fulgetris, & variarum flammaram missilibus radiis, vndequaq; ornanda, in triumpho morem curauerat; quotquot in naui remanserant, festo armorum, & vestium nitore, longis ordinibus litus prætenderat; vt primum sanctus in conspectu fuit, læto bis omnium machinarum tonitru salutatur, iterato tertium, & quartum gratulatorio fragore, cum ad nauim accederet propius, & cum in eam conscenderet, quibus humilis Xauerij pudor plurimum erubescens, querenti propior, quàm gratiam agenti, mentem suam Gamæ dolens testatus est. Urbem vero Funaium vix leuca semotam, tormentorum is sonus grauitè perculit, nullas satis excogitantem eius causas, præter Lusitanorum conflictum aliquem cum pyratis infestantibus illam oram. Rex per hominem certam rei causam ex veris cogniturus, nobilem iubet eò excurrere, cui Gama, monstrato Xauerio, exponit; quod auditum fuerat Funaij, argumentum esse perexiguum honoris, quo eius aduentum gratulabantur vehementer. Hunc Amanguccio adesse, virtute, doctrina, sanctitate incomparabilem, Deo ac Lusitaniæ Regi domino suo summè carum. Hesitare ad hæc qui missus fuerat, velut stupens, & Xauerium contuens sine calceis, & pannosum, voluensque apud se quæ Amanguccio delata fuerant; Dein ad Præfectum conuersus, valde ambigere quid esset ad

Regem

Regem  
Regi occ  
Bonziis  
cet hunc  
sceret ca  
se mend  
eius carr  
bant de  
ne aucto  
dentes, a  
nocentia  
pa nobil  
virtutis;  
retulisset  
nauim h  
esse reipt  
randâmo  
Xauerii,  
palatium

34 Pa  
tuo acce  
meas in  
quem it  
cognoue  
te rogo  
singulari  
mus mea  
velim sic  
Nunc De  
optimor  
co, vt hu  
vita tua  
& mund  
dine vt  
cantus  
eius Pri  
mindon  
triginta  
rio redd  
auditusq  
oportere  
gaudere  
præcipu  
Deum f

Regem de illo relaturus : non posse de Bonzio quæ audiret, & cerneret Regi occultare ; aliunde tamen quæ de illo probra, & quoties fuissent à Bonziis ad Regem Amanguccio perscripta meminisse ; inspectum scilicet hunc ab se, familiariter cum amico dæmone agere , ex quo illas disceret cantiones, quibus mira in vulgus stolidum edidisset ; hominem esse mendicissimum, egentissimum, toto corpore scatentem vermibus, qui eius carne pasci refugerent. Vereri ergo se aiebat, quæ Lusitani celebrabant de illius sanctimonia , & sublimitate meritorum si Regi narraret, ne auctoritate exciderent Bonziji, & accusarentur, aut ignorantia imprudentes, aut inuidia mendaces. Tunc Gama secutus ut cœperat, innocentiam viri sancti, & paupertatem eximie laudavit ; ortum in Europa nobili stirpe , & sanguine regio ; sponte pauperem & excellentia virtutis ; non abiectioe , ludique fortunæ : quæ ubi ad Regem nuncius retulisset , à se addidit Lusitanos illo vno beatiore se credere, quam si nauim haberent argento cumulatam ; sibi quod ad se attineret visum esse re ipsa homine maiorem, vultu quandam spirante insolitam, venerandamque maiestatem. His accensum in Rege desiderium videndi Xauerii, hanc illi suggestit epistolam, qua eius aduentu gauisus , cum in palatium inuitabat.

34 Pater Bonzi Cemaicogine (Lusitanos sic vocant.) Quam sunt Deo tuo acceptæ laudes quibus suis ab sanctis colitur, tam gratus illi sit, tuus meas in oras optatissimus aduentus. Renuntiauit mihi Quansionafamas quem istuc miseram te Amanguccio Figium venisse , id ego quam lætus cognouerim, explicabunt quos mitto. Quare supplex etiam atque etiam te rogo ( iubere siquidem non sinit Deus) mei erga te amoris desiderio singulari indulgens, ante solis exortum ut adsis , & arcanas ad fores domus meæ pulses , ubi totus in tui cogitatione te expecto. Hanc autem velim sic à te rogatam gratiam , ne qua re tibi molesta sit mea petitio. Nunc Deo tuo , ( quem Deorum Deum profiteor , & summorum atque optimorum qui degunt in cælo supremum) prouolutus in genua supplico, ut huius æui superbi homines , ex doctrinæ tuæ gemitu intelligant, vita tua tam inops quàm sit Deo cara ; ut eo perspecto, carne progeniti, & mundi promissis excæcati, ab suo errore eximantur. Fac de tua valetudine ut sciam , quo noctem quietè ac placidè dormiam , dum me galli cantus cum tui aduentus nuncio excitet. ] Decorabat hanc legationem eius Princeps , iuuenis Regem proximè attingens , & ei adiunctus Pæmindoni nomine prudens senex , & ipse regij sanguinis , cum nobilibus triginta, Funaiio Figium triremi appellunt. Legatus, Regis Epistola Xauerio reddita, è naui exscendens, explosis tormentis quindecim, salutatur, auditusque cum seni diceret, prorsus magnum esse gentis illius Deum oportere, eiúsque arcana humano ingenio admodum obscura, qui seruo gauderet tam paupere, qualis esset Lusitanorum is Bonzius , quem dum præcipuis venerarentur honoribus, liquidò indicabant, paupertatis apud Deum suum ingens pretium esse , quamuis apud homines vulgo nihil despica

34

Regis Bungi  
ad Xauerium  
literæ.

despicatius, nihil esset execrabilius, & piaculo ducerent mendicitatis cogitatione, velut putris, & fœdi cadaueris animum inquinare.] Sic ille: cui comes senior valdè sapienter, nihil obitare quo minus is pauper, maximi faceret suam paupertatem, licet ipsi ab ea abhorrent censerentque egenos omnis hîc, & in futurum, expertos boni; posse quoque eandem, Deo cui seruit tantopere placere, vt eam, qualem aspexissent, eius causa profectus, omnes simul diuites opibus anteiret, tametsi Bonziji alia omnia garrissent. Ita in regressu de Xauerio philosophabantur, at enim iunior seu priuato, seu diuino instinctu longè de illo grandiora quàm exterius præferret cogitans, Regi persuasit more triuiali Bonziorum non debere admitti, & peccatum iri non leuiter, si præ iis nihil ei daretur; etsi enim eo nihil esset pauperius, at nauis Præfectum omnesque Lusitanos vno ore sibi confirmasse, si vel innueret sanctus Pater se nauim cupere, confestim illam cum omni eius gaza ei donaturos.

34  
Lusitani Xa-  
uerium ad  
Regē Bungi  
magnifice  
deducunt.

34 His tanquam præludiis cœpit Deus in aula Funaiensi abiectè de se sentire amantem attollere; Bonziorum verò tumorem deprimere; & alterum tantum ab Lusitanis Figij mouebatur, quorum si vnquam in suum Apostolum & religionem, tunc potissimum emicuit pietas, visusque est Deus illam iis mentem indidisse, quæ ad futurum ipsius obsequium momenti plurimum esset allatura. Itum abiis in consilium cum esset, de ingressu Xauerij ad Regem, insedit omnibus rem tanti, paratu quàm fieri posset eximio, & superbissimo instrui oportere; vestium cultu decoro induendum, stipandum officiis aulicis, & familia numerosa, eoque omni quem eius poscebat dignitas honore; ex nauis in urbem, atque in regiam per vias maximè frequentes deducendum. Rebus ita decretis, cuique partes assignantur, pompæ ordo describitur, expediuntur ornamenta, quæ vt Xauerius moueri deprehendit; ire mox in oppositum fortiter; honoris illius impatientia suam armare modestiam; negare diuinis fulciendis secularem hunc strepitum adscisci debere; humilitatis Christianæ elato splendore, velle Iaponum superbiam capere, perindè esse vt crucem ex auro fingere quò fieret iis adorabilior. At qui Lusitanos ad hoc induxerat, idem serui sui animum inflexit, vt eorum se vinci rationibus pateretur; quòd enim Iaponibus paupertas tantò esset horrore, & Amanguccio tot fœda & indigna de Xauerio sparsissent Bonziji, vt execrationem omnium publicam, & contemptum in eum accenderent; reuellenda erat ex animis populi scelestas, & mendax opinio, vt sciret Euangelij ministros, quòd egere rebus omnibus ambirent, eò dignos esse maiori veneratione; ac sentire de illis reuerenter ethnici discerent, quorum immerfus caducis animus, erat ea specie corrigendus, & in æquiorrem de diuinis sensum sapienter mulcendus. Non hæsiros in eo, sed transituros in Christum hos honores, & quò Dei præco obseruantius coleretur, hoc eius prædicationem maius in populo pretium habituram. Iam huius magnifici agminis instructum nihil subiit quòd vanum oleret, ac secularem fastum, nihil non inuento, & opera religiosæ pietatis, aptumque

aptumque  
eiusque  
Lusitani  
splendidi  
rentur se  
longo in  
castulam  
omnium  
eleganti  
rafa boni  
tur. Alter  
suum in  
tabat ter  
masceno  
Descript  
tur, cum  
tur tapet  
corantur  
biam  
men in v  
summa in  
gidius, &  
lita, ma  
Ergo ad  
organico  
facta pro  
galensi n  
hunc alic  
symbola  
& vigint  
ne per a  
quoque  
vnum præ  
temperat  
Bonziis  
perfidis  
scilicet n  
lumnias  
Ventu  
quà hast  
lis acced  
que in a  
paululun



aptumque ad afficiendos spectatores reuerentia studio erga sanctum eiusque sanctitatem. Personam in eo agebant triginta ex primoribus Lusitanis, à cultu insignes pretioso, catellis torquati aureis, & multa splendidi vnionum, & gemmarum luce, totidem qui heros affectarentur serui, pulcherrimo & ipsi habitu. Processurus erat vir sanctus longo in sirmate ex cilicio bombicino, candidissimam desuper indutus castulam, & holoserico viridi, attalica prætexto fimbria stolatus. Sed omnium trahebant oculos quinque præ cæteris ex omnicomitatu, vel elegantia ornatus, vel ministerij nouitate. Primus librum gerebat in rasa bōmbice candida, breuiarium sacrum, an catechismus fuerit dubitatur. Alter ex nigro holoserico crepidas, quæ casu in mercibus repertæ, suum in apparatu locum cōmodè inuenerunt. Arundinem Indicam portabat tertius vmbilico præclusam aureo, quartus imaginem Virginis damasceno cœrulo velatam; postremus denique venustissimam vmbellam. Descripta in hunc modum pompa, instructu non dispari cymba exornatur, cum scaphis duabus quæ illam ab naui in urbem deferrent, insternuntur tapetis, cinguntur virgato multitio, vexillorū pinnis versicoloribus decorantur diuiduntur in eas paruo, sed apto numero tubarum, fidiū, & tibiæ symphonix. Dies illuxerat, & lento remigio per aduersum flumen in urbem pergitur, illachrimante ad musicos modos Xauerio, qui summa in puppi residens eminebat. In urbe interea haud quaquam frigidius, & remissioribus studiis publica gratulatio feruebat, & quia insolita, magnam fecerat expectationem, & regia dignam magnificentia. Ergo ad iucundos scapharum prospectus, multoque auidius ad cantus organicos, illic planè ignotos, ripam ciues implere; nostri exscensione facta procedere, præire Præfectus Odoardus Gama, aperto capite, Bengalenſi manum arundine fulciēs, & domus veluti magistrum agens, post hunc aliquot passuum interuallo, quinque illi quos dixi dignitatis sacre symbola præferentes. Tum Sanctus Apostolus stipantibus latera, quinque & viginti nobilibus, quos suum ponè famulitium sequebatur. Hoc ordine per amplissimas urbis vias, & confertissimum populum fenestras quoque, & tecta complentem, palatium, petitur, intentis omnium in vnum præcipuè Xauerium oculis, cuius grauitas oris, modestia humili temperata, amabilitate, & reuerentia deuinciebat vniuersos. At vero Bonziis, vt tantò alium conspexere, tam diuersum ab eo qui Amanguccio perfidis literis depictus, fuerat mendicus, squalidus, abiectus; concidit scilicet mendaci cum lingua tumor ferus, nullis iam latebris ipsorum calumnias satis cælantibus.

Ventum erat in aream Regiæ subiectam, vbi sexcenti quæ sagittarij quæ hastati, armatura illustri, & vestium tesseriſ visendi in præsidio erant; his accedente Xauerio, dat signum aux Finge indonus, scindunt se vtrimque in alas medij, quibus palatium intrantem excipiunt: progressus paululum, ab honorariis quos iam tertium memoramus dignitatis orna-

B b

tur.

35

Excipitur  
Xauerius à  
Rege Bungi  
solemni ap-  
paratu.

tur insignibus, proiecti ad illius pedes, genu flexo, arundinem alius umbilicatam auro tradit; alius crepidas pedibus inferit; umbellam in caput explicat tertius: hinc inde alij cum libro, & icone Virginis se sistunt: peragiturque cerimonia hæc tam reuerenter; & decorè, vt mirè affecerit intuentes, mussantes inter se tacitè, hunc planè hominem cælo missum, ad Bonziorum extinguendum liuorem, & arrogantiam conterendam. Inde in aulam subitur amplissimam, refertam ciuibus, quos aurum, & splendor vestium arguebant esse primarios. Hic puer tæxeræ ætatis, quem manu ducebat senex venerandus, occurrit venienti, hanc illi salutem exoptans. [ Tàm gratus Regi, & acceptus adesset, quam optatæ de cælo in agros descendunt pluuiæ, squalente longo æstu oriza; iret alacer, quandò bonis omnibus amaretur, licet eius aspectu scelerati, dolore rumperentur, & mæsti ac timidi, obscuram noctem & turbidam animo gererent. ] Votis beneuolis, & honorificis cum respondisset appositè vir sanctus, subiunxit puer, sed prudentia senili; esse prorsus fortunatissimum, qui ex orbe altero illuc nauigasset contemptus, & infamiæ ambitu, paupertatis nomine quærendæ; bonitatem Dei cui seruiret, extra omnem esse comparisonem; vt qui ea gauderet paupertatis æstimatione, adèd à vulgo aliena: ab ea Bonzios abesse tam procul, vt nec egenis, nec fœminis post mortem, quicquam boni sperandum iurati prædicarent; sed solis diuitibus quibus esset in promptu, carò à Bonziis felicitatem redimere ] cui Xauerius. [ Dignetur Deus immensum bonus, doctrinæ suæ luce has tenebras, & discusso Iaponum errore, claram iis referet libertatem. Hæc dum colloquuntur, mirante in ea ætatula viro Dei maturitatem annosam Sapientum, aliam in aulam deueniunt, vbi flos totus adolenscentiæ nobilis, cultu quo nihil venustius, dici magnificentius nihil potest. Intranti omnes procedunt obuiam, omnes ritu patrio simul consalutant (quod gromenare ab ipsis dicitur, & Regi dumtaxat à suis clientibus, patri à filiis defertur) solum nempe ter fronte tangunt; quod mirè habili corporis inflexu peragunt. Duo exinde omnium nomine Patri aduentum paucis gratulantur: quorum alter paulo pluribus. Pater Bonzi sancte: Sit, inquit, adèd iucundus tuus hic ad Regem accessus, vt dulcis est matri, amantissime blandienti infantis filij arrisus. Et erit profectò, nostros enim iuramus capillos, ab his quoq; nos parietibus qui nunc tua præsentia gestiunt, fuisse animatos; vt his erga te officiis fungeremur, tuo autè aduentu idcirco læti sunt, quod futurus sit Deo illi maximè gloriosus, de quo tu Amaguccij tam excelsa, & inaudita prædicasti: sub quæ illorum vnus manu Xaueriumprehendit, & reliquis innuens, ibidem subsisterent, capacem in pergulam induxit, citris vtrinque prætensam aureolis, tum in aulam duplo præcedentibus vastiorem vbi Regis frater opperiebatur (qui post Amanguccij regnauit. ) Is Sanctum honore inusitato prosecutus, [ nullum vnquam diem luxisse, ait, aulæ puriorem, gaudere sibi eius præsentia dominum suum Regem, & eo

vel

vel vno  
proin c  
tam p  
ne, qu  
subit, v  
tis per c  
vt erat  
térque  
frui adu  
Regis p  
pedes e  
illi con  
bus, ac

36

brevi, t  
stringe  
scitè &  
Quam  
illic gra  
polleba  
rans, [  
tropic  
hunc t  
quid p  
contem  
efficax  
fert cu  
lance iu  
dere co  
pugna  
gendo  
negant  
ac nost  
peracut  
ancipit  
arbitrio  
solido c  
leret, &  
nissimu  
scientia  
mune d  
tem; vl  
surgens

vel vno ditiozem se credere quam Sinarum thesauris triginta duobus, proin opto inquit, te gloria augeti, & fieri votorum compotem quæ te tam procul aduexerunt: quibus breuiter dictis, subducente se tacite iuvene, qui ad manum Xauerio fuerat, in vestibulum cubiculi regij cum illo subit, vbi nobilium complures humanissime exceptum, cum essent tantisper colloquio morati, denique in Regis conspectum inducunt: Rex vt erat stans; & expectans, quinque aut sex passus ingredienti prodit, terque humum pronus vultu demisso tangit, quod iis qui aderant raræ frui admirationi. Xauerius quoque se coram prostratus abjicit, nisi que Regis pedes honoris gratia tangere, inhibitus est ab ipsomet Rege, & in pedes erectus; dextra mox etiam pertractus, coactus est ex æquo ad latus illi confidere; Regis fratre paulo inferius; Lusitanis, & regni Principibus, ac Baronibus ex aduerso sedentibus.

36 Post officiosos ritus gentis more obitos, Xauerius aggreditur breui, sed claro sermone, scitu necessaria credendi, & viuendi capita stringere, quod agente linguam, & animum Deo, sic ad rationis principia scite & apposite præstitit, vt rex cælo fundi totidem oracula censeret. 36  
Colloquium  
Xauerij cum  
Rege Bungi. Quamquam enim annorum quinque & viginti, & communi flagitiorum illic grassantium corruptissimus tabe, sed maxime integro recti iudicio pollebat. Desinente igitur Xauerio dicere, exclamauit ardens, & admirans, [ Cui tandem possit compertum fieri hoc Dei arcanum, quis introspicere quamobrem nos hæctenus tam cæca in nocte reliquerit; hunc tam luculento veri splendore illustrarit? Scimus de illo passim quid percrebuerit, quam sprete & vilis ipsius paupertas, quanto ipse contemptu traductus sit; at sua illum, eiusque merita, & auctoritatem, efficax sustentat oratio, nec sinit de iis ambigere. Quicquid enim is profert cum probitatis nativæ regulis optime consentit, & si recti quis lance iudicij eius expenderit rationes, vno omnes statuet veritatis pondere constare. Nostri è contrario Bonziji, mirum si quid dicant præter pugnancia, hinc se implicant eo deterius quo plura effatiunt; intelligendo maxime confusi, docendo perplexi; quod hodie approbant, cras negant; dicta rescindunt, rescissa denuo resumunt, tam perturbato suo, ac nostro sensu, vt nunquam satis quid rei sit, cuiquam liqueat, tametsi peracuto & sagaci; & in negotio in quo salus æterna vertitur, semper ancipites fluctuare nos volunt. Argumento nimium euidenti, eos pro arbitrio nobis illudere, verique immobilis quo nitantur fundamento solido carere. ] Ista rex dum animo etiam quam vultu commotior doleat, & exagitaret Bonzios, aderat inter alios, Faicondonus homo vanissimus, & in primis sectæ suæ Bonziis, non minus scelerum quam scientiarum principibus. Hic sibi proprie dictum volens, quod in commune de Bonziis rex indignabatur, propè abfuit vt abrumperet dicentem; vbi autem absoluit, nec præfatus veniam Bonzios, sed neque asurgens indignanter ausus, & acerbè in Regem inuechi, arguit quod nunquam

quàm versatus, in Fianzimensi vniuersitate cuius est solius de diuinis ferre sententiam) adscito in consilium nemine, causaque indicta velut ex tripode, non dubitaret damnare, ac probare, quæ ipsi non ad rectam mentem, sed ad libidinem venissent; doctos consuleret si esset indoctus; si pigebat eos inquirere; paratum se adesse ad propugnandam famam, doctrinam, mercedes, & merita Bonziorum: hunc ergo Rex pressa omni aduersus impudentem irati animi, orisque specie, iussit si quid haberet sedatè ponere. At is eodem arroganti stylo, Bonziorum in primis institutum efferre, vitæque sanctitatem; esse illos absque dubitatione cælo gratos, & Deo charos; legem quippè illius seruare, & obseruandam à populo curare, longas noctes, & frigidam magnam partem orando exigere, pro iis quorum beneuolentia & beneficiis iuuarentur; sensus omnis voluptarij expertes castimoniam tenere perpetuam; abstinere se ab esu recentium piscium; curam gerere agrotorum, pueris literas, urbanitatem, virtutem tradere; conciliare inter se reges; sedare regna; plebis insolentiam frangere; suum nobilibus tueri gradum; discordes urbium animos, & similtates priuatas componere; pacis publicæ iura asserere, fideiubere in alteram vitam, & dare in eam syngraphas quibus illic diuites fierent, qui eas hîc secum acceptas ferrent. Quot porro egentes alere? quot defendere pupillos? quot erigere, ac solari afflictos, & abiectos? atque vt Bonziis cætera deessent, familiares esse Solis; stellarum domesticos; amicos intimos beatorum, quibus cum quoties liberet, miscerent nocturna colloquia, quos cælo educerent, exciperent brachiis, circumspicerent otiosè. Pergensque admiranda illa, sed occulta narrare, quibus vulgus ignarum infatuant, ibat in comicum acroama deridiculum, nisi aliquos ex auditoribus aduertisset, non satis iam risui imperare: enimuerò tunc quàm antè procaciùs in Regem bacchari, scurrari, ebrium agere, vt rex denique cogere, silentium illi per fratrem imponere; post vero illum sede per ignominiam detracta ab se amoueret, monens, tam multis de sanctitate Bonziorum quæ ad tædium dixerat opus minimè fuisse; qualescumque ij forent; ipsum certè illa parentis animi, & verborum insana tempestate, sanctitatis suæ eximie præclara dedisse documenta, plusque illum intus habere de inferis, quam suos vt stultè garriebat, de cælestibus, & beatis. Quo regis monito, sed multo grauiùs ablatae sedis dedecore, impos sui, & amens; erit, inquit, erit, cum nullius mortalium admittam seruitutem; nec vos, nec ipse Rex, sed nec quicquid vbique regum est, tanti futurum sit, vt detur illi mearum vestium simbriam tangere, volebat nimirum homo fatuus intelligi, hoc fore, cum ipse vni Deorum suorum incorporatus, in eandem cum illo coaluisset naturam diuinam, quo sibi Bonzij post hanc vitam promisso præmio, inter alia blandiuntur. Delirum risit, non sine stomacho rex, & perstringere acrius parabat, nisi placasset illum Xauerius, suadens aliàs futurum commodiùs, cum refo-

buisse

buisse  
ac loq  
vocen  
dam ap  
clama  
tecum  
Deo c  
pudor  
Rex se  
tionib  
quit, m  
stros i  
posse b  
vt mih  
ex tuo  
inuitat  
osculo  
vt in a  
supple  
post vi  
Ample  
cibus  
posse  
le ad f  
donec  
aderar  
inuiti  
37  
aduerf  
hinc n  
num, f  
cos sin  
ricula  
stolicu  
traxit  
sonâ e  
plenda  
valde i  
non p  
dio re  
tam de  
que ci  
garet,

buiſſet Bonzius ſuam bilem, & in hominem rediens, ſentire humanius ac loqui meminiffet. Inſit nihilo ſecius rex abire, & expiare pœnitentia vocem ſacrilegam, qua ſe Deo parem effeciſſet: Cui, malignum quiddam apud ſe immurmurans, pedem extra limen poſiturus, mittant in-clamauit, è cœlo dij ignem, quo decineras tu, & quiſquis regum, tecum idem loquetur. Sic ab importuna ſecuri moleſtia, ſequuntur de Deo colloqui, nullo deinceps ex Bonziis interpellatore, vt quos ſocij pudor fecerat cautiores. Prandendi hora imminente, menſiſque poſitis, Rex ſecum diſcumbere Xauerium voluit; nec eius, aut precibus, aut rationibus, aut vlla modeſtiæ declinatione, ab eo valuit dimoueri. [Scio, inquit, mi Pater, & amice! te hoc non egere, at ſcies tu quoque, vbi noſtros in mores tranſiens, nullam hominum cuius maiorem ab Rege poſſe beneuolentiam exhiberi, quàm ſi meſa illum ſua cohoneſtet. Ego te vt mihi peramicum, propterea expeto conuiuam; plusque mihi arbitror ex tuo conuictu auctoritatis acceſſurum, quàm tibi honoris ex hac mea inuitatione, ad quæ genu ſummiſſo Xauerius, Regis acinacem reuerenti oſculo veneratus (vt eius patriæ fert vſus) Deum ait toto animo precor vt in agendis benignitati tam effuſæ condignis gratiis, meam inopiam ſuppleat, & Regem dignetur fidei ſuæ ſancta luce, & gratiæ merito, quò poſt vitæ huius, nauata Deo fida obſequia, eius gloria æternum potiatur. Amplexatus hic virum ſanctum adiecit Rex, rogare ſe item vt eius precibus Deus annueret, verum hac lege, vt ambo in cœlo ſimul eſſent, nec poſſent vnquam inuicem abiungi, ſed de diuinis vt inſtituerant tranquille ad ſatietatem illic in perpetuum tractarent. Sub hæc accumbitur, & donec expleto prandio amoueantur menſæ, hærent de genibus quotquot aderant nobiles, ſeu Iapones ſiue Luſitani, ipſique adeò magno numero inuiti Bonzij, & intabefcentes Xauerij gloria.

37 Huius in Rege erga ſanctum fraterni propemodum amoris, & irati aduerſus Bonzios odij, fructus quoque tulit valde diſſimiles vir Dei, nēpe hinc magnum in populo nomen; cōcurſus aſſiduos omnis generis hominum, frui eius aſpectu, & aſſatu auentium; venerationē apud ciues, & aulicos ſingularē. Ex alia parte probra, contumelias, maledicta, minas, vitæ pericula tam inuitabilia, vt abſq; miraculo non videatur illa effugiſſe, Apoſtolicū vero eius munus ex tenebris idololatriæ, in lucē Chriſtianam Funaij traxit innumerabiles; quod ſcriptū reliquit Luſitanus qui ſuā & ipſe perſonā egerat in illo deducti ad Regem Xauerij apparatu, [erātque ait, explendæ ſuæ in ſalutem hominum caritati, vſq; adeò intentus, vt niſi nocte valde intempeſta, poſtquam ad ſomnum conceſſerant ethnici, adire illum non poſſent ſui Luſitani, hoc eſt ipſiæ cohortationis, & confeſſionis ſubſidio recreari, quòd autem in illum aſſicerentur vt filij in patrem, timebant tam denſo, & continuato tam ſtrenue labore ne opprimeretur, rogabantque cibi, & ſomni debitum quod pro ſuo iure natura exigit, ne ſibi negaret, quibus ille, ſi verè, bene ſibi vellent, in iis quæ corpus attinebant, ſe

37  
Cōuerſiones  
Funaij, & Re-  
gis emenda-  
tio.

sanè pro mortuo ducerent; nec de cibo, & lecto pro se laborarent, pabulum sibi solatium & vitam in eo esse, vt ex tyrannide dæmonis, & sempiterni nexu supplicij animas vindicaret, quarum bono ex orbis finibus illuc diuinitus accitus fuisset: & erat profecto quod alimenti sui que immemor, sola messis, tam lætæ copia pasceretur, vt in ea legenda quâ ferenda plus esset operæ ponendum, perpetuas in compitis ad populum sermo; vbique cum laïcis disputationes; pugnæ cum Bonziis: illic enim ad viuum omnia refecantur, nec Vero dant manus nisi demonstrato; nec falsum & errorem deponunt, nisi perspicuè dedocti: fuit tamen cum semel supremi spiritus impetu vehementi turma ingens ad eum transiit, duce, infensissimo Christianorum hoste. Sacaium Ecranum vocabant, erat Canafamæ nominatissimus, diuinitatis ethnicæ Doctor, & Propugnator potens; huic suos cernenti ab Xauerio prostratos, iamque contra illum audere neminem, libuit cum illo disputatione experiri; quàm felici auso, secuta res prodidit, nec facillè dixerim illum Xauerias, an seipse gloriosius vicerit, admota illius oculis à sancto fax duplex, rationis, & Euangelij cæcitate illico discussit; eumque mox cepit animo dolorem, cum vitæ horrore ad vsque decrepitum senium, profligatæ; vt nullam admitteret consolationem, optaretque sibi ipsi inuisus æternis se tenebris condere, nisi urgente interius Deo, & conscientia statuisset, non esse satis publico errorum tot annos præceptor, priuatum fieri veritatis compertæ discipulum. Ergo die quodam Funaij, platea maxima frequenti populo referta in medium penetrat, in editiorem conscendit locum, & ex eminenti, signis, clamore, ac multo curiosius magno fletu ad se homines aduertit, quibus circumfusis, & nouæ fabulæ præstolantibus euentum, proiectus in genua, manusque, & oculos multis cum lachrimis in cælum attollens, magna voce, [ Tibi, ait, ô Christe Iesu, Fili Dei vnice & verè, salus mea & vita! me victum dedo te lingua, & mente Deum profiteor omnium potentem, & æternum. Vos vero qui adestis parcite, & date quam rogo veniam, quod vos toties pro veris ea docuerim, quæ nunc agnosco, & palàm denuncio fuisse mendacia & falsa, ] quantos publica ista confessio, non iam Bonziji, sed Christi præconis, motus exciuerit animorum, non potest certius quàm teste Xauerio cognosci, ait enim quingentos se tunc statim baptismo donare potuisse, si magis numerum in iis voluisset quam virtutis robur attendere; quod vbiuis forte per Indias facturus fuisset, vbi fidei sacrosanctæ mysteria literatorum cauillis non erant obnoxia. Verum inter Iapones cum tota in eo Bonziorum sudarent ingenia, vt nouis quotidie argumentorum, & fraudum machinis Religionem impeterent, decebat illius candidatos, earum notitia, & depulsione præmuniri, ne irretiti à Bonziis, extricandi sui inopia, se captos dederent, & maiori foret Christianis probro, repetentium idola facinus, quàm decori fuisset pietas immatura venientium ad Christum: quod idem cum Rege prouidus tenuit, lento eius conuersionem

nem fest  
stans eff  
git ind  
cto robo  
cenda v  
detestab  
& scrup  
& hic n  
bat; br  
igitur a  
capitale  
rum per  
didissen  
quam p  
cio pot  
æquitat  
eos om  
stibus,  
imman  
perum  
patrem  
ziorum  
abiger  
innato  
partuu  
illorum  
inter E  
Aduer  
capitis  
bus ab  
censeb  
batque  
aspect  
nitidif  
sui hor  
met en  
censur  
His  
ablimi  
nouæ  
rior, c  
fensis  
sæpius

nem festinans, & pensili gradu, nec multum sollicitus ut cita, dum constans esset, & inuicta, quare haud prius Christiani formam eius animo fategit inducere, quam illum ad eam altius admittendam, retinendamque; infracto robore, preparatione idonea subegisset. Hæc autem minus in mente docenda versabatur, quam in affectu corrigendo inflectendoque; in horrorem detestabilium scelerum, quæ doctus erat à Bonziis ne religioni quidem, & scrupulo ducere. Ut autem sermone viri Dei magnoperè afficiebatur, & hic non minus vi magna rationum, quam exemplo viuendi rem agebat; breui aulam, & regnum, ingens muratio in melius vertit. Primum igitur adolescentulum nobilem palatio expulit, non vnam sed summè capitalem, propudiosi ansam dedecoris, quo scelerosa natio Bonziorum persuaserat, nihil esse principe dignius. Iidem præterea cum ei tradidissent, execrabiles Deo esse ac cælo, pauperes; & huc à natura tanquam purgamenta, in omnem fortunæ iniuriam missos, ut vitam supplicio potius quam beneficio traherent, culpæ ducebat bene iis facere; æquitatem putabat illos opprimere, velut opus alio titulo non esset, ad eos omni scelere & pœna damnandos, nisi forte nascendi, nec aliis testibus, nisi ærumnis, & perpeffione suæ egestatis; Regem à barbara, & immani erroris impij prauitate ita Xauerius dimouit, non modo ut pauperum misericordia tangeretur, sed qua principem decebat, & populi patrem liberalitate iis succurreret. Scelestum præterea & crudele Bonziorum dogma grassabatur quo licebat grauidis matribus, vel fœtus abigere, vel natos præfocare, utpotè scilicet, res suas, quas possent pro innato sibi dominio perdere. Hinc abortus innumerabiles, cædesque partuum, vel ad vitanda educationis tædia, vel ad præuertendas egestatis illorum miseras, vel denique ad labes castitatis, parricidiis tegendas, inter Bonzias præsertim, specie virgines, re ipsa turpissimas meretrices. Aduersus huiusmodi cruentam rabiem, sancendum curauit supplicium capitis in eos qui rei deprehenderentur, aliisque generis eiusdem legibus abolenda scelera portentosa quæ ex placitis Bonziorum indulta censebantur, vel ad solatium naturæ, vel prærogatiuam nobilium: solebatque rex optimus coram suis ingenuè dicere, se ad solum viri sancti aspectum animo concuti, & pudore suffundi, quod ex ore illius velut nitidissima crystallo, vitæ suæ deformia vlcera respectaret, tantoque id sui horrore, ut non sustineret in eum oculos figere, nisi deliberata suimet emendatione: ex quo etiam impelli se fortiter sentiret ad regni censuram, moresque publicos legibus corrigendos.

His apud Funaium beati Apostoli prosperis, cursum tenebant longè absimilem, Turrianus, & Fernandus, quos Amanguccij reliquerat ad nouæ Christianitatis educationem, illis enim patientiæ haud paulo vberior, quam animarum seges fuit. Procitato in Regem ab nobilibus offensis populo, & perduelli tumultu omnia miscente, nostri ad necem sæpius quæsitæ, Bonziorum instigatione; confecta que res esset, nisi pia Christiano

Christianorum potentium sollicitudine, crebro stationes & latebras mutarent. Sed lachrimabilem eius urbis casum priusquam refero, erit, opinor, iucundum legere disputationum illarum forma cuiusmodi fuerit, quas cum literatis nostri ea in urbe commiserunt, de iis solum exscribo quæ frater Ioannes Fernandus currenti, ac simplici calamo ad Xaverium scribebat.

34  
Disput. Amā-  
guccij cum  
P. Turriano.

38 Postquam Bonzj Amanguccienfes, Bungum esse profectum virum Dei cognoscunt, animos resumunt; paulo ante confusi, nec ausi se illi sistere, ferreque vim illam potissimum diuinam atque perpetuam, obiecta omnia multorum, & interrogata responso vno diluendi, ( cuius antea facta est mentio ) putant se leuiori pugna defuncturos, cum duobus illius fociis quos opinabantur ab eius doctrinæ celsitate abesse plurimum: ergo redeunt in arenam, multi simul; quæsitis multis, & cauillationibus instructi, multo cum tumore, ac strepitu, vt à prima luce in multam noctem domus Patrum disputatione continua sonaret, succidant eis semper aduersariis aut victos, aut lassos supplementibus: disputationis columnen Turrianus: eius interpretes Fernandus, cui pridem in promptu sermo Iaponicus; auditores, ex Christianis, & ethnicis, quam multos cubiculum caperet, omnes volucris curiositate finem illarum contentionum præuertentes: prorsus quamquam à Bonziis posita, simplicitatis essent ferme potius ridendæ, quam difficultatis inuolutæ, suos tamen interdum habebant nodos non ita cuilibet expeditos. Fuit in primis de temperamento, & ortu animæ non parua contentio. Quæsiuit Bonzius, an vt pars crassior simplicium quatuor corporum, humanum corpus componebat, sic è purissimo illorum flore constaret animus? & negatum id posse fieri, elementa enim cum ipsa sint corpora, non posse coagmentare nisi corpus, animum vero spiritum omnino esse. Erit igitur intulit Bonzius, materia duplex, altera elementaria, & sub sensum cadens ex qua nobis concresecunt hæc corpora; altera ignota sensibus & indeprehensa, ex qua animæ educantur: negauit Turrianus, animas ex parentibus traduci, aut ortu naturali progigni, sed à solo creari Deo, cuius virtus cum sit infinita per sese, nulla eget materia veluti semine, ex qua rerum quas condit formas eliciat, & hinc prouectus altius probare instituit; nullam præter Deum posse fingi animo naturam, quæ per se necessario existat, nec aliundè sui Principium quàm ab ipsa se suspensum habeat; vnum, vt sit, Deum æternum esse; à nullo pendere, ex ipso reliqua omnia, quæ vt prodeant in hanc lucem, cum ante non fuerint, agentis opera indigent, qui ea producat. Iam si ab æterno nihil extiterit præter Deum, fueritque omnium artifex, vnde illi massa ex qua hoc elaborauit vniuersum, apteque in cœli, & elementorum communionem digestum colligauit, quam vulgo dicimus Naturam? Profecto si nihil præter Deum fuit, se vno vsus est ex quo educeret omnia; hoc est, velle ipsi fat fuit, cum ei sit velle idem quod agere. Sic nostras etiam non ex

concrecione

concrecione  
assurgens  
dit, nihil  
plicem  
diuersè a  
eas opera  
vnum qu  
in se quic  
rerum om  
in anima  
nat; non  
ipsum tan  
bus quæ  
ac liberu  
morienti  
generalé  
illud ad c  
compon  
retur, ve  
singulari  
nam qui  
absque v  
sui com  
rudis, &  
dissimili  
diuidat,  
affecta ta  
principio  
hæsit Bon  
brutoru  
zius, nam  
quo con  
futurum  
docere T  
in nobis  
corpore  
proinde  
licet diu  
non esse  
non nen  
go ait vi  
esse, itan  
annon?



concretionem vllius materiae, sed ex nihilo animas volendo procreat, hic assurgens Scholæ scientissimus Bonzius quæ famosissimum illud defendit, nihil, de quo pridem fusius narraui, fatebatur & ipse vnam, & simplicem rerum vniuersarum causam, sed participare se illam cum singulis diuersè admodum ab eo quod nostri assererent, nimirum haud quaquam eas operando, & efficiendo, sed suggerendo de se illarum materiam: vnum quippe esse vniuersale, ancepsque ad omnia, principium omnium, in se quidem nihil, extra se omnia, quòd cum natura sua informe sit, in rerum omnium naturas formasque fingatur, in viuentibus viuat, sentiat in animantibus, in homine ratiocinetur: nec incipiat vnquam nec desinat; non progeneretur, nec sit corruptioni obnoxium, sed diffundat se ipsum tantummodo, protendatque extra se communicatione sui cum rebus quæ esse incipiunt; ab iis quæ desinunt, intro in se remeet solutum ac liberum. Nec dispariliter de cuiusq; viuentis anima philosophabatur, morientium videlicet animas in illam refundi, remisceriq; communem, generalèmq; massam: sic argumentantem Bonzium interrogauit Pater, illud ad omnia paratum, indifferensque principium vtrum ad singula componenda adhiberetur à seipso, an autem ab alio, cuius opera formaretur, vel vt ipse aiebat transformaretur? denique quam induebat noua singularisque natura, num quid illi eius propriæ vniuersitati, adiungeret? nam qui posset illud quod eorum nihil est quæ ex illo vno coalescunt, absque vlla sui mutatione, omnia fieri omnesque formas induere, sola sui communione tanquam materiae? qui potest præterea si materia est rudis, & mortua, & in omnes æquè affectiones, naturasque itura, tam dissimilibus diuidi, & circumscribi naturis, absque efficiente qui insit, qui diuidat, & circumscribat, opifice? tot porro tam diuersa, proprietatibus affecta tam inter se oppositis, quo pacto tandem ex vno illo constare principio poterunt simplici, nulla diuersæ substantiæ varietate discreto? hæc ait Bonzius ad hoc saxum; & sequens Turrianus, quærit, inter animas brutorum, & hominum, ecquid discriminis poneret? Certè, inquit Bonzius, nam gerunt homines futuri curam; bruta dumtaxat præsentium, ex quo consequens duxit quadrupedis planè non hominis, conducibilius futurum fuisse hominibus, pecudes nasci quam homines. Exin illum docere Turrianus quid esset ratio, quid sermo ratiocinantis, quo pacto in nobis animi actio ab omni materiae adminiculo secreta, absolutaque à corpore, ex quo necessario conficiebatur esse corpore excellentiorem, proinde casibus qui corpus perimunt haud quaquam subiacere, quibus licet diuulsum à corpore, non tamen destrui: habitum est paradoxo loco, non esse animum materiae immersum & scire voluit crassioris ingenij non nemo, an esset colore, & effigie præditus, quod cum negaretur, ergo ait videri non poterit, quod cum vltro daretur; inde collegit, nihil esse, itane ait Turrianus, stoliditatem ingenij secutus; coloratus est aër? annon? aërem vides necne? minimè vero, respondit Bonzius; & Turrianus,

rianus, te ergo iudice nihil aër est, quando videri oculis non potest, haud multo aptius consequens, alius deduxit; si spiritus est anima, nec interit vna cum corpore, inde conficitur animam Deum esse, cuius est natura immortalis. Sed petitionem exire non potuit errori, si vellet, suo feliciter lethalem; nempe si erant corporæ hominum animæ, mortemque subituræ, nec Xacam nec Amidam in cælo esse, nec quicquid Camidum, & Fotochionum in Iaponia coleretur, vt qui olim homines vixissent, & quorum etiam tum ossa venerationi prostantur ethnicorum. Postremo de Deo, multa, & diu, interdumque obscura disputatione versata sunt: quæ sit regia eius sedes? quæ oris species? cur non cerneretur animo etiam corpori obstricto, cum esset hic spiritus & materia similiter careret? Si erat Deus natura bonus, quo consilio dæmones vsque adeo malos condidisset? ac si erant æternis ignibus addicti, quæ se inde solutis vinculis, & vacante pœna expedirent ad labefactandam suasionibus perditis hominum probitatem? & si quocumque irent circum suos semper secum ferebant inferos (vti dixerat Turrianus) vt quid Deus in terræ sentina inferos condidisset? qua vero arte machinarum, sublime se tollerent ex illo barathro, quæ terræ motem erupturi perfoderent terebrâ? si nobis Deus salutem volebat, cur sempiternam inferret pœnam? si penes illum erat, damnatos ab ea liberare, vt quid illos immobilis æternum spectaret? cur humanam imbecillitatem, tam impari legis intolerandæ pondere oneraret? cur mentem homini tam Veri cæcam indidisset, voluntatem sic alienam boni; tam inimicas rationi, animi perturbationes, tam teneram ad sensum molestiæ omnis carunculam, tam fluxam & fragilem ad pulsum cuiusuis delectationis? adderet insuper nunquam intermissos dæmonum impulsus, quibus nostra iam sponte in scelus præcipites, incitatur? quid autem peccassent in Deum pauperes, vt nascerentur in hanc vitam inferorum rei? rursus criminum rei cum pœnas eorum hic luissent, cur illic etiam æternas luerent? Huius alia quoque generis permulta proferebant in medium Bonziji, & qui pauca hæc velut in aliorum collecta specimen ad Xaverium scripsit Fernandus, subiungit responsis Turriani tam cumulatè Bonziis factum satis, vt quamuis superbia tumidos, minimè puderet victoriam illi tribuere, profiterique rationem à nobis facere; nec posse merito quicquam ei opponi, dempta solum contentione rabiosa, de abominandis quibusdam flagitiis in quorum usu vt erant belluis scædiores, sic iis propugnandis ægrè hominem retinebant adeo serenum rationis, stiparat sensuum infamis & pestilens vapor, & sepultum carne animum opprimebat.

39

Amangucciū  
Bonziorum  
scelere euer-  
titur; Rex  
perit; nostri  
periclitantur.

39 Cassis itaque doctrinæ, & ingenij viribus aduersus Xaverij socios, artes integrant sceleris assueti, auditu horrenda de iis in populum effu-  
tiunt, infanticidia, & homicidia occulta; Esus carniū humanarum, potumque sanguinis; dæmonem quondam ore idoli veridici, duos illos, sibi asseruisse discipulos, suis imbutos disciplinis, cantionum suarum & præstigia

præstigia  
acutos. I  
sinet ocu  
neam ver  
Lusitanis  
alij dæm  
vitam, re  
xerunt, n  
tres diffi  
valebant  
nastam e  
grauitate  
cium pe  
bio potit  
dat, milit  
garant,  
tum, præ  
Imparati  
decerner  
habuerat  
medium  
& rebell  
dium cu  
mum ob  
rebelli p  
Amangu  
que min  
ritatis cu  
multo m  
res extit  
varias, s  
mâque c  
inimicit  
venissen  
scelere p  
tu, mona  
tum cæc  
Fernand  
culæ def  
vxoꝝ piè  
tam exc  
mibus p  
perquir

præstigiæ architectos, proinde argutando tam acres, fallendo, tam acutos. Præter quæ non pauci caput suum iurati deuouebant nisi suis ipsimet oculis dæmonem vidissent, nubem fulguris instar nigrantem, & igneam versus palatium agere, Regique exitium & regno minantem, quod Lusitanis Bonziis aut fidem, aut hospitium præbisset. Enimverò haud alij dæmones præter Bonzios, fulmen strinxere in Regem suum quo illi vitam, regnum filiis eius abstulere: vt enim sua diffari commenta perspexerunt, nec iam dolis verborum facillè populum inuolui, sed quæ in Patres dissipabant, inuidiosè ficta credi, vt quibus ingenio & literis non valebant, fraude superiores euaderent; vi aperta eundem putarunt. Dynastam ex regni præcipuis adeunt bello notum, & tributorum offensum grauitate quibus Rex populum vexabat; ad arma sollicitant; Amanguccium peteret, dum Rex suspectum habebat neminem; vrbe absque dubio potiturum: aurem is, seu vindictæ siue rem. dij nomine perduellibus dat, militem facit, & die vigesimo post visum fulguris quod Bonzij vulgarant, ad portas se sistit vbi numero auctus concurrentium ad tumultum, prædæ magis quam partium studio, impressionem in urbem molitur. Imparatus Rex ad defensionem, nec par hosti exire obuiam, & pugna decernere; nec obsidentem repellere, intestinis insuper quos tyrannicè habuerat arctatus odiis, spes omnes proiecit, vnâque in morte malorû remedium locauit. Sed morte acerbius reputans, in manus suorum hostium & rebellium venire, prius, immani barbarie, filium peremit, tum parricidium cumulans, ventrem sibi proprio ferro exsecuit, familiarem intimum obtestatus, vt amborum cadauera in cineres daret, ne ab hoste rebelli per urbem raptarentur, aut alio deturparentur dedecore. Hic finis Amanguccij Regis, hæc merces haud quidem hospitij Euangelio, eiusque ministris præbiri, sed obfirmatæ in idolorum cultu perfidæ familiaritatis cum dæmone, & magicarum ad prænoscentia futura sortium. Nec multo melius consultum Bonziis, tametsi armorum, & malorum auctores extiterant. Regis morte urbem rebelles inuadunt, scinditur in partes varias, suo quæque sub duce percursant, prædantur, vastant; ferro, flammâque omnia populantur, & publico vt assolet furore priuatâ sæuiunt inimicitia: quod autem Bonzij etiam apud vulgus in eum contemptum venissent, vt pro ignaris, & deceptoribus populi, ad hæc item recenti scelere pro seditionis auctoribus signarentur, factu quoque in eos impetu, monasteria illorum incendio, bona raptoribus cessere; octiduum totum cædes passim alternæ, & direptiones tenere, nostri Turrianus, & Fernandus, quos crudelitas Bonziorum discerpandos in primis plebeculæ destinarat, mira Dei prouidentia cladi subducti sunt. Neotondoni vxor piè in Xauerium, & Christum affecta (quanquam vt diximus solitam excusare, in sua hæretet superstitione, ne fraudaretur sperato ex domibus præmio, quas Bonziis ædificauerat) vt nostros comperit ad necem perquiri; per fidum ex suis illos rogat, clam se in palatium suum recipiant

pian, vbi tutas iis præstaret latebras, dum ea tempestas desæuisset, at ecce dum eunt, in turmas equitum subinde incurrunt, stragem vbiq; prædâsque agentium, quorum in tanta ferti licentia manum incolumes effugisse, haud potest nisi miraculo tribui, par tam frugiferum suorum, regni eius fouendis neophytis, & futuris ethnicorum conuersionibus seruante: sed cum nobilium diuitum domibus parum tuta esset securi fides, illos benefica mulier prudenti famulo commisit, occultandos in cœnobio Bonziorum quod loco infrequenti construxerat, & suis sumptibus alebat. Verum sacrilegi, sibi concreditos dum vident, & mandari seruandos, quorum auide sanguinem bibissent; fremere, scilicet, conclamare, dæmones duos esse, aut dæmonis assecras, tantum esse in iis seruandis flagitij, quantum promeriti in perdendis; tum exprobrando, si quam prædicabant, Dei cœli lex erat, cur transferre illos in cœlum moraretur is Deus, & secum in tuto collocare? si Iaponum Deos deprimebant, quod nec opulari sibi, nec aliis possent; vt quid apud illos asylum captarent? sed acer fidusque famulus reuocare in mentem cui cœnobium, cui quotidianos deberent sumptus, minari atque indicere. Si Bonzios duos se multo meliores inuita domina expulissent, scirent sibi statim, & sedes alias & victum aliunde videndum: quo metu absterriti, nostros demum admittunt, minimè quidem domi, sed in templi obstruso angulo, vbi esto inuisi, sed idolorum ingratiis securi latuerunt. Verita denique sapiens fœmina ne à Bonziis proderentur, ad eos ipsimam adiit, secumque in palatium perductos secreto conclaui secundum sua ipsius cubicula occultuit, donec sedatis tumultibus ciuitas sibi restitueretur.

40 Hic placet aduertere, quàm inconsultè Bonzij consultum sibi putauerint, dum per latus Principis sui & patriæ, nisi sunt interimere legem Christianam, vt eius exitio recuperarent lucra nefaria, & auctoritatem collapsam repararent. Statu enim ciuili Amanguccij vrbs vtcumque instaurato, & coacto Senatu primorum capitum, de electione noui Regis, itum est omnium consentienti suffragio in fratrem Regis Bungi, fortissimum iuuenem, & magnis rebus natum: missis ad Regem oratoribus solemnè legatione poscitur, annuiturque summa vtriusque voluntate, & publicis plausibus tam læta electio celebratur, quibus etiam Xaverius, sed altiore consilio sua gaudia coniunxit, Dei nutu peculiari factum ratus vt extra omnem expectationem regnum Principi deferretur Christianæ rei propitio, nec eum sefellit sua mens, eiusque pignus mox certum accepit, rogatus enim Rex pro ea qua ipsum complectebatur beneuolentia, vt Christianos Amanguccienfes fratri commendaret, id egit tam efficaciter, vt fide regia polliceretur Xauerio, nihilo ipsis fore Amanguccij minùs beneuolum & fauentem, quam Bungi Rex frater; quod & constantissimè præstitit.

41 Dies Funaij quadraginta vir sanctus egerat, quæstu animarum longè supra temporis breuitatem, & monebat annus Lusitanos de nauiga

40  
Frater Regis  
Bungi, Rex  
Amanguccij  
eligitur.

41  
Monica Xa-

nauiga  
Rege p  
morta  
cum ill  
rium in  
ti vero  
bilem  
pectora  
benefic  
suprem  
Secum  
gui mo  
quam  
ius con  
nam an  
sempit  
vel est  
cuius in  
taret?  
tamqu  
ignora  
se pœr  
sam sibi  
præ ill  
Deus a  
teret h  
adhuc  
ret Bur  
suisque  
stupore  
re frue  
casibus  
& Xau  
æterna  
cisci d  
42  
zij ma  
sum ha  
& irris  
rabili  
Amang  
de præ  
succed

navigatione in Sinas, indeque in Indiam parato reditu, com meatum à Rege petentibus, & profitentibus nomine gentis Lusitanæ gratias immortales, & æternam liberalis receptus, & beneficiorum memoriam, cum illustri ubique illorum prædicatione: respondit Rex se illis Xaverium invidere, cuius discessu sibi videretur patre denuo orbari, cogitanti vero se nunc illum postremum cernere, dolorem inuri non consolabilem: Regis manum veneratus Xaverius, affirmavit se illum intimo pectore gestare, institurum autem assidue apud Deum ut profusæ ipsius beneficentiæ condigna reponeret præmia, tum ei seorsum amoris pignus supremum reliquit, aliquot monita, quibus æternitati suæ prospiceret: Secum nempe animo reputaret, vitæ huius aduersa, & prospera, extinguere morte & absolui; alterius autem immortalis, æterna esse, nec unquam desitura? Tot Iaponiæ olim Reges, vbinam tunc forent, & quid iis conferret beatitatis peractæ fabula, si erant flammis vlticibus æternam arsure? quam prudens esset negotiatio, breui corporis voluptate, sempiternis animam tormentis addicere? grandi lucro, quicquid vltimum vel est, vel esse potest regnorum amitti, & proiici, ut cæli regno potiare, cuius inita semel possessio, nullis temporum lapsibus excuteretur, aut nutaret? hæc veri mordacis effata certissima maiores ipsius hæctenus totamque Iaponiam quâ suo commerito, quâ incomprehenso Dei iudicio ignorasse, videret ipse quam severa ipsi de se incumberet ratio, quanto se pœnæ grauioris constitueret ream, si Dei munere singulari, præmissam sibi ex orbe vltimo religionis veræ, ac salutis facem negligeret, ac præ illa cæcitatem suam, & voluptates pudendas adamaret, arceret Deus ab eius capite tantam perniciem! se quidem ad hoc quoad suppeteret halitus precibus & lacrimis apud Deum acturum, nihilque sibi, aut adhuc in viuis, aut iam defuncto venturum optatius quam si intelligeret Bungi Regem, sacro tinctum baptismo viam certæ salutis insistere, suisque populis præire. Hæc verba regi ter lacrimas non sine adstantium stupore tunc quidem excusserunt, post vero præscripto diuinitus tempore fructum tulere quem sanctus desiderauerat: aduersis enim fortunæ casibus, tum admonitus, tum punitus, diuinæ se tandem gratiæ permisit, & Xaverij (quem semper vocabat animæ suæ patrem) iam cælo beati æterna gaudia suscepto baptismo cumulauit, ex quo & nomen Francisci duxit.

42 Dum sic Lusitani discessum adornant, iis extrema quæque Bonziji machinantur, Xaverio maximè, cuius causa, Lusitanum nomen exorsum habebant: triumphantem igitur abire indignati, se autem spreto, & irrisos, ludibrio populi obiici, decernunt communi consilio, memorabili vindicta infamiam illam redimere; Rei gerendæ ordo erat, ut Amangucij sic Funajj, in seditionem populum agere, dein Lusitanorum depradari merces, naues incendere, ferro illos ad vnum delere: hæc si succederent, regiam aggredi, Regem inuadere, & cum stirpe illius vni-

uerij in dis-  
cessu, Regi  
Bungi data.

42  
Vexatur Lu-  
sitani & Xa-  
uerius à Bon-  
ziis.

sa de medio tollere, strage ita descripta, quod videretur nimis difficile, veneratorem magnum Xauerij populum in eum proritare, nisi prius calumniis, & contumeliis oppressum; ex condicto in eum fanda, & nefanda congerunt, vilem, sceleratum, mendicabulum, cælo execrandum, fame, siti, vermibus absumi; cimicibus ali, & effossorum noctu cadauerum carnibus; ossibus ad magica abuti, esse enim præstigiatorum, dæmonem in lingua gerere, & quos alloqueretur incantare. Regi eius amicitia fascino, circa caput errare vaporem igneum, coronam in cineres redacturum; stragem populi, nisi ad mentem rediisset, Xacam & Amidam, tam crudelem iurasse vt esset toti Iaponiæ exemplo, & terrori futura: quare nisi foret penitus læua meus, irato cælo, & falso Bonzio, piratisque illum circumducentibus tempestiuè subtraherent sese, & meritas de iis pœnas exigerent: hæc & similia surdis quotidie cantabantur, & Deo criminosa carmina disflante, nullius in animum penetrabant. Stabat interim nauis in anchoris, & in procinctu Lusitani, quare alio machinas obuertunt Bonziji, petuntque ex seipsis tela, quæ à vulgò minime obtinebant. Duodecimâ hinc leucâ cœnobium erat Miaigimæ nomine; huic Fucarondonus præerat, portentosa inter Bonzios literaturæ atque ingenij, cui par nemo toto Bungi regno, quod nescio qua magni nominis in academia diuinitatis pulpitem annos triginta tenuisset, & peritissimus rituum consuleretur pro tripode. Hunc si Funaium valerent pertrahere, sperabant ab eo, primo statim congressu pud factum iri Xauerium, & refarcienda sibi auctoritatis afflictæ detrimenta; ob hoc ei per literas infimis precibus supplicant, si quid eum gloria Camidum, & honor tangeret Bonziorum, tantillum hoc itineris ne grauaretur conficere, paucis inde diebus victor, & triumphans, ipsorummet succollantium humeris in suum cœnobium reportandus, explicabant enim itineris causam, & necessitatem. Bonzius, & occasione tam honorifica, & seipso inflatus, ac de prostrato vno Xauerio, non vna se augendum gloria somnians, sine mora accurrit, adestque cum suis sex olim discipulis tunc magnis doctoribus. Vela postridie facturi cum sancto Lusitani Regem vltimò salutabant, cum Fucarondonus Miaigimæ adesse nunciatur, cupere honoris debiti apud Regem officio fungi, simul illum coram hospitem Bonzium videre; conturbatior ad nomen Fucarondoni Rex, & silens meditabatur vt postea factus est, prouocationis, huius effugia, quam salutandi officium vocabat Bonzius, vehementer timens ne illi Xauerius longe impar obrueretur eius argumentis, adèd horrore suarum disputationum Bonzius omnia perterrefecerat; dolebat Rex optimus & amantissimus viri sancti, cum hanc famæ tunc aleam subire, cum parata eatenus ingenti gloria erat in patriam rediturus; iamque illò vergebat, vt accessum Bonzio negaret, cum perplexum eius animum diuinans Xauerius, rogauit Bonzium admitti, & audiri, liberè quoad vellet seu dicentem, siue disputantem, sibi vero nihil esse sollicitum, Christi enim doctrinam

doctrin  
no pron  
vel in  
se offic  
intrat.

43  
aspectu  
egregie  
memini  
suosque  
qui me  
fingit n  
per, et  
coëmer  
tractau  
uiofum  
no iuuat  
cidè vir  
faciam,  
quam d  
ego Fr  
centum  
potes q  
fer ten  
rogauit  
diceret  
mercat  
Frenai  
mum,  
cultu,  
zius, &  
rum, re  
carere  
nascen  
reni co  
cente c  
lud scil  
syderu  
mur; n  
xuitas  
crefcur  
refici a  
immort

doctrinam quã ipse prædicasset, non esse natam ex Academiis, nec humano promptam ingenio, sed Dei ipsius magisterio traditam, nec quicquid vel in Iaponia Bonziorum, vel esset in orbe Sapientum, plus ei posse officere quam soli tenebras, sic apertis Fucarondanus foribus aulam intrat.

43 Regi ter de more prostratus, & Xauerium à capite, grani, & seверо aspectu emensus, ad latus confedit, atque ita incœpit. Haud scio, vir egregie, me noris necne? seu melius agnoris? respondet Xauerius, non meminisse, vsquam antea ab se visum, ad quæ altùm cachinnans Bonzius, suosque contuens; video comites, parum nobis cum isto negotij fore, qui mecum olim plus centies pactus, nunc ab se visum aut nescit, aut fingit nescire: post ad eum conuersus, & procaci risu; estne aliquid super, etiamnum, inquit, de illis mercibus quas Frenaiomæ in portu ex te coëmeram? cui sanctus sedatè, qua solebat modestia, mercaturam, ait, tractavi nunquam, neque Frenaiomam, sed neque te vidi. Proh obliuiosum, & cerebro crassum! intulit Bonzius, stultam fingens, & cachinno iuuans admirationem: id ergo tibi mente exciderit: tu vero, infert, placidè vir sanctus in mentem sis mihi, reuoca, si fortè me longuis meministi, faciam, infert Bonzius, & molestissimam narrationem occipiens, planè tanquam delirans, anni sunt sunt ait, supra mille quingenti, ex quo tu & ego Frenaiomæ in mercimonio pannorum versabamur, & ex te serici centum fascès, magno meo lucro illic emi. Meministi in annon? non potes quin id memineris. Hinc iam vltro aduertens Xauerius, quo miser tenderet, respondendi venia venerabundè ab Rege postulata, interrogauit hominem, quot annorum esset; duorum & quinquaginta cum diceret, qui potes ergo, inquit Xauerius, quindecim retro sæculis fecisse mercaturam, si vix medio sæculo maior es? & quo pacto tunc ambo Frenaiomæ, inter nos miscere commercia, si ante annum sesquimillesimum, sylua, & desertum fuit Iaponia, nec ab vllò adhuc mortalium culta, vt magna pars vestrum & sentit, & docet? attende sis, retulit Bonzius, & ex me audies quæ mireris, discèsque tandem nos esse præteritorum, rerum, ac temporum, quàm vos præsentium doctiores. Ignoras enim, carere mundum principio, homines quos mittit in hanc vitam continuata nascendi series, cum deficere videntur, nequaquam desinere, sed hoc terreni corporis inertis & pannoso spolio animam euolui & exui, ac putrescente cadauere, aliud sibi nouum corpus, solutam & liberam quærere, illud scilicet in quo renascimur seu masculum siue fœmineum, pro varia syderum conformatione, & Lunæ momentis sub quibus in lucem edimur; nam si foret materiæ nostrorum corporum, æqualis cum anima æuitas, nescituros nos vnquam mortem, sed cum rerum ex quibus crescunt, initia caduci sint roboris, & effœti, necesse est illa identidem refici atque innouari, & mortalium multorum supplemento, vni præstare immortalitatem. Ex ea nascendi vicissitudine, fortunæ quoque vices

existere;

43  
Disp. Xauerij  
contra Fucarond.  
Bonziũ.

existere; ut magni, aut viles; obscuro aut illustres essemus, pro conditione familiarum quibus infereremur nascituri: porro hanc esse illorum mercedem qui ex virtutis præscripto viverent, vitarum omnium meminisse, quas lapsis retro seculis omnibus vixissent, cunctasque sibi ex primo, si primus est æternitatis apice sistere, ac reminisci quascumque gessissent personas, literati, bellatoris, principis, mercatoris & alias, & quicquid sub iis boni, & iacundi patraissent, vel egissent, vel potiti essent. E contrario, aiebat qui tui similis, suis in rebus ita ignarus est, ut non meminerit qualis ab æterno, sub illa corporum mutatione perpetua vixerit, dignum se probat ob sua scelera tot plecti mortibus, quot vitas oblitus amisit. Hæc dum magno hiatu Bonzius sonaret, inaudita orbi de cælo arcana portare sibi videbatur, & exoletum illud Pythagoræ fabulosumque metempsychicos somnium pro oraculo venditabat. Quo autem ariete validæ rationis sanctus Pater deliram Bonziji machinam dissipavit, meum non est, inquit, scriptor qui præsens aderat, nec eius sum literatura, ut referam. Sed scio quantumcumque se Fucarondonus quaquà versum torqueret, inopsque fuci melioris, inconditis vocibus tumultuaretur, expedit se ex argumentorum vinculis nunquam potuisse, nec vnguem transversum vel inde progredi, vel retro cedere. Quare nihil videns sperandum commodius, animarum omnia transmigratio aliud posuit, non iam Philosophi, sed neque hominis, imo nec spurcæ quadrupedis, sed monstri fœdissimi quæsitum, fastuque arroganti velut naturæ iura defenderet, interrogavit Xaverium qua fronte masculorum usum, nullius sectæ præceptis vetitum, & apud Iapones ex omni memoria receptum, probri damnaret, & sceleris? an esset in iis tam cæca natura, conscientia tam surda, ut si quid foret in eo vitij, eius turpitudinem non deprehenderent, eius pœnitentia non cruciarentur? Indignatus unâ vir castissimus, miseratusque vehementer, impurissimi hominis proiecram inuerecundiam, cum ea modestia qua tam patrem licebat mephitim discutere, sed honesti affectu inflammato, præposteris sceleris enormitatem detestabilem sic probavit, ut tota cum aula Rex manifesti horroris indicia promeret. Bonzium uniuersi velut incestam belluam auersarentur oculis, & quò addebat plura in flagitiosæ causæ propugnationem, eò abominatior notaretur, & ipse commutata in conuitium concertatione, Regem, & Sanctum, & quotquot ab iis facerent stultè impotentèrque proscinderet, in quibus tam indigna euomuit, ut ferrent iniquè nobiles à Rege tolerari; alij furentem acriter monerent, partes suas tueri modestius, id si minus antea didicisset, tunc saltem ex illo disceret Bonzio Lusitano cuius illum non magis doctrina quàm virrus pudore suffundebat. Sed multo alij clarius, si ad hoc Funaium ex cœnobio venerat ut inueniret qui sibi dentes & cerebrum excuterent, id Amanguccij allecuturum procliuus, ubi plebs seditionibus euerfa, id illi facile donaret, quibus ille furiosus in omnes insanians, iussus denique est à Rege aula pelli

PELLI, a  
quoque

44

gentem  
tere; rei  
mam, re  
clamant  
dedecus  
appellat  
quàm vt  
lus arm  
lente, a  
uidè con  
fidio pa  
Fucarond  
in nau  
baret X  
te illo  
abire st  
pro vita  
pudoris  
discrim  
tuntque  
torquer  
tanti sp  
omnibu  
viri aud  
de illo  
phytis  
cum eo  
quæ su  
ac infu  
terret v  
ceptum  
velut te  
nouos  
erat p  
pax, v  
ta affe  
rosi, l  
quo to  
illud à  
hominis



PELLI, admonente, si Bonziji habitu non prohiberetur, iussurum quoque caput ei abscindi.

44 Extrusi aula ignominiosè fors, Fucarondoni, Bonziorum gentem fuscèque evertit: templa occludere, cœnobiis nullum admittere; reiicere oblata munera, sacrificiis abstinere; urbem execratissimam, religiones temeratas, profanatam aulam, populum, omnia conclamant; vociferantur audax Regis consilium, non esse Fucarondoni dedecus, sed contemptum Deorum; ad Deos prouocant, & Deos appellant publici sacrilegij vindices, iamque nihil propius aberat, quàm vt sensu nimium acuto suarum superstitionum percitus populus arma corripere, nisi Rex clade Amangucciana etiamtum calente, ac bonziorum nota perfidiâ cautior, crescentes motus prouidè compressisset: Lusitani tamen contra vim populi, Regis præsidio parum tui, si fortè à Bonziis efferati ciues, aggrederentur Fucarondonum in eos vlcisci, optimum factu inter se iudicant, in nauim sese recipere, & primis flatibus vela dare, vtque id probaret Xauerius, & secum veniret plurimum rogarunt, sed negante illo se vlla ratione, fugientis in morem Funaio exiturum, soli abire statuerunt: conscensa iam nauim, en illos acer sollicitat metus pro vita sancti Patris, quam sua carius diligebant, & accedente pudoris macula, quam essent in Indiam relatusi si desertum in eo discrimine reliquissent, communi consensu discessum differunt, mittuntque interea qui omnium nomine, precibus, & rationibus extorquere ex illo contenderet vt periculo subduceret sese, ex quo tanti sperare nihil posset, quod esset vita eius emendum: placuit omnibus ipsomet à Præfeto Odoardo Gama id munus obiri, vt viri auctoritas, adderet petitioni pondus. Pergit, urbem percurfat, de illo inquirat, demumque angustis in adibus, cum octo neophytis reperit, qui prompti animo vnã quæcumque incideret, cum eo fortunam experiri, diuelli ab eius latere volebant: hic illi quæ suus in ipsum singularis dictabat affectus cum suorum votis, ac infimis precibus exponit; præsens præceptisque periculum ingerit, terret vehementer, ne proditio Bonziorum, & seditio populi conceptum in omnes Lusitanos, in illo vno furorem expleret; spreuit hanc velut terriculam vir sanctus, nec inflecti valuit vt excederet Funaio, & novos in Christo filiolos, paterno destitueret oculo & manu. Nec erat profectò vastum illud Xauerij pectus angustiarum illarum capax, vt qui Iaponiam per tot deliberatas mortes petiisset, tunc vitæ affectu è Iaponia fugeret, nam quale id sociis exemplum generosi, Deoque consili roboris futurum fuisset, ab eo præsertim, à quo toties audissent, secum ex Europa tanquam pignus carissimum, illud à sancto suo Patre, ac Magistro Ignatio hæreditarium tulisse, *hominibus de Societate conuersioni hominum destinatis, nihil esse grauius timori*

44

Xauer. robur  
in vitæ periculo.

*timoribus propriis timendum.* Bonziji vero quorum audacia tam imprudenter presentem lacerabat, quas non strophas in eum absentem, & commenturi, & aufuri? quantoque Religionis veræ dedecore? prostratum à Fucarondono lucem deuitare; primo victum confictu, alterius aleam timuisse, ignominiam alteram probrumque fugisse, præter quæ fuit & alia ratio Funaij fortiter consistendi, & hanc verbis ipsius refero, vt ex ore Odoardi Gamæ excepta, & scripta est [ *Esset, inquit, mi Domine, ac frater! esset ô vtinam! tam fœlix mea fors, & hoc mihi daretur promereri, quod tu calamitosum vocas, pro Christo mori! foret hic beatitatis meæ apex. Sed tam immerentem tantum boni non decet, ne tamen illo, culpa mea fiam indignior, neque ego ad nauim, neque hinc omnino abiero, tametsi non essem ea fuga Christianitatem hanc teneram turpiter offensurus, nam si quod docui tam malignè ipse præstitero, (est hæc exempli vis) ansam iis dederò, fallendi perfidè, quam obligarunt Deo fidem, cum me professi muneris viderint desertorem: si enim te nauulo vectorum tuorum, iure censeres obstringi, ad prohibendam ab iis iniuriam, eosque in tutum nauim colligendos; Ego officij, haud paulò grandioris sanctioribus vinculis auctoratus, refugiam, scilicet pro illo tam bono, & clementi Deo lubens mori, qui pro me in cruce moriens, vitam mihi sua morte immortalẽ emit, & has sanguinis reponendi quibus illi tenemur vices mortalibus omnibus prædicauit? ] hac tam constanti generositate Præfectus optimus ad eò motus est, penitusque mutatus, vt suasionibus abiectis quibus institerat, decreuerit ipsemet, iisdem se casibus cum sancto Patre permittere, flocci pendens opulentæ nauis, vitæque discrimen. Mente in hanc partem fortiter obfirmata, redit Gama ad suos, consilium vocat mercatorum, & militum; sancti Patris mentem exponit, ac suam; si qui ab eo diuersa sentirent, & optarent; cum datæ fidei religione teneretur, eos Cantone Sinarum in portu sistere; edicit palàm se nauim liberè omninò iis tradere, nihil ei nautarum, nihil nauarchorum, aut militum deesse; irent Deo duce, quo vellent, se recta Funaium reuerti, paratissimum in vtrumque, cum P. Magistro Francisco, seu mori, seu viuere. Mirum! nemo vnus in tanto numero diuersa censuit. Fuitque omnium vna vox cum sancto viro permansuros. Imò etiam quòd nauim, subitarios assultus veriti Figensij ex portu in maris ostia distulissent, eam loco priori restituunt, paucisque in ea relictis, ne prorsus incustodita videretur, cum Præfecto omnes in urbem redeunt: triumphare hinc gaudio Christiani, stupere populus, homulum primo aspectu vilem, & egestate aspernandum, suis esse ad eò pretiosum, vt eius gratia non dubitarent caput periculis, mortique obicere. Bonziis autem qui*

ex Lu

ex Lu  
detum  
uocatur  
conuen  
integra  
vtrinq  
more,  
peratur  
essent,  
qui pl  
legem  
tium fa  
lacinio  
stringe  
quorum  
tantes  
gnum  
nihil e  
nibus  
dicitur  
ro sapi

45  
caterua  
sibi pu  
aiens f  
tus. Se  
dido c  
ciorum  
pompa  
to cap  
giam e  
concur  
mente  
ac mis  
par hu  
ra etia  
ri qui  
tio, aff  
accede  
pecto  
uit aul  
de illo  
Bonzii

ex Lusitanorum fuga, triumphalia sibi decreuerant; verba, fastusque detumere, viderique hoc in urbem eorum regressu tacitam iterari pro- uocationem: collectis nihilominus animis eorum aliqui ad Regem conueniunt, rogant interceptam eum Fucarondono concertationem integrari. Petitioni Rex non ægrè annuit, dumtaxat his legibus utrimque obseruandis. Prima ut argumentis & rationibus, non clamore, & conuictis pugnaretur; altera uteruis conuictus fuisset, superatum se fassus, placidè manus daret; eorum approbatio qui ad- essent, pro victoriæ iudice haberetur; sicubi aliquid restaret dubij, qui plura ferret suffragia, vinceret. Tertia ut esset cuius liberum legem amplecti Christianam, nec cuiquam propterea Bonziji nego- tium facerent. Quarta denique ut tum argumenta, tum solutiones non laciniosa, & erranti oratione vagarentur, sed formata pressaque stringerentur, peccantes in hac parte emendarentur ab arbitris, quorum etiamius foret capita ponere de quibus esset inter dispu- tantes quærendum. Non placuere Bonziis hæc leges; enimvero indi- gnum videri homines laicos de sacris ferre sententiam, sed Rege nihil eorum querelis deferente, nec pugnae copiam aliis conditio- nibus annuente, patienter illas admiserunt: tempus in diem posterum dicitur; hora mane diei; campus regiae aula; iudices descripto nume- ro sapientissimi, grauissimique nobilium.

45 Adest igitur ad condictum Fucarondonus longam trahens cateruam Bonziorum, militari, quam disputatrici propiorem; Rex sibi prudenter metuens, quatuor admissis, ceteros palatio exclusit, aiens fore illis opprobrio, si tantus in vnum explicaretur exerci- tus. Secutus Bonzium Xauerius vetare non potuit quin sibi splen- dido comitatu adessent Lusitani, margaritis aurisque vestium; offi- ciorum & munerum partibus, ac personis, & parua denique aulae pompa sanctum Patrem cingentes, quem nisi de genibus, & aper- to capite non alloquebantur, sic per medios Bonzios sese in re- giam contulit, disrumpente illos inuidia, cum ad eum videndum concursus ciuium plebisque cernerent, audirentque mutata iam mente inter se quærere, hiccine ille est, mendicus, egens, fame ac miseris confectus, quem nostri nobis deformant Bonziji? utinam par huic fortuna, nostros liberos maneat, & de iis Bonziji peio- ra etiam quam de illo latent, vruntur inuidia; sed huic hono- ri quid opponant? quo illum sui, nobilissima, & fortissima na- tio, afficiant: ferme idem, illo regiam intrante Rex ipse prospiciens accedentem, recoluit, quod ei sæpius insurrauerant Bonziji, cons- pecto Xauerio subsultaturum ei nausea stomachum: nec dissimula- uit aulicis pudorem præbitæ nugis tam stolidis fidei. Postremo etiam de illo ea vidit, audiuitque Fucarondonus, ut velut syderatus, Bonziis quatuor focis immurmuraret, prælagire sibi animum grande

45

Iterata cum  
Fucarondono.  
disputatio.

aliquod malum, & cardè cupide redempturum, ne is dies, duplo sibi quàm nuperus probrosior flucret, atque infaustior: ambobus in aulam ingressis, honorificè Rex, valdeque amice ac familiariter salutem Xaverio reddidit, moxque omnibus considerare iussis, disputandi principium Rege ita volente Xaverius fecit.

40  
Capita disp.

46 Interrogavit ergo Bonzium quid causæ proferret, cur Christiana lex non esset in Iaponiam inducenda? responditque Bonzium quòd esset planè noua; quòd non modo extranea & ignota, sed antiquis Iaponici imperij legibus prorsus opposita; quòd abrogaret quæ omnes hæctenus Cubosami, & Zazzi supremo iure concesserant (intelligebatque scelerosus læno, nefandas libidines) quòd negaret vllam extra Christi fidem, salutis spem esse; quòd Xacam & Amidam Deorum sanctissimos, aliosque minores æterna supplicia luere in cauerna fumi (sic ille inferos nominabat) deuorarique ab insatiabili serpente in noctis ædibus stabulante; qua tam execrabili doctrina, & auditu horrenda omnes necessario incendi oporteret ad diuinitatem sacrosanctam illorum Numinum ab eo sacrilegio defendendam. His dictis, conticuit, & Xaverius innuente Rege assurgit responsurus, præuioque reuerentiæ humilis honore, quæ aduersarius velut in satyram fasce vno miscuerat, petit suas in partes diuisa proponi, quo possent iudices partitò pronuciare de singulis, nihilque inchoatum, nihil anceps, aut dubium penderet. Postulatum probauit Bonzium, agique primum de contemptu Iaponensium Deorum voluit, hinc vero se Xaverius efferens, exorsus de Dei natura, maiestate, & excellentia dicere, tum ijs quæ recta ratio insito instinctu ac lumine sentit esse diuinæ naturæ propria, cum nosse omnia & posse, sine ac principio carere, nullis infinitam illius sanctitatem, immensitatem, dominationem circumscribi limitibus, aut conditionibus minui ostendisset, impleissetque omnium animos, magnarum de Deo cogitationum augusta imagine, ad Xacam, & Amidam descendit, aliosque Iaponum Deos quos nec ipsi inficiabantur fuisse homines, proinde fragiles, ex eodem nobiscum luto, iisdem obnoxios nascendi moriendi ac temporum legibus; scientia, potentia, & æuo breues, ad summum Philosophos, & legum latores, Deos autem nequaquam, vt qui nec æterni, sed neque immortales: quin si forent de gestis & operibus æstimandi, quo suo, vel facto, vel opere probassent posteris se esse præpotentes? orbisne fabrica? cæli ac stellarum digestis ordinibus? solis ornatu ardenti & splendido? globorum cælestium ac tempestatum rata lege? an constabilita in puncto medio terræ mole; impleta maris, & aëris vastitate: compositione, forma, colore, ingenio herbarum, florum, arborum, metallorum, animantium, corporum denique quotquot in hac concresecunt infima regione? mundum

dum vid  
sponte  
ne conf  
bus mar  
ponfurá  
sent pri  
typa ex  
formam  
hunc vr  
stiana f  
batio se  
gno pla  
nendum  
bem c  
esse pra  
sed cur  
Réxque  
uit;  
abrogat  
hanc v  
Bonzium  
erat in  
infelici  
ius era  
hominu  
ziorum  
erat v  
Præbui  
de to  
uinoru  
posside  
seruis  
fœlicit  
esset p  
missio  
stianæ  
sic pr  
diuini  
necess  
atern  
possun  
lidè a  
& fœ

dum videlicet fulciant ne ruat? conseruant, in chaos & nihilum ne sponte refluat? regunt, aguntque in vnum, ac destinatum finem, ne confusè ac temerè, feratur? palàm est hæc esse humanis viribus maiora; auctorem Deum, rectorem, & arbitrum testari, responsuràque infinitis & magnis vocibus, interroganti vbinam latuissent priusquam hic ortum haberent? se in mentis diuinæ luce archetypa extitisse, inde manu illius obstetricæ producta, in eamque formam excusa, & perfecta naturam quam obtinent; esseque hunc vnum qui hæc absoluerat, solum verum Deum quem Christiana sanctitas adoraret. Dicendi finem non fecerat, cum approbatio sonora, circum adstantium, Iudicum, Regisque ipsius, magno plausu, profligatam edixit quæstionem; pro indubitato retinendum, non esse Deos qui Dij à Iaponibus putabantur: qui orbem condiderat, ac regebat Christianorum Deum, verè Deum esse præterea neminem. Opponere aliquid Fucarondonus tentabat, sed cum iteratus præsentium clamor suffragaretur latæ sententiæ, Rêxque pacta conuenta illi obiiceret, tandem penitus acquieuit; transiitque ad aliud quærendum, cur nempe vir sanctus abrogaret fiduciam syngraphis, quas suis clientibus Bonziji post hanc vitam, pari summa in cælo delendas traderent? diffudit se Bonzius in calamitatibus paupertatis ambitiosè describendis, quæ si erat in terris tam vituperanda, & misera, quantò miserior & infelicior vbi nihil posset melius sperare? nunc si penes Bonzios ius erat, vt fideiussore Deo illorum quæ spondent, possent illic homines ditare & beare, quâ causâ damnaret chirographa Bonziorum quæ vt primum Deo animæ ostendissent, numeraturus iis erat vsuris decuncibus quicquid in hac vita Bonziis scenerassent? Præbuit Xauerio hic locus amplissimam segetem docendi primum de tota ratione diuitiarum cælestium, quas bardi Bonziji, & diuinorum rudes, non esse alias ab iis autumant quæ hic in terris possidentur confarcinatas ex auro, vestibus, argento, palatiis, seruis, censûque annuo. Deinde quoad intelligi ab iis poterat de fœlicitatis æternæ dotibus, & quibus virtutum meritis, earum esset petenda possessio, non vanis, & nundinariis, & falsis promissionibus Bonziorum, vbi multa dixit de necessitate fidei Christianæ, vitæque ex Christi legibus traducenda, cuius beneficio qui sic probe pièque vixissent, beatitate illa donarentur quam apertus diuinitatis comprehensæ aspectus, amorque constituit; ex hac necessariò consequi vt essent ab omni mali cuiusvis labecula, æternum immunes; bonis vero omnibus abundarent quæcumque possunt animum, & corpus beatitate vera cumulare; sub hæc validè adstruxit, ab hac conditione tam opima haudquaquam pauperes, & fœminas excludi, ( vt præter ius omne, verumque docebatur )



1127

vt quid enim eorum animos exterminaret cælo Deus, nulloque ipso-  
 rum scelere addiceret inferis? cum sint eiusdem vt virorum, &  
 Regum animi naturæ; si non deberetur diuitiis salus, quibus pessimi  
 quique non raro largius affluunt, cur ea probis egentibus negaretur?  
 quæ culpa in iis idcirco plectendum censeretur quod ea sorte  
 viuant in qua illos prouidentia supremæ ordo æquissimus loca-  
 uit? si crimen foret virum, aut fœminam nasci; crimen Dei esse  
 qui tales vt essent voluisset; ipsos certe prius non potuisse  
 hoc velle, quam essent: cuius autem temeritatis audacia Deum ini-  
 qui arguat, vel iniusti? quid porrò humano generi incommodaret  
 pauper aut fœmina? hæc si desit vnde viri nascantur? illum si  
 auferres; vnde operæ famulares, priuatim ac publicè tam neces-  
 sariæ, vix vt possit iis vita mortalium carere? quæ tandem in or-  
 be tam barbara & naturæ infensa regio, vt egenos, & fœminas,  
 criminis, & supplicij consueuerit damnare? ergo Deum qui & iu-  
 stissimus, & summe clemens, damnaturum scilicet, oclusoque iis  
 cælo, ob id æternis affecturum pœnis, quòd pauperes, aut fœ-  
 minæ fuerint? his causam plus satis visus est vir sanctus pero-  
 rasse; eadem qua prius approbatione illi adplausum est, & quæ  
 rationibus firmarat, decreta pro veris extra omnem controuersiam  
 stabilitis. Bonziis licet, quibus auctoritatis quam vitæ iactura peior  
 est, nequicquam frementibus, & infami rubore confusis, ita pri-  
 mæ huic disputationi, ac diei finis impositus.

47

Novæ cum  
 aliis Bonz.  
 disputatio-  
 nes.

47 Redit postridie Fucarondonus in campum, circumstant homi-  
 nem selecta ex omni ordine Bonziorum valentissima capita sex,  
 haud quidem vt illi quatuor pridie, pugnæ spectatores, & testes,  
 sed subsidiarij, & arma vbi opus iuncturi, tantæ molis experimen-  
 tum hoc Bonziis visum est, & Fucarondonus tam impar oneri.  
 Debellatum proximè Fucarondonum tota vrbe fama cantauerat,  
 hinc nomen Xauerio grandius; vilius, despectiusque Bonzijs; er-  
 go si quâ possent emerfuri, pugnam hanc alteram septeni contra  
 vnum mouent, neque Rex magnopere abnuit, gnarus doctrinam  
 Xauerij inde gloriosius illustrandam. Quanquam haud ita ingenij  
 acumen vel numerus aduersarios sustentauit, vt præsentia damo-  
 nis alicuius, dubitationum argutias suis commilitonibus suggeren-  
 tis, quibus nisi ex subtiliori Theologia, (quam prorsus ignora-  
 bant) cum satisfieri non posset, necesse erat post solutionem,  
 velut adhuc ambiguas apud eos hæreret. Quamobrem vir sanctus  
 pijs apud Deum Lusitanorum suffragiis iuari petebat quibus sibi  
 rerum perspicacitatem, explicandique perspicuitatem & robur impe-  
 trarent, sed eæ quas dixi perplexiores tricæ, ferme in vltimas  
 concertationes tanquam in subsidijs seruata incidit, hunc diem  
 leuior velitatio absoluit, & ibat quin etiam in comicum drama,  
 erantque

erantque  
 persona  
 metu  
 fortuna  
 iis nata  
 citaren  
 minum  
 ligebat  
 ditatem  
 probra  
 misisset.  
 omnia  
 Deo ex  
 comper  
 ostenta  
 sibi ac  
 periculi  
 dam il  
 homine  
 ponæ  
 tempor  
 plex,  
 in terr  
 cuiusqu  
 latiis,  
 Medioc  
 opus si  
 in part  
 vita, v  
 quisque  
 & foli  
 les, &  
 equos,  
 bus,  
 terris  
 ueniant  
 num,  
 quem d  
 his cra  
 men s  
 dendi  
 torum  
 illa hor

erantque inter se discordes Bonziji, rem pugnæ acturi, nisi Rex personæ decoro consulens, & gentis insultæ effrontisque misertus, metu illos, minisque compressisset. Quæsitum in primis eo die, de fortunæ bonis manu à Deo tam prodiga in quosdam effusis, ut in iis natarent; tam parca in alios, & auara ut ægrè in diem victarent, nam si est nefas de iustitia Dei ambigere, meritis hominum æqua lance præmia diuidentis, quantorum pauperes (colligebat hinc Bonzium) reos esse criminum oporteret quos in nuditatem, in famem, in ærumnas interdum perpetuas, & ludibria, probraque publica, omnisque generis miseras diuina sententia misisset. De diuitibus contra non posse prudenter nisi opposita omnia sentiri, nempe magna esse virtute præditos, & iis coram Deo exaggeratos meritis, quibus tanta illa quam ab eo acceperant compensatio deberetur. Sic argumentatum alius excepit Bonzium, ostentatione ingenij, & pompa dicendi quantum apparebat mirè sibi acceptus, aiebat is remetienti, æstimantique immensum, & periculis consitum Bonzium Europæi in Iaponiam iter, ad aperendam illic scholam Philosophiæ peregrinæ, visum ingentis animi hominem, & magna omnia spirantem, at cuinam id tandem Iaponiæ bono, si suæ hæreseos suasionibus deceptus, tantum & temporis, & laborum contriuerat? Nam cum esset paradus duplex, viuientium alter, functorum alius, hic quidem in cælo; in terris alter; constabat omnes plus minus hic isto perfrui, pro cuiusque nimirum promerito; primores, imperiis, dignitatibus, palatiis, minorum seruitio, hortorum, epularumque delitiis beari. Mediocres ciuilibus commodis, & opportuno, etiam supra quam opus sit rerum alimentique usu; quin & postremissimos quosque, in partem communis Paradisi venire, gaudere hac illos quoque vita, vxorum blanditiis, filiorum obsequio, & iis quæ suapte quisque industria, & priuato labore allequitur; vnis animantibus & solis assignatum non esse paradusum; inter illas maximè utiles, & necessarias, bonorum minimum habere; boues, scilicet equos, pecudes, canes, & similes seruire natas, & frangi laboribus, occidique à nobis cum lubitum fuerit. Paradiso itaque in terris cum careant, si iustus Deus, necesse est illum in cælo inueniant, ut quid igitur tantum oceanum, sudorem, atque discriminum, ad commonstrandam hominibus in Paradisum illum viam, quem constat non hominum esse, sed animantium paradusum? Ex his crassi licet, ac stolidi pectoris duobus quæsitis, longè se tamen sublimius, ac sapientius attollens Apostolus, quam respondendi necessitas posceret; ante omnia ostendit, inter animas brutorum, & hominum, cuiusmodi, esset, quantumque discrimen, illa hominum commoditatibus condita, hos Dei obsequio, æternisque

nisque post mortem illius obsequij præmiis; iam si vera, & summa felicitas, nisi ex concursu omnium bonorum non stabat, quibus eius possessor integrè bearetur, implereturque animus, capacibus desideriis immensus, adeò cumulatè, nihil ut ei optandum restaret; quem possemus mortalem reperire in eo beatitatis locatum gradu cui nihil posset vel boni accedere, vel optari? ardet imò suis crescendi studium incrementis, nec parto sitis extinguitur, sed augetur. Dei vnus optimi maximi, quod summum est bonum, nullo nubis vllius interiectu nuda cognitio, qua possidetur, & amatur, fœlicitatem perficit numeris omnibus absolutam, hac si paradisus certo continetur, cui dubium sit bruta rationis expertia, venire in partem eius boni non posse, quod ratione percipitur, & si sunt sine non alio condita, quàm ut vsui nobis essent; hoc sine perfuncta qui vltimus iis est, quid possit iis aliud post vltimum dari; hominum autem dispar conditio, à primo Bonzio in controuersiam vocata, quam falsò & absurdè, vel innocentia diuitum, vel pauperum culpæ attribueretur ex eo palam fecit, quod nec fœlicem diuitia facerent, nec pauperes miserum, sed vtrumque conferret ad beatitatem, si proba fieret ex vtroque negotiatio: cum autem rei obtinendæ metiri præsidia deceat ex re quæ petitur, eoque sint præstantiora quæ aptiora sunt ad eam obtinendam; profectò egestas patienti animo, humili, Deique morigero nutibus excepta, durataque, haud minus iuuerit ad beatitatem quàm opes piis misericordia operibus occupatæ; profectò, inquam, conditioni diuitum re nulla concedit fors pauperum, eamque potius si attentius introspectatur non parum antecedit; non odit ergo diuina bonitas quos nasci mendicos in hanc lucem iussit, cum eorum egestas, aliquanto etiam quam blanda fors diuitum, plus possit ad fœlicitatem. Ratiocinantis tam euidentis fuit probatio, vt ne Bonziis quidem quod hiscerent, dubij quicquam relictum sit, eam ob rem effata hæc duo, pro veris, certisque sancita sunt. Hic se alius ex Bonziis proferens, nouamque ingerens dicendi materiam; dare se facillè aiebat, non fuisse mundum ab aeterno auro, sed Dei quidem præpotenti perfectum, & absolutum manu, pœnam vero esse primigenij sceleris, quòd euersus, & mutatione tam exitiali sibimet oppositus vt in amarum dulcia, pulcherrima in deformitatem, in obscurum lucida transissent; vernacula etiam atque domestica syluestre ingenium; salubria nocuum induissent, nihilque adco, vt loquebatur, natiuam suam retinisset substantiam; veruntamen Anidam ex Dijs Iaponiorum vnum reposuisse omnia in statum pristinum, mira quadam sui transformatione in singula eorum genera, quæ cum numerato millia censeantur octoginta, toties illum nasci voluisse, & hæc præcis Iaponum tabulis, omnium

retro

retro  
cludeb  
beri A  
menda  
ipsi qu  
enim  
quo p  
conuic  
cem n  
tamen  
ritabar  
Prince  
Lusitan  
illo pa

48

prodit  
cum su  
dicat a  
dum s  
ipsi pr  
esse di  
que R  
bis fe  
affecta  
gularis  
rant n  
Bonzi  
cum,  
exami  
missis  
decere  
molest  
probat  
prome  
bello  
ridicul  
le Xa  
ignora  
crimin  
ab co  
Petre  
scœna  
ta; b



retro suffragio temporum, venerandis probari. Quapropter, concludebat doctus è somniorum exedra professor, haud minora deberi Amidæ reparatori orbis, quam Deo conditori. Sed hoc mendacium nobile vir sanctus, tam facile ludibrio exposuit, ut ne ipsi quidem aduersarij obstarent, pergique ad alia poscerent. At enim, dum pro se sua quisque cerratim, ingerunt, haud scio quo pacto in rixas erupere; iurgari ergo inter se muliebriter, conuictari thraſonicè, & rusticitatis, superbix, ignorantix inuicem notare; verè quidem, sed ingrato adstantibus strepitu, qui tamen, captando ex iis ludo, in mutuam illos contumeliam proritabant, donec verbis in pugnos proximè desituris, indignatus Princeps, increpitos abegit, & in Reginx gynæceum concessit; Lusitani sanctum ut soliti erant domum comitati, noctem cum illo partim colloquiis de Deo, partim somno duxere.

48 Die proximè inſequenti, animi gratia cum paucis Rex prodit, & data opera præteruehitur ædes in quibus Apostolus cum suis morabatur; aulicum mittit qui suos in hortos illi condicat ad venationem, monèatque arma secum ferre ad configendum saltem miluorum par, ex iis qui septem numero exculpere ipsi pridè oculos tentarant. Vidit statim vir sanctus venationem esse disputationem, & miluos Bonzios, accurrit festinus actisque Regi demissillime gratias, manu prehensus per summam urbis frequentiam ab eo in regiam ducitur, lætis eo honore qui affectabantur Lusitanis; ciuibus multum attonitis tam aperta singularis affectus ostentatione. Opperiebantur in aula Bonziji, aderant nobiles, vel spectaturi, vel arbitraturi. Prima impressione Bonziji libellum obtrudunt, quo prouocabant à sententiis iudicam, & dijudicata restitui volebant in integrum, ut ea denuo examinarentur, sed iniquum petere censi sunt, tum quòd pactis admissis contrarium, tum quòd Rex, diceret, admetiri sermones temporari decere; Lusitanos, & cum iis Xauerium, vela post triduum facturos; molestum esse, atque importunum, disputata recoquere, & maturis probata sententiis, fidei dubix subdere; si quid non haberent, liberè promerent; sin minus, bona aui abirent. Conuoluto itaque libello; aliò signa conuerterunt. Fucarondoni quidem ut erant ridiculæ accusationes, ita leui flatu vanuere. Exprobrabat ille Xauerio Deum ab eo vocari *Diusam*, & seu malitiosè siue ignoranter *Dios*, & *Diusam*, quod mendacium Iaponiis sonat, criminosè vnà confundebat; tum quòd Christiani post rem sacram ab eo peractam, ritu supplici Sanctos inuocarent, Sancte Petre, Sancte Paule, &c. quæ apud Iapones vox *Sancte* obscœna est, dolebat scilicet innocens, & religiosus sycophanta; beatis in cœlo iniuriam fieri: prius crimen Xauerius di-

48

Postrema  
disput. cum  
Bonzis.

luit

luit distortæ vocis sublato æquiuoco. Alterum beati vocabulo in sancti locum reposito, ad fœdam speciem cogitationis occursum amouendam. Fuit grauius pondus trium quæ sequuntur quæstionum, & quintum huius certaminis diem actumque confecerunt, sed scriptor Lusitanus qui præsens, quæ Bonzius, quæ Xaverius diceret in suo diario adnotabat, cum eas per otium, & quibus solutæ fuerant responsiones perscriberet, difficultate victus argumenti, maluit quod erat fateri se militem literis tinctum vix mediocriter, quàm Theologum audere, & quæ nec sua ephemeris explicabat, nec satis reddebat memoria scribere. Prima percontatio hæc erat, vel præcipiebat animo Deus fore Luciferum cum suis sequacibus sibi perduellem, inferisque damnandum, vel id Deum latebat; & siquidem latuit; falsò planè iactas infinitam eius scientiam; vel si prospexit, & hoc ab iis, tantum malum eorum, ac nostrum creatione omissa defendere noluit, inde arguitur multo peior; aut ergo annue ignorantem si nesciit; aut crudelem, & malignum si sciens voluit, quæ dum loqueretur, assidenti sibi Lusitanorum Præfecto Xaverius: Audin? ait, pessimum dæmonem ore Bonziji huius vasserrimi debacchantem. Non multum huic ab simile rogauit alius, cur nimirum Adamum creasset Deus, si prænouerat iussa infracturum, nosque ruina eadem acturum præcipites? aut videns nutantem in lubrico, & cupiditatis suæ lænocinio proximè superandum, cur eum illico non soluit in puluerem ex quo erat concretus. Demum primis duobus curiosior etiam, & subtilior tertius. Si nostri generis ab ipsis mundi cunabulis, labe cœpit, cur, ait, præsens illi remedium Deus non attulit, sed in tot reiectum secula, tandem aliquando nostra causa corporatus, & moriens illud adhibuit? Quod enim illorum qui eius aduentum præcesserant, tantum nefas; aut eorum qui postea nati sunt tam præstans meritum, vt ij tot afficerentur damnis propterea; isti tot obruerentur, & affluerent bonis? hæc supra quam homini fas esset arcana, & grandia scrutatos Bonzios instinctu dæmonis nemo non videat; & quidam etiam tam occultæ comprehensionis, vt solus id ab se sciri voluisse videatur Deus, quale est de illo ante omne præfixo æuum, saluti per Christum offerendæ momento. Verum quòd ethnici ratione ducantur aptius, quàm iudiciorum diuinorum veneratione humili, atque attonita, quæ perfectorum est; à faciliiori respondere aggressus Xaverius, negauit eum idcirco crimen alterius velle, quod illud futurum prospiciat; naturam vero liberam per sese, ac sui arbitrij compotem, ad bonum non cogere,

gere,  
 summe  
 eius p  
 æquita  
 tione a  
 minem  
 tamen  
 quæ li  
 finitum  
 mum i  
 iam tu  
 nec pau  
 quo in  
 valdè i  
 genium  
 accerfe  
 ciferati  
 que ta  
 sta rat  
 inuolui  
 destia  
 stiam  
 vt dar  
 repugn  
 non po  
 solidan  
 præter  
 Xaveri  
 rate a  
 Bonzii  
 lo voc  
 49  
 rationi  
 Aposto  
 pulerat  
 bris 20  
 rum la  
 excessi  
 quibus  
 genda  
 insular  
 nacens

gere, sed in mali delectu, id ei permittere, ut aduersus ipsummet libertatis auctorem libertate insita utatur; hoc vero ad eius peccatum nihil conferre; nec villo propterea conditorem æquitatis iure aut pietatis, debuisse peccatum præuerrere, creatione abstinendo, vel destruendo iam conditam, quin nec hominem in scelus prolapsum, in suam gratiam reuocare; quod tamen Christus sumptu suo ingenti, mortisque ad eum præstitisset, quæ licet, in tempus dilata, sapientissimo ipsius probatum, definitumque consilio, medicinam tamen præbere vulnere, ut primum inflictum est cœpit; fructusque, olim fundendi sanguinis iam tum primi legere mortales, salutem, & gratiam redepti, nec parè in posteros uti volentes distributam. At enim, ut solent aliquo ingenio homines, controuersias necere tum graues, tum valdè implexas, quarum deinde solutioni capiendæ, nec par ingenium nacti sunt nec necessarias notiones, & ab altioribus accersendas Principiis; cæcutiebant hinc Bonziji, & supplere vociferatione turbulenta debilitatem ingenij nitebantur; negabantque tam pertinaciter quàm dementer, prima & cuius manifesta rationis humanæ elementa, quòd consequentibus illorum inuolui se ab Xauerio, & stringi sentirent: in quo extra modestiæ lineas tam intemperanter progressi sunt, ut Rex molestiam non ferens confurgeret, Deoque linguam eius mouente, ut dæmon os Bonziis mouerat, absurdè illos agere admoneret, si repugnando sperabant se illa percepruros, quæ nisi credendo non possent intelligi. Porro ad legem conuellendam tam firmis solidam fundamentis alia esse exerenda arma, alias machinas præter conuitia, pernicitiam, & spumas, quibus dictis manu Xauerium extra palatium perhumaniter eductum inuitata comitate affectantibus Lusitanis, & aulicis, in hospitium reduxit. Bonziis plurimum iratis, & in Regem ignes, & fulmina de cælo vocantibus.

49 Hic finis concertationum aduersus Bonzios, & commo-  
 rationis inter Iapones quadriennis, per quam Christo ardens  
 Apostolus, nomen illius ab vsque Cangoxima quò primum ap-  
 pulerat ad magnum Meacum propagauit. Die postero, Nouem-  
 bris 20. anni 1551. Rege vltimum salutato, inter Christiano-  
 rum lacrimas, & votorum nuncupationes pro eius reditu Funaiò  
 excessit. Conscendere cum illo Matthæus, & Bernardus de  
 quibus antea, & Regis eiusdem ad Proregem de amicitia iun-  
 genda, & Patre in locum Xauerij mittendo legatus. Septiduum,  
 insulam auris, & mari prospero raserunt Meleitorem vsque Me-  
 nacensis Regis ditionem; inde sinum quendam præteruecti, alto

49  
 Ex Iaponia  
 discedens,  
 sua rēpt.  
 iactatur.

se mari commiserunt. Exin verso cum Luna cœli tractu, tempus crudescere, ac frangi fluentis torrentibus austris, & fluctibus, qui licet obliquata prora, & velo ad pedem medium reflexo, dies aliquot innoxie excepti, sed nauim denique, ventis immensum auctis, & mare in cœlum tollentibus, in omnem fortunam Cœciæ tradere adacti, feruntur per inuisi eatenus, & ignoti maris dubiam vastitatem, ac ne ipsis quidem nauarchis Indiæ perspectam, tempestate ac ventis increbrescentibus prout magis in altum prouehuntur. Sole ac stellis totos quinque dies latentibus incertus quo tenderet agitur gubernator, fingitque sibi Mindanaum se rectâ & proximè petere (quæ nunc vna Philippinarum est) miliaribus octingentis supra mille distantem, sic dum obscuro, & ancipiti cursu pergunt, sub serum dici, venti adeo increuit furor, vt iam ingruentium desuper fluctuum, frangendæ declinandæque violentiæ par nauis non esset, & catastromate, aliisque tunc inutilibus nudaretur, vt ventis commodius vela, & nauis clauis præsidibus parerent: scapha inde ad puppim rudente duplici ac nouo fortiter alligatur; quibus festinandis cum dies abiisset, non potuere in nauim attolli Lusitani quinque, & decem quâ mancipia qua nauæ, quos scapha vixerat, aucta vero per noctem tempestate densisque tenebris multo minus licuit iis prospicere. Vnum afflictissimis hoc rerum tam tristi articulo solatium, præsentia sancti, & optimi Patris, qui & nihilo quam quouis aliorum minus, strenuam præstabat operam, & conciliatos cum Deo singulos in spem erigebat, vitæ huius (si Deo placitum) sin minus, felicioris & immortalis, sed iis haud paulo validius opitulabatur profusione lachrymarum, & precum in quibus horas quatuor, & quinque, in aliquo nauis angulo durabat, pro caris sociis Deo supplicans vt iis reponeret quæ tanta fidei gloria, & vitæ suæ discrimine pro ipso Funarij fortiter egissent.

50  
Amisâ Scaphâ cū suis, nauis restituit.

50. Nox erat media, cum ex improviso, auditus longè saluti depositæ opem flagitantium clamor ingens, nauim exterruit; is erat illorum quindecim quos raptis procella rudentibus, in auulsa scapha retro destituerat nauis, creditaque est pereuntium illa vox, qui aquis sorberentur; sed explorato, mare inter, & cœlum, quoad per tenebras licebat spatium, subnotatum est vbi remansissent: volebat Præfectus, pietate minori, quàm temeritate, tantillum id maris relegi, vt succurreretur perituris; obstabant cum naucleris, sed frustra ceteri; nec rationibus, nec manifesti periculi, coram Deo contestatione illum à proposito mouebant, quòd nepotem ex fratre in scapha haberet; verum  
deie

deiect  
ventiq  
flexu  
à pro  
ri nau  
spem  
vacilla  
bri c  
vbi L  
nautar  
& ob  
tur in  
hæreb  
cantiu  
ferme  
Tam  
petuq  
amor  
perfa  
accept  
vix p  
Etiqu  
tuta  
prop  
amic  
taretu  
ipsi  
riclita  
fel,  
inflan  
absolu  
stante  
fidere  
est fo  
ror,  
vel h  
turi  
luxit  
nihil  
plicat  
septem  
pha c

deiecto ad medias velo ( quantum ad nauim regendam fat erat )  
 ventique vim nisi recta minimè colligente dum ad eum regressum  
 flexuri , latus vertunt , vndis duabus concluduntur , & priusquam  
 à prora ingruentem superassent , altera se ad puppim frangens ma-  
 ri nauim impleuit , obruitque vnâ , & artem nautarum , &  
 spem nauis læuandæ , fluctuantis interea , & omnem in partem  
 vacillantis. Audito fremitu rupti ad puppim fluctus , & lugu-  
 bri omnium ciuatione , prodit ex cubiculo Præfecti Xauerius  
 vbi Deum orabat , videt nauim in omne exitium desertam ,  
 nautas iuxta , & vectores , per tabulata hinc inde proiectos ,  
 & obuiis quemque retinaculis affixos , ne iactatione excuterentur  
 in mare præcipites ; multos etiam recussis in caput , quibus  
 hærebant lignis miserè faucios ; ad hæc fletus , & vota depre-  
 cantium mortem , & poscentium veniam admissorum , qualia  
 ferme sunt , quibus mors toto cum suo horrore superuenit.  
 Tam funesta scena percussus vir sanctus , cælum spectans , im-  
 petuque ardoris vehementissimi , magna voce , *O Iesu* , inquit ,  
*amor anima mea* ( quæ teneritas Christi compellandi erat illi  
 perfamiliaris ) *per quinque vulnera , in crucis patibulo pro nobis*  
*accepta , obsecro fer opem* , nec plura ; mox nauis quæ paucos  
 vix palmos extabat , evidenti miraculo , seipsa emerit ; ere-  
 ctæque , nautis regendi copiam , & velificandi fecit , & resti-  
 tuta demum cursui est , ventoque ad puppim afflanti. Sed hic  
 proprio luctu in sociorum iacturam conuerso , vix erat quin  
 amici , aut affinis , aut consanguinei , in scapha relictæ , lamen-  
 taretur casum : dolebat vtrisque Xauerius , & fletibus , & quos  
 ipsi deslebant , duobus maximè Saracenis , de salute animi pe-  
 riclitantibus , ictusque grauitè illo intimo dolore , collegit te-  
 sel , vt in similibus celeri manu egentibus consuevit ; breui , sed  
 inflammata prece , diuinam opem miseris implorauit ; nondum  
 absoluerat , cum auditum se animaduertit , vultuque alacri ad-  
 stantes erigens , dolere sociis , aut metuere vetuit : Deo con-  
 siderent , saluos esse , & ante triduum filiam ad matrem , hoc  
 est scapham ad nauim redituram. Sed diffidens prædictioni mæ-  
 ror , nullam admittebat consolationem ; tam procelloso mari ,  
 vel hausti credebantur ; vel si adhuc spirarent , nunquam affecu-  
 turi nauim quam tantus venti raptabat impetus. Vt tamen il-  
 luxit ex mali corbita , mare specularunt ; sed mare , præterea  
 nihil : inde horis duabus redit Xauerius , eadem qua prius ex-  
 plicata fronte , & gubernatore comiter salutato , nauclero , &  
 septem aliis qui simul aderant Lusitanis , quærit eequid de sca-  
 pha cognitum ? respondent nihil , cupientique iterum de specu-  
 la

la explorari, quidam velut in profligata re amariuscule, omnino, Pater, reuertetur hæc scapha postquam alia perierit, ludendo innuens scapham in cassum expectari, quod Xaverius leniter arguit, aiens animas illas tam parui non esse apud Deum; Dei ad eas seruandas potentiam; non esse de illa ipsius diffidentia pendendam; se illas tutelæ, parentis optimæ cœli Reginæ credidisse, tria pro illarum incolumitate ad sanctam Mariam de Monte sacra nuncupasse Malacæ celebranda; sub quæ denuo nauclerum rogauit, nautam iuberet de corbita prospectare; morem gessit roganti, sed horæ dimidium speculator diligenter explorans, ne umbram quidem rei optatæ deprehendit. Xaverius biduum, & tres noctes, ieiunus, & infomnis, stomacho insuper agitatione insolita nausante, & exhausto ob continuam vertiginem capite, agrè pedibus consistebat, rogatus à Fernando Mendezio mercatore interquiesceret tantisper, eius ad hoc sibi delatum cubiculum minimè recusauit, stare quin etiam pro foribus petiit eius seruum Sinensem, ne quis interpellaret quiescentem. Fuit autem quies non somni, sed precatationis; quam ab hora post mediam noctem septima, produxit ad occasum solis, semper genibus nixus flens, & singultans, vt eum seruus à se obseruatum postea narrauit. Inde primis tenebris egressus, nauclerum percontatur de scapha quid noui? nec posse iam longius abesse. At is rogat, illam de cætero curam omitteret superuacaneam; scapham inermem, & pressam onere, absque miraculo vix euasuram naufragium quod mari adedò infenso, agrè ipsi naui tota vitarent, si tamen adhuc supererat, frustra illam oculis requiri, cum esse propior non posset miliaribus centum quinquaginta. Nec ideò abstinit vir sanctus ab eo flagitare, aliquis è nautis speculam etiam tum conscenderet; conscendit ipsemet nauclerus haud tam vt petenti gratificaretur, quam vt præfidentem, quod ipse rebatur, expectationem ei eximeret, sed toto late circum diu mari diligenterque perlustrato præter yndas, & spumas nihil retulit. Temerè igitur deinceps in re planè amissa, videbatur vltior diligentia reposci, sed qui ex arcanis cum Deo consiliis, & esse superstites, quos præstolabatur, & prope abesse nouerat, verborum blanditiis, & reuerentia qua obseruabatur à nauclero, extorquet, vt vela demitteret dum applicuissent; quod futurum erat citiùs quàm putaret. Hærent igitur eodem loco ad tres horas in ea expectatione, quam nemo non credebat friuolam; sed ea nauis vacillatione diuturna, nausantes vectores, ad vela conclamant; obstat sanctus; naucleri iussa exequentur nautæ; an-

tenuis

tennis  
tis cur  
in co  
bè plo  
sacræ  
qui pe  
antenn  
lum f  
impro  
semel  
tur,  
suis o  
gestier  
Præfec  
cuius  
ad fa  
meriti  
pedun  
variet  
seuerè  
sit illi  
concla  
scapha  
ocean  
vt ob  
patuit  
in illa  
nec f  
la,  
rati,  
retudi  
ter  
errore  
animo  
scaph  
perta  
ab' ea  
ea t  
sempe  
bique  
digio  
Audit

tennis manus vir sanctus iniicit, & deiecto in eas capite, multis cum lachrimis suspirans, & singultans, post paulum attollit in cœlum oculos, nexâsque mutuo in pugnum manus, & acerbè plorans; Iesu Christe mi! ait, Deus vere, ac Domine, per sacræ tuæ mortis, & cruciatuum dolores, vitam serua tuorum, qui per hæc saeva pericula huc feruntur, rursusque capite in antennas proiecto, similis dormienti tantillum siluit, quantillum sufficiat symbolo fidei, bis, terue percurrendo, cum ecce improviso puer, ad malum rudentibus insidens, miraculum! semel & iterum exclamans, scapha inquit, nostra eccâ reuertitur, & adest. Hic omnes qua puer innuebat conuersi, vt rem suis oculis probarunt, inexplicabile quàm lati & ipsi exclamarint, gestierint, fleuerint, vt gaudio impares, insani viderentur, Præfectus potissimum Odoardus Gama, recepto nepote, ab cuius lugenda iactura diu noctu nunquam abstiterat, vniuersi ad sanctum currere, prouolui ad genua, fateri se reos, eius meritis ingratos, tantæ sanctitatis consuetudine indignos, ad pedum oscula proturbare se inuicem certatim, mira gaudiorum varietate, & confusione, ad quæ illè cum magno rubore, & seuerè obiurgans quod vni Deo tribuenda, sibi assignarent, iussit illi gratias agerent, & agrè se ab iis eripiens, in Præfecti conclaue refugit, eoque se clausit. Tenebat interim accedens scapha intentos omnium oculos, atque in tanto subuersi æstu oceani, nulla huc illuc agitatione, recto ad nauim ferebatur, vt obscurum non esset quo gubernator regeretur, quod certius patuit, cum ad nauim appulsa tamdiu constitit, dum cunctis in illam ex ea placidè subuectis, ad puppim à nautis commodè nec festinato vinciretur: coëterum complexus, lachrimæ, oscula, & impotentis lætitiæ pia deliria, quæ solent tam desiderati, desperatique euentus parere, nouus quidam stupor, ex parte retudit; narrabant siquidem scaphæ periculo defuncti, se inter medias procellas, densis quoque noctium tenebris, ne errores quidem, nedum naufragia timuisse, præsentem nimirum, animosque addente Patre M. Francisco Xauerio, quin & scapham regente, sustentanteque peculiari quadam, & incomperta naucleris industria. Cumque iurarent qui erant in nauim, ab ea Xauerium nunquam abfuisse, referrentque ab illo interea temporis, & gesta, & dicta; non poterant alij quibus semper ob oculos fuerat, iis fidem habere, nisi si, sanctus vtrouique, eodem tempore & vtrisque præsens, magno Dei prodigio fuisset. Quod quidem miraculum Sacræ Romanæ Rotæ Auditores, quinquaginta confirmant iuratis testibus, aiuntque

toto

toto oriente celebratissimum. Certè duo quos dixi Saraceni ; eius euidencia conuicti ; impetrato Baptismo Christum professi sunt. Primus lætitiæ deferbuerat calor , & de Præfecti cubiculo exit Apostolus , nauclem ad se seorsum accersit ( erat is Franciscus Aghiarus viro sancto in paucis amicus ) plurimumque hortatur ad tanti beneficij gratias , cum iis qui fuerant in scapha Deo referendas , quod ij deinde pro virili sua abunde præstitere , Monet præterea ad iter vela expediat , ventum enim quamprimum à puppi afflaturum , & quanquam cœli , marisque peritia vetaretur , hanc sibi tam subitam polliceri opportunitatem ; sed certâ fiducia obsecutus iubenti , decumanum velum ægre aptauerat , cum aquilo ad velum vndas composuit , & fœlici cursu dierum tredecim , Sancianum Sinarum portum , Lusitanorum tunc emporium subiere.

51  
Prædictiones  
Xaverij duæ.

Sed aliud item magnificentius beatus Apostolus huic suo eidem Francisco Aghiaro , & vaticinatus est , & cœlitus contulit. Postridiè siquidem cum eo colloquens de ancipiti , & timenda nauigantium alea , diuino spiritu affirmavit illi vir sanctus , eum haudquaquam in mari , sed in terra mortem obiturum : ad hæc quantiscumque tempestatibus agi contingeret , nullum vnquam sub gubernaculis ipsius periturum nauigium , sed fore omnia ductu eius secura , & salua. Quod ipse tam liquida persuasione sibi dictum accepit , ac tam crebra perspexit experientia , vt rei insciis temeritate audaciæ , non artis peritia crederetur , nullo cœli , anniuè discrimine , aut diffidentia quassarum , ac veterum nauium maria tentare : suscepit autem nauigationes admodum longinquas , & passus horribiles procellas , nunquam non saluus , & victor euasit. Sed Tanasserimo in Pegum nauigans huius suæ de Apostoli meritis , & promissis , securæ fiducia ostentum eximium edidit : ibat lembo exiguo , vetusto , hianti , & ibant vna fœderatæ naues , quæ ventorum , marisque rabie disiectæ , impactæque in scopulos , irreparabili naufragio haustæ sunt ; Aghiarum lembo , quassus , & fragilis , venti eius tertiis , vndisque plane impar & sub cuiusuis alterius periturus clauo , susdeque , velut angelo rectore sulcabat , calcabatque fluctus , Aghiaro interea in puppi cantante , nec secus vt in valdè tranquilla blandientis oceani malacia hilari , & securo. Qui ab vno è vectoribus rogatus , vnde hæc illi cantandi libido , morte oculis oberrante , respondit se nihil metuere , nec si millies duplo sciret mare , & esset constans ex vitro lembo. Fidem sibi à P. M. Francisco factam nunquam se in aquis moriturum , nec quas duceret naues , infelicem cursum habituras. Quæ promissio audita,

audita, C  
ros qui  
rent se  
tur cum  
dibili na  
Sanci  
las retin  
quo nul  
diciore  
Samæ e  
& male  
hyemen  
turis in  
puppi se  
ra Mala  
forte ni  
cti viri  
Fucaror  
corum  
cio pera  
gibus si  
tionum  
gente C  
tari, &  
rum de  
rij Sine  
genti va  
cietatis  
mam de  
futuran  
verò Lu  
edocis  
publica  
perpetu  
ranos ce  
fos, cap  
vlla sp  
si Prore  
rum qu  
ret. Se  
dona,  
Prorex  
rij præ  
pta facu



audita, Christianos ob viri Dei notam sanctitatem mirè recreauit, & Mauros qui vnà vehebantur, diuina rei admitabilitas sic permouit, vt vouerent se fore Christianos vbi primùm terra essent potiti. Tauarum igitur cum venissent, conspectis in littore naufragiorum reliquiis, incredibili naucleri lætitia, voti fidem baptismo exsoluerunt.

Sanciani tunc portus, quòd annus mari opportunus iam verteret, nullas retinebat in Indiam naues præter duas, quarum vna Iacobi Pereriæ, quo nullam Xauerius inter Lusitanos fideliozem amicum habuit, & adidiçtorem. Hanc eo procliuius optauit Xauerius quod nauis Odoardi Samæ ex Bungo recens, tempestate quam diximus inermis, conuulsa, & male habita, comætu item escario carens, instauranda Siami per hyemem erat: mirum autem fuit, quòd vento, dies iam quindecim redituris in Indiam aduersante, statim vt nauim Xauerius attigit cœpit à puppi secundus adspirare: postero ergo die, anni que 1551. vltimo, pro ra Malacam versa soluit. Naui Pereriæ altera sociam se adiunxit, verùm forte nimium diuersa, vt post videbitur. Frequens toto illo itinere sancti viri sermo de rebus Iaponiæ, vexatione à Bonziis, certaminibus cum Fucarondono, Bungensis regis prudenti pietate, conuersionibus ethnicorum Funaij, Amanguccij, Cangoximæ, & passim alibi diuino beneficio peractis: potissimum verò de facilitate Iaponici imperij Christi legibus subiugandi, si prius Sinense iis subderetur: suarum superstitionum Iaponiam, Sinas magistros, & Iudices reuereri, colere illos pro gente Orientis totius doctissima, & cordatissima; Iapones incassum tentari, & vrgeri, vt assentirentur suscipiendis Sacris, quæ religionum suarum doctissimi arbitri, vel nescirent, vel nota respuerent. Hanc imperij Sinensis vastissimi conuersionem maximè arduam, iam tùm animo ingenti versabat Xauerius, ad hoc Indiam repetebat, ordinaturus res Societatis, & Neophytorum, vt se ad eam Prouinciã expediret: Ad hoc summam doctrinæ Christianæ, Sinensi lingua secum ex Iaponia referebat; futuram sociis vsui si quos ex Europa ducendos acciperet. Verumenimverò Lusitanis qui nauim eadem vehebantur, seueritatem legum Sinensium edoctis, periculosi ausus negotium videbatur, nisi si fortassis auctoritate publica gereretur, cautum enim lege inexorabili, pœna vel capitis vel perpetui carceris ne quis in id regnum pedem inferret extraneus; Lusitanos complures, aulos illuc furtim ad mercaturam irrepere, deprehensos, captos, carcere conclusos, vitam pridem in vinculis trahere, absque vlla spe recuperandæ libertatis, vnã hanc videri ad ingressum viam, si Prorex Indiæ legationem adornaret magnificam ad Imperatorem Sinarum qua Serenissimo Regi Lusitaniæ Ioanni amicitiam eius exposceret. Sed hoc tamen Prorex approbasset, non posse nauim, comitarum, dona, tanto Principe digna nisi sumptu immenso instrui, cuius vltro Prorex ne videretur quidem partem subiturus, vno illuc inducendi Xauerij præmio: Tot idololatrias mediterranea Indiæ colere, iis posse inempta facultate Euangelium prædicari, patere ad illos aditum cuius anima-

50

Sinus Euan-  
gelio subdere  
decernit.

rum studio flagranti. At enim Pereira sub mercatore regios animos, & Apostolici hominis virtutem gerens; difficultatem hanc illico complanavit; nauim ad hoc suam, & quicquid in bonis haberet Deo eiusque famulo addixit; impetraret Pereira Xaverius à Prorege hanc legationem. Pereira suo ære illam obiturum. Restabat de naui qua eam obiret videndum, Malacam enim ferebat rumor obsidione dira premi; vbi eò venissent, nauim illam suam continuò in vsus bellicos abducendam. Nec erat Pereira inanis hic metus; nec enim solum obsessa captaque, sed magna etiam ex parte diruta fuerat Malaca, vt ei vir sanctus, vates nimium verax prænuñtiauera. Profligatissimam hanc urbem anno 1551. mense Iunio Rex Gentanæ terra marique oppugnauit, admoto exercitu duodecim millium, ex Malaiis, & Giais collecto, à quo urbis partem agrè tutatus est Petrus Sylua, armorum Præfectus, & Egidius Fernandes Carnallius, qui è regno Chedæ, tribus nauibus egregie armatis auxilio accurrerat. Obsessos intus dira fames, quàm foris hostes premebat arctius; aqua præter pluuiam nulla, & hæc admodum parca, parcius distribuebatur; impressiones simul omni ex parte assiduæ, Giais fessos Malaios subsidiaria pugna, per mutuas vices leuantibus. Patres illic è nostris perpauici, multorum operam charitate eximia supplebant. Nusquam ad muros concursus, aut conflictus, quin frontem, aut medium agminis tenerent. Franciscus Peres mira præ aliis edebat, crucifixi effigie quàm à Xaverio in Iaponiam soluente olim acceperat. Semel turma Giaiorum ferociter, machinarum explosionem, & fluuium præteruecta propugnaculum occuparat, ex quo videbatur nulla vi deturbanda; Peres de genibus coram crucifixo, quem trunco arboris illigarat, dum propulsandis inde barbaris insistunt Lusitani, orans hæsit, obtinuitque à Deo tam faustam victoriam, vt surgens receptum ab iis propugnaculum viderit, & trecenta humi hostium caesorum cadauera. Sed intestinis sceleribus aduersus Malacam atrocius omni hoste furentibus, transpontana illius regione vi summa potitus Rex barbatus, direptione, incendiis, caedibus, omnia perdidit; Lusitani plus centum necati, in arcem superstites ducenti numero confugere, incolarum ad multa millia in seruitutem rapta; præda decies centenis millibus nummorum fuit. Pugnabat Funaij Xaverius aduersus Bonzios, dum Mahumetanus Malacam impugnaret; cognouit diuinitus eius periculum, hortatus est ad reditum celerem Lusitanos, fore alioqui opem eorum nimis seram, resque urbis obsessæ in extremis stare. Sed cum ferri tam procul, tam velox subsidium non posset, curare illud apud Deum magna precandi contentione laborauit; habeturque pro re minimè dubia, vt illatum vrbi, ad emendationem supplicium, Deus illi priusquàm infligeretur monstrare noluit, ne precum suarum efficacitate vibratum depelleret; sic arcis periculum ei postea indicasse, vt hoc suis meritis dissiparet. Hostes partim medio Septembri, Nouembri partim ineunte, coniecta in naues raptim præda, fugientibus similes abiire. Quod item Deus famulo patefecit, cum Pereira,

vt

51  
Longè diffi-  
cilius enun-  
tiauera Xa-  
uerij.

vt aieban-  
dam, cū  
dum sup  
in India  
ob expen-  
portunū  
stricta f  
Deus ho  
docuit;  
reira; su  
procinct  
triduum  
ordine in  
Sanci  
reira X  
si suis i  
ille Typ  
gyros ex  
& tam  
nautæ p  
venti ei  
testari v  
alioqui  
mari, &  
rius, &  
Angelus  
precatu  
periclitat  
subdit v  
non pot  
oraculo  
cellæ pa  
gaza qu  
rum ca  
quos v  
festa om  
admiran  
fragium  
consecra  
viri nau  
populi,  
conduci  
tus oner  
fortunij

vt aiebam, de naui sollicito respondit, nequaquam ad bellum reposcendam, cum esset Malaca ab obsidione, & hostibus penitus soluta. Timendum supererat, ne prouecto ultra modum anno, Malacæ nauis deesset in Indiam, quod erat Sinensi legationi vehementer incommodaturum ob expectandum nempe ex India nauium reditum, & mensum mari opportunum: nec licebat Pereiræ Cocinum Malaca contendere, quòd obstricta fide cogeret Sunda piper in nauem imponere. Vtrumque Deus hoc metu liberauit, edoctusque ab eo Xauerius, Pereiram diserte docuit; In portu Malacensi solam nauem restare; eam esse Antonij Pereiræ; sublatis anteanis, vna solùm teneri ancora; Cocinum versus in procinctu esse; cognito Iacobi Pereiræ Sincapuræ in fretum aduentu, triduum adhuc subituram, quæ miro deinceps, & distincto successuum ordine impleta videbimus.

Sanciano Malacam eiusmodi collocaione pie otium fallebat cum Pereira Xauerius, perinde ipse, loco, & temporibus distita nuntians, vt si suis illa spectasset oculis; cum ecce tibi ortu repentino formidolosus ille Typho, de quo alias à nobis scriptum; coepit vt solet, suos illos in gyros exporrigi, tum colligere sese, atque in morem turbinis conuolui, & tam astuoso furore, vndas subruere, vt eas in cœlum attolleret, nauæ pariter vt vectores de se actum putare; Pereira præ omnibus, venti eius, periculique scientior; omnes ad Sanctum confugere; obtestari vt respiceret miseros, & pro ijs fortiter intercederet apud Deum, alioqui rem esse deploratam, intumescere horribilius in momenta mari, & Typhone nauim propius arctante. Ad hæc silentio secedit Xauerius, & cum aliquandiu hæssisset orans, prodit ad eos, vultu beatum Angelum referente; Pereira coram, & nautis, elato brachio, naui bene precatur, aiens *Nauim sanctæ Crucis* (erat id nauis nomen) *mari nunquam periclitaturam, sed quo fabricata fuerat loco, illic sua sponte dissoluendam*: subdit vero dolere, de altera quæ simul ex portu exisset, quòd idem non posset affirmare, breuique illius de infauito cursu cognituros, cui oraculo primam fidem mox fecit Typhonis aliò deflecta rabies, & procellæ paulatim detumescens furor; nec multò post fluitans nauis sociæ gaza quam typho depresserat, & passim cum eius armamentis vectorum cadauera, in quibus tam felix quam rara fors nautarum duorum, quos vni tabulæ affixos, & adhuc spirantes Pereira in nauim sustulit, festa omnium gratulatione: toto denique Oriente portus omnes peruasit admiranda fama, nauis Sanctæ crucis, nullo vnquam casu passuræ naufragium, quòd eam P. magister Franciscus fausta sua adprecatione consecratam munisset. Exia prisca oblita nomenclationem, Sancti viri nauis perpetuo dici; quocumque appelleret, occurso, plausuque populi, & aliarum nauium explosis machinis, venerabundè salutari; conduci naulis profusioribus certatim, premi exterius, infercirique intus oneribus supra molis suæ, pondus modumque mensuræ, nullo infortunij cuiusquam aut metu, aut suspicione; annos triginta superstes

SI  
Prædicat duarum nauum, alteram nunquam, alteram breui perituram.

220 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

Xaverio ægra, cariosa, decrepita nihilo parcius, & timidius grauari quam si recens ex naualibus extitisset. Dumtaxat a dominis, ad quos processu temporum deueniret, diligentissimè cauebatur vt cum eam sarciri oporteret, reficeretur in ipso mari, nunquam subduceretur in siccum littus, vti solum ex vaticinio sancti Patris credebatur posse dissipari: & conflictata quidem est incurfu multiplici, tempestatum, discriminum, etiam præliorum aduersus exercitum Acenorum, sed Deo duce ac sospite cuncta, licet alioqui funesta, eluctata est semper secundis euentibus. Verum inter tot omnis generis mortales, toties, tot annis, tantam huius miraculi, tam manifestè fidem, & constantiam expertos, non defuere quorum fiducia titubaret. Malacæ cum nauis è classe Cocinum legeretur, nauis sanctæ crucis id iter mandatum est. Ijs autem de more, præ alijs eiusdem modi nauigijs, onerum molibus exaggerata est, vix vt palmis aliquot extaret. Accessit oneri numerus vectorum, quanti sua cuique salus, tanto ardentius vnoquoque locum ea in nauis ambiente. Vela pandunt Cocinum cum socijs nauibus, & viginti ac paulo pluribus vix milliaribus confectis, tormento semel, & iterum expulso, magnisque clamoribus fœderatas naues auxilio accersunt. Terrebat illos sub tanto pondere fatiscens nauis, & multum mare accipiens, nec putabant Cocinum vsque suffecturam, Zeilano præcipue in sinu, quem inibant, si qua tempestas oriretur. Volebant igitur nauim ab socijs nauibus, parte onerum leuari, sed nulla modum legitimi oneris ausa transcendere; nauis sanctæ crucis, abiecto cursu, portum repetijt. Percelli omnes rei nouitate, stupere regressum insolentem, rogitare curiosissimè quid rei, quid causæ? quam vt tandem compertum aliam non esse præter metum, ne oneri nauis succumberet; communi omnium clamore, irrisu, dieteriis, sibilis tam falsè explosi sunt vt quæ pudor, quæ oraculum sancti Patris, per annos iam duos, & viginti firmatum, illos in mare reiecerit, & naues socias tota velificatione assecutos, optato in portu prosperè collocarit. Vixit, si fas dicere, Sancti nauis, lustrauitque omnia maria, & portus Orientis in perpetua mercatura, ad annos triginta, dum in potestatem veniret Ducis qui arci præerat Dienfi. Hic videns vndique hiulcam, & tantum non carie defluentem, vt instauranda necessario esset, Cocini iussit in littus subtrahi, è regione S. Mariæ Ducis seu Odigeæ, vbi versa in latus, dum fabrorum expectat manus, noctu suo pondere, ac senio in lignorum acruum collapsa iacuit, solis ignibus vtilem: confluxere ad eius spectaculum Cocinenses, & diurni miraculi etiam reliquias posthumas, prosecuti sunt lætitia solemni. Quamquam nec isto inuictæ nauis veluti funere vigere desierunt; Georgius Nonnius notæ infimæ mercator, nunquam eò induci potuit vt existimaret adprecationem sanctam viri Dei, cum nauis figura dissectam, singulas ex ea residuas tabulas nequaquam afficere; raptam itaque ingenti fiducia ex iis tabulam suæ cuiuspiam Liburnicæ inseruit, & hoc quasi securissimæ tutelæ fato longinquas nauigationes, & famosa periculis

maria

maria cur  
spondens  
tabulamq  
priam S. F  
nera, eode  
cta per se  
retur. Po  
vir sanctu  
deprehen  
vna in an  
Quæ sibi  
ex Sincap  
rantem, a  
triduo su  
Sanctus a  
rias, vt L  
Matthæu  
recreand  
sibus, vt  
bem dedu  
ritas, æd  
seruarat,  
sens adfu  
pagata in  
mi sui vo  
agere con  
functum  
postea p  
consiliu  
ra conue  
sti, & Ec  
vtinam d  
& Religio  
decore le  
Apostolo  
cunctis,  
Procurat  
aureorum  
numeris  
ingressus  
applicuit  
dedit ad E  
tatem in  
post iter

maria cursu semper felici obiuit, arguentibus inconsultam audaciam respondens, Liburnicam suam, mari esse ac ventis, quam ipsis notio- rem; tabulamque ventos in ea cernere, quæ lembum integrum, velut rem propriam S. Patris, tempestatibus faceret reuerendum. Post multa demum itinera, eodem quo nauis sanctæ Crucis exitu æuum clausit, & seipsa discincta per sese concidit in naualibus Coulani, quò tracta fuerat vt refarciretur. Postremò de Antonio Pereira, eiusque nauis, quòd præmonuerat vir sanctus, cum iis quæ minutim notarat adiunctis, ad vnguem vera deprehendit Iacobus; Antonium esse in portu Malacensi; nauem eius vna in anchora, elatisque antennis; vela propediem in Indiam pandere. Quæ sibi ab eo præmonstrata, pro tam exploratis Xauerius habuit, vt ex Sincapurano sinu, per leuem cata scopum forte illac Malacam prope- rantem, ad Antonium scripserit milliaribus nonaginta, rogans discessum triduo sustineret, vt posset ab eo Cocinum transfu-cti. Dedit quoque Sanctus ad Franciscum Peres, Nostrorum Malacæ Rectoré commendati- tias, vt Lusitanorum liberalitate Bungensem Legatum, eiusque comites; Matthæum & Bernardum Iapones quos erat secum in Europã ducturus, recreandos curaret. Paucis inde diebus in portum subiens, à Malacen- sibus, vt consueuerant reuerenti, occurso, & mire beneuolo in vr- bem deducitur, monstrantur ipsi cladis Malaia vestigia, superstitem ra- ritas, ædium ruinæ. Recoluntur auxilia quibus olim urbem ab Acenis seruarat, seruandam omnino, ipsius meritis aduersus Malaios, si præ- sens adfuisset. Post hæc paucos è nostris qui Malacæ degebant de pro- pagata in Iapones fide iucundissime refecit, vicissimque ab iis magna ani- mi sui voluptate audiuit, quæ in eiusdem fidei profectum pati eos, & agere contigisset. Demum arcis Præfectum sibi peramicum, imperio de- functum Petrum Syluam, & successorem illius Aluarum Ataidem, sibi postea perinensum, officiosissimè salutauit: communicauit cum iis consilium suum, de aperiendo in Sinas aditu per legatos vt cum Perei- ra conuenerat; mire vterque generosum consilium laudauit, seu Chri- sti, & Ecclesiæ gloria, seu conditiones Rei Lusitanicæ spectarentur. Ac vtinam deinceps Aluarum, auaritia, & inuidia, ab hac piæ mentis, & Religiois nobili studio nequaquam auertisset, cum sempiterno de- decore legationis illius præfocata, quàm & probabat India senatus, & Apostolo suo Deus inspirarat. Iacobum denique Pereiram fidelem præ- cunctis, & sincerum amicum, pectore arctius quàm complexu stringens, Procuratorem ab eo accepit, cui moscum & serica, ad triginta millia aureorum reliquit ad legationis in Sinas apparatus. Ita breui expletis numeris omnibus charitatis, nauim Antonij Pereira cum suis Iaponibus ingressus, post crebra & sæua pericula suis precibus depulsa Cocinum applicuit, die anni sesqui millesimi quinquagesimi secundi quarto. Hinc dedit ad Regem piissimum Ioannem tertium, ad S. Ignatium, & Socie- tatem in Europa epistolas, magni ad Christianam rem momenti. Breui post iterato mari, Goam paucis diebus appulit, annis ex quo in Iapo- niam

222 De vita & gestis S. Franc. Xaverij

poniam indidem soluerat duobus, & decem mensibus.

53  
 Labores Soc.  
 in India, dum  
 Xau. agit in  
 Iaponia.

Dum secutus Deum Apostolus, ignotam eatenus Christi lucem Iaponiis intulit; eandem socij, quos per Indiae regna, Christianos inter, & ethnicos partitus fuerat, pari ardore ac tolerantia, ferendo agendoque sparserunt; pauci numero, sed immensa complexi spatia, Malacam, tractusque confines: Molucum, Amboinum, & Maurum insulas; Choro-mandelis oras, & Piscariae totius à Comorinensi cornu ad Nagapatanum; regna Trauancoris, Cocini, & Tanoris; Goam item & Ormuzium insulas, quorum per se locorum singula misere à vitiis, ac demonibus proculcata, aegrè tota multorum vita, & sudoribus erigi potuissent: sed qui paucis multa praestare nouerat, iisque quos legerit ad gloriae suae propagationem, efficiendam subiicit actiuam, tantum illis virium, tantum indidit animorum ut palam esset ab eo confici quaecumque pro illo effici-erent. Verebantur tamen multitudine innumerabili pereuntium ethni-corum in regnis praesertim interioribus, & remotissimis insulis quorum aliqui salutis praesidia flagitabant; alij an salus, vel quid ea esset igno-rabant. Mutis ergo, sed magnis in Europam literarum moestiarum voci-bus ab Rege Lusitaniae supplices; ad socios verò horratores, operarum auxilia rogabant, ardebantque si posset (quod Patri suo S. Ignatio scri-bebat Nicolaus Lancillotus) frustatim discerpi, diuidique saltem in eos populos, qui eorum opem implorabant; & fracti licet, laborum imma-nium grauitate, nihilo segnius quam sani & vegeti, animarum nego-rio instabant. Fuit qui cura immensi populi oppressus, cum in regnum aliud mitioris operae transisset, seu leuandus oneris sui parte, siue alia causa missus, aegrotauit; nec restitutus est, donec in priores illas remitteretur duras, & laboriosas occupationes; in quibus etiam vitae discrimen adibat perpetuum, inter homines natura Barbaros, superstitione inimicos, à Brachmanis idololatriae doctoribus instinctos, conuersione ac fuga suorum modo liberorum, nunc concubinarum ef-feratos, ex quo factum ut Patrum nostrorum manciparentur alij in seruos, alij venderentur, tunderetur fustuatio, venæno, ac ferro necarentur. Tam crudas attamen, & acerbis arumnas, diuini honoris, & animarum stu-dio susceptas, pro solemni suo diluebat Deus immensis latitiis; profite-bantur amicis in Europam nec se illas verbis nec mente complecti; si quæ foret in vita felicitas, hanc esse qua ipsi potirentur; vereri se ne foret hæc merces vnica illius operæ quam Christo nauabant. Scitote inquit Henricus Enricius, datis ad Conimbricenses collegas literis, eiusmodi esse voluptates, quibus suos cumulat Deus in hac vinea desudantes, ut difficile sit earum copiam scribendo assequi. Vi accrescunt labores, crescit animo vis, & corpori robur; ac tamen si hac nostra colluctatione assidua, præter Deum, & animas queramus nihil; sed hanc oram Piscariam colentes us refouemur, obruimurque bonis, ut si Deus optare iusserit vel in cælum migrare, vel hic in procurando illius negotio pergere, dicturi simus; sine Domine etiam num ad annos aliquot hic degamus; cælum nostrum est, nostraque beatitas tue gloria

gloria seruiri  
 inescarum, s  
 morienti, c  
 alia suppet  
 ea numero,  
 eius ferente  
 ptate mirè  
 Trauancoris  
 repetentem  
 mortalium  
 prope incog  
 tam effusa b  
 ore toto mer  
 fectione Xau  
 stem præmi  
 quam de iis  
 enarrare. Et  
 cisci ordine  
 ctator, quos  
 dustria char  
 tio, datis F  
 no 1550.

Debeo R.  
 latus, & pro  
 tem viuendi  
 peragratione  
 vxoribus, &  
 in suscepta  
 ditius) diffic  
 morino. Re  
 ctæ, & open  
 ti muneris,  
 fit, & expu  
 à nobis exig  
 quos nostro  
 ba hoc illis  
 pulos adora  
 stria, virtute  
 Triadis add  
 stylo consec  
 cam eos esse  
 noctem; De  
 operanti. E  
 rint libente

gloria seruire. Nec velim quenquam propterea hac loca ambire iis delitiis inescatum, sed vno Christi, crucisque amore, & desiderio vite crucifixo, & morienti, conformanda; omnique solatio destituta. Hæc ille præter quæ alia suppetebat ex Societatis incrementis gaudendi seges vberissima, nam ea numero, ac locis augebatur, & secunda fama late per Indiam nomen eius ferente expetebatur ad Collegia, qua inter cæteras incredibili voluptate mirè Xauerius afficiebatur. Refert enim Baltasar Nunnius, ex Trauancoris ora scribens. B. Apostolum, Societatis ortus nuper editæ repetentem, & toto vbiq; iam orbe adlaborantis diuinæ gloriæ, & mortalium saluti, maximè Indorum, ab Arabia, vsque ad vltimum, & prope incognitum Orientem; prouocare solitum socios ad agendas Deo tam effusæ beneficentiæ gratias, nec præ gaudio lacrymis, erumpentique ore toto mentis affectui imperasse. Sed priusquam attingo quæ à profectione Xauerij in Iaponiam, ad reditum Goam eius socij gessere, testem præmittam, vt integerrimæ fidei, sic auctoritatis eximiæ, quamquam de iis generatim solum, non distinctè agat, diffusus posse singula enarrare. Est hic Goanus, vnusque tota tunc India antistes, ex S. Francisci ordine, pius iuxta & sapiens, qui laborum optimè conscius, & spectator, quos in Christianis, Mauris, & ethnicis nostrorum sudabat industria charitas, impetrare ab se non potuit quin eos gratularetur Ignatio, datis Romam Cocino, Nouembris duodecimo literis anno 1550.

Debeo R. vestræ has literas de operariis quos hic habet, & testis oculatus, & probe expertus, eorum agendi vim, exempli lucem, Sanctitatem viuendi, doctrinam, conciones, confessiones, iuuandis Lusitanis; peragrationses istorum regnorum, infidelibus, ethnicis, Mauris eorumque vxoribus, & liberis conuertendis, tingendis sacro fonte, & instituendis in suscepta fide; deuoratas præterea (vt hæc melius præstent, & expeditius) difficultates linguarum discendarum in promotorio præsertim Comorino. Rem animarum tam strenue agunt Patres Societatis huius sanctæ, & opem tam validam Episcopis iungunt, in sustinenda mole impositi muneris, vt quicquid habemus, possumus, obtinemus id omne ab iis sit, & expuncturi sint nobis multos annos flammis lustralibus alioqui à nobis exigendos labore quem nobis commodant, ad salutem eorum quos nostro periculo curandos accipimus. Præ aliis equidem præsulibus hoc illis peculiariter nomine obstringor, vt qui degam inter tot populos adoratores lignorum & lapidum, quorum multos Patrum industria, virtusque concionum ad agnitionem Dei vnus\*, & augustissimæ Triadis adduxit. Porro hic eorum sigillatim gesta nec putem posse me stylo consequi, nec mei temporis occupationes patiuntur: breuiter dicam eos esse luminaria accensa ad discutiendam huius Barbariæ cæcam noctem; Deo laus, & honor, sanctorum suorum ministerio tam illustra operanti. Ego illis quæcumque in vtilitatem animarum ex me optauerint libenter concedo, quicquid est in me potestatis, & auctoritatis singulis

45

Literæ Goani  
Episc. de la-  
bor. Societatis  
in India.

224 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

gulis vtrò, plenèque impertio, vnùmque me cenfeo de Societate hac sancta, tametsi vita iis valdè abstralem, valdèque imparem. Omni eos fauore prosequor, & amo in Iesu Nazareno, sed amore candido; furo procul, & simulatione; sedes iis, & Ecclesias tribuo vbi degant, & vnde ad opus alienæ salutis exeant. Dignifunt quos suis identidem litteris R. Vestra consoletur, mandandum quoque videretur P. M. Simoni, vt operarum suppetias iis ex Lusitania mitteret; est enim vastus regionis ager, operarij pauci, & immensa laboris materia.]

55  
Lusitanæ regis Ioan. 3. beneficia in Societatem.

Sed venere hoc eodem anno ad Regem in Lusitaniam, ab eius Ministris suscripta distinctius, quanta nostri per Indiam gererent, quæ cum in secretiori suo Senatu retulisset, addidit in Societatis laudem, multa; nec vna contentus verborum commendatione; statuit quæ tùm Collegia, tùm Seminaria erudiendæ iuuentuti fundata in Indiis fuissent, vel in posterum fundarentur, concederentur Patribus vniuersa; idque Procuratori suo Cosmo Annesio conficiendum mandauit. Indiarum item Proregibus, & arcium Ducibus iniunxit, vt è Fisco Regio, naues, com meatusque Patribus præberent, quoties Dei obsequium eos aliquò euocasset; & quicquid demùm Patribus visum foret ad motes corrigendos, & stabiliendam Fidem in locis, & arcibus Regiæ ditionis conducere, exquerentur omnia diligenter: totum denique onus salutis infidelium procurandæ cum facultate regni in Oriente proferendi, à Christi Vicario acceptum, in Societatis humeros incumbere voluit. Postremò scripsit ad Summum Pontificem, plenas de nostrorum in Indiis strenua opera litteras, ac nominatim de Rege Tanoris ad Christum adducto, & beata morte Antonij Criminalis; monens sibi propositam in Europa, & India Societati domos, & Collegia magno numero ponere, in quibus præstantes operarij fingerentur, Christi Euangelio Mauros, & Ethnicos per vniuersum Orientem exculturi. Rogans propterea Simonem Rodericum quem ad hoc misisset benignè audiri, manique iis facultatibus quæ ad promotionem, tam sancti operis conferrent.

56  
Goæ Ser. labores fructuosi.

Iam vt à Goa (quæ caput Indiæ) ordiar eos motus ciebant Patrum conciones, eisque agebant populi concursus, vt migrandum fuerit in capaciorem Basilicam Patrum S. Francisci, qui pro mutua nobiscum, perpetuæque beneuolentia, vtrò hanc nobis prolixè commodarunt, vt quæ semel gustatus æternorum sapor, famem proritat non saturat, contraquam soleant sensuum voluptates; auarè secum pij auditores, actum iri putarunt, si de iis semel, aut iterum per hebdomadam audirent. Dulce igitur animi pabulum largius cupere, ambitu nostrorum religiosam prudentiam, sub qua daas nonnulli, plures alij hebdomadas informarentur exercitiis S. Ignatij; inde vsu contracto meditandi, quotidianum ad hoc tempus sibi seponere, quo soli cum Deo, secumque agerent; hinc iam tùm, posteaque deinceps, fertilis ad religiosos ordines, Societatem præsertim accessio, ingenti bono miserabilium Ethnicorum: præter illos enim qui Cocini, Bazaini, & in Piscaria Societati dedere nomen,

Antonius

Antonius  
admisit L  
nostrorum  
simul in S  
legere de  
Xaverius  
numerus  
præcipita  
tem illoru  
turi Apol  
operum,  
aliqua op  
luc enim r  
tur, num  
simul con  
in hebdom  
cit, & tan  
cum iis ad  
stianam;  
vtiliter fa  
ctos pluri  
est, ætate  
peret inso  
morem q  
mentorun  
locomiun  
magno vt  
inolito, c  
humilis b  
emollitiq  
expiati, c  
tacta vest  
ptus de a  
rum num  
commen  
captanda  
in Nosoco  
bus, mise  
conuersio  
Hanc per  
dam ex va  
Christo su  
urbem ani  
instigari



Antonius Gomezius breuissimo tempore Goæ solum, septem & viginti admittit Lusitanos, nobiles, & spei egregiæ iuuenes, quod feracis Goæ nostrorum virtutis malo indicium haberi, quàm prudentiæ Gomezij, tot simul in Societatem manipulatim congerentis, cum paucos ex multis legere debuisset, ex paucorum delectu approbare paucissimos: quare Xauerius cui semper hominum de Societate cordi magis fuit virtus quàm numerus, ex Iaponia redux, inter alias Gomezij, quas statim emendauit præcipitati feruoris aberrationes (de quibus inferius) leuauit Societatem illorum onere, qui eam grauaturo numero suo erant, non subleuaturi Apostolica opera, & virtutis luce ornaturi. In ea copia, piorum operum, quibus Goæ Patres Christianam virtutem instaurabant, soli aliqua ope destituebantur vincti; qui tamen illa egebant præ cæteris; illuc enim rei, tanquam in regni publicum carcerem vndique trahebantur, numerosa fœx, & scelerata colluies hominum facinorosorum, qui simul conclusi, tabe reciproca peiores fiebant. Ad eos iuuandos, status in hebdomada dictus dies; Berzeus cum aliquot sociis ad eos verba fecit, & tam appositè ad præsentem eorum necessitatem, & conditionem cum iis actum, vt normam viuendi susceperent non mediocriter Christianam; curati sunt iis, libri aliquot pij in communem vsu, vt diem utiliter fallerent, sapienti planè instituto ad elidendam perniciem otij, vinctos plurimum in omne flagitiũ proritantis. Ad hæc illorũ è numero lectus est, arate, ac sensu melior, qui aliis præesset, inuigilaret moribus, carperet insolentes; doceret tunc primùm adductos, conseruaret inductum morem quotidianæ pietatis, & parandi suis temporibus animi ad Sacramentorum vsu. Nec minori prouentu caritatis Paulus Camers, Nosocomium aperuit, Collegio proximum, Christianis iuxta, & Ethnicis, magno utrobique, animorum; & corporum leuamento; nam quos ab inolito, obstinatòque cultu Idolorum, rationum vis nulla dimouerat, humilis beneficentia impensu sibi à Patribus ministerij expugnabat, emollitque in lachrymas sacrum Baptisma flagitabant, quo mox vt erant expiati, complures casta innocentia genitalis, quàm adepti fuerant intacta veste, in cœlum euolabant. Suggerebat autem Nosocomio sumptus de arca sua Deus, hoc est de publica largitate, quæ pro ægrotorum numero augebatur; tum quod opus per se omnibus laudatum commendabatur sanctimonia Camertis, omnibus obseruanda, qui ad captandam pauperibus stipem quæstor exibat in publicum; domi verò in Nosocomio, valetudinis curator, Medicus, Pater, & omnia, omnibus, miseris illis erat. Nec infelicius in Idololatriis laboratum. Vnius conuersio, quod singularis sit; reliquorum instar hîc à me narrabitur. Hanc peregit Berzeus, homo igne succensus diuino; contigit in quodam ex valdè insignibus Bracmane, fuitque potentis ad alios eius sectæ, Christo subiugandos exempli. Casu in illum Berzeus inciderat otiosè per urbem animum laxantem, cinctum magno Bracmanum comitatu, cum instigari se interiùs sensit, vt se illis ingereret, disputaturus de religione,

vel eorum, vel nostra, utcumque iis foret lubitum; nec abnuere Bracmanes plurimi, vnius prouocationem; sed eò illustrius ad veræ Fidei splendorem, quo illos sæpius argumentis ex communi sensu, ad asserendum Christianorum mysteria depromptis, obmutescere coëgit & cum ipsi tot essent, aduersariam vnius causam suo silentio probare. Nam etsi quorundam iuuenilis audacia dissimularet indignationem, ac pudorem, redderétque pro responsione conuitia; sed maturiores, qualis ille quem affectabantur veluti Principem, nomine Locuus, aliquis Summi Veri peruasit radins; & conuictis Berzeus, comiter valedicens, nonnulla iis reliquit monita, quæ apud se per otium versarent. Nec messem femina, nec Berzei spem, ac vota, ingrati reddidit; adest biduo post Bracmanes Locuus, initiari ab eo Christianorum Baptismo postulat; cogi se ad hoc clara luce perspectæ veritatis, & velle se animam in tuto ponere. Idem multos cum eo tenebat studium, inter quos vxor, & ex fratre nepos, & alius ex Ethnicorum primariis. Excepti effusa gratulatione, & quæ nondum satis perceperant edocti, magno apparatu in Templo nostro expiati sunt vitali fonte; vnde Locuo vr̄bis Gubernator esse pater Lustricus voluit, & mutatione nominis tenui Lucam appellauit; vxor Isabella, nepos Antonius nominati. Post hæc equis instructu magnifico stratis imponuntur, & Lusitanorum nobilitate vniuersa, multisque Bracmanum pompam ornantibus, ad festos campanarum sonos, & tormentorum fragorem circuducuntur vr̄be tota, palatis vbique pretiosaque veste eleganter exulta; inter quæ ille vocis Ethnicorum longè gratior sonus; profitentium, patri suo Christiana complexo mysteria, haudquaquã se velle filios videri degeneres; reque ipsa multi eius exëplo Christianis adiuncti: octiduũ tenuit lætitiæ eius celebritas; quibus elapsis Gubernator Bracmanem Lucam summi Tanadaris munere honestauit, qui Magistratus magnæ illic est dignitatis. Quamvis autem crebra cum Bracmanis velitatione, semper Christo lucriferent nonnulli; verum haud paulò plures, aduersus illura animos obstinabant; tolerandi quidem, si vnus sibi nocere contenti, aperto Marte, ac velut fœdere non obstitissent religioni propagandæ, nec suæ superstitionis sacrilegia omnia in Goæ suburbiis publicè actitassent, graui offensione imbecillæ adhuc Christianitatis, grandi quoque obice infidelibus ad Christum perducendis. Extremo huic malo, extremum remedium tandem Gomezius expunxit à Gubernatore: Pelli eo ex loco Bracmanes obtinuit, & poena capitis, ac bonorum sanciri, ne quis tota insula cœtum cogeret ad Pagodes, aut eos publica impertiretur adoratione. Ita detractis mendacio Magistris, & veritati aduersariis, tota Euangelij præconio, aperta, & libera regio patuit; cui ad multitudinem incolarum, cum nostri angustè sufficerent, adhibebant iis instituendis iuuenes in S. Fidei seminario educatos, natione Malabares, & eiusdem linguæ cum indigenis Ethnicis; compositas sibi Lusitano sermone à Patribus conciones Malabaricè, habebant ad Ethnicos, eo fructu, vt dies festus abiret nullus, quin multi

apud

apud nos  
labor ad C  
nea, etiam  
eius insula  
Istarum  
recreabant  
cum enca  
um labore.  
sequi a m  
reitur, vita  
formam ca  
si rerum q  
infidos; a  
diciis reu  
tractaturi  
Est reg  
nor, à Se  
gnominer  
cuiusuis  
ineunte, t  
quam pro  
fœcundan  
no incolæ  
immodico  
tatem vni  
bat hoc &  
gnitudine  
re, vicina  
digna, op  
dus, præ c  
stianam in  
desiderio  
cendæ. C  
& præsid  
familiarit  
confiniur  
coniurati  
se valebat  
nes profu  
res cum  
illum, &  
no 1549.  
specie qu  
bus, vt

apud nos Christi lauacro tingerentur. Porrectus exinde latius ad insulas labor ad Choranam, ad Diuar, Noruam, & attinentia Goam mediterranea, etiam semel ad vsque Zeilanum quod Patres quatuor nauigarunt, vt eius insulae nouum Regem, Christi imperio subderent.

Istarum expeditionum fortunati prouentus orbem Christianum mire recreabant, perferebatur enim eorum fama in Europam, tam nobili Patrum encomio, vt Vlyssiponem ad amicum scriberet Gubernator, *eorum labores maiorem in modum Indiae probari, tantam enim ex eis conuersionem sequi amaram, vt ad agendas nummi gratias quisquis hanc cerneret cogereitur, vitaeque sua neophytos illos primam sub Ecclesia nascente, Apostolorum formam exprimere.* Sed angustiora narratis haecenus referri potuissent, si rerum quas dicam ingentium praecleara initia, sortita non essent exitus infidos; attingenda sunt tamen breuiter, vel hoc solum vt sua diuinis iudiciis reuerentia praestetur, & hoc erudiantur magisterio qui sunt similia tractaturi.

Est regnum Tanoris in littorali plagâ Malabarum; ab Austro Cranganor, a Septentrione Calecutium adiacet. Metropolitim habet regno cognominem; agrum planum, apertum, frumenti, & palmarum feracem, cuiusuis culturae docilem & aquis caelo, terraque diuitem, quae bruma ineunte, totam late stagnantes, regionem efficiunt paludosam, nullo usquam procliui exhauriente illas in vicinum mare: quare pingui limo, foecundant humum, absque vlla tamen salubris aerae vitiatione, leui panno incolae corpus velant, ab umbilico ad genua, caetera nudi ob caeli aestus immodicos: sunt tamen ingentis animi, maxime Naires (quae vox nobilitatem vniuersam comprehendit) principum robur praecipuum. Obtinebat hoc & propinqua regna Saracenus, idemque cultor Idolorum, magnitudine animi, & bello nominatissimus, breuique si arma liberet exere, vicinas ditiones, propriis adiecturus. Forma, praeter haec imperio digna, opulentia, largitate, morum elegantia supra barbarum spectandus, praeter omnibus tamen acri sapientique ingenio, & in religionem Christianam inde iam a teneris propenso; cuius, vt primum de illa cognouit, desiderio captus est non modo induenda, sed in regnum quoque inducenda. Corroborabat huic eius animum F. Vincentius Franciscanus, & praesidiarij arcis Ciales Lusitani, quos parum distantes, & adhibebat familiariter, & suis portibus eorum commercia libenter admittebat. Sed confinium Principum ab eo sibi timentium, & germani maioris decenni coniuratione, hanc mentem distulit, ne qui hostem externum aegre ab se valebat defendere, intestinis suorum factionibus peteretur, qui omnes profitebantur Mahometem. Vicario interim Cocinensi Ioanni Soares cum Episcopus Goanus, & Gubernator Indiae mandassent, officiose illum, & crebro viferet, incenderetque desiderio optati diu boni, anno 1549. ad eum venit, cum Cosmo Annesio & arcis Ciales Praefecto; specie quidem honoris exhibendi, re autem vera extundendi ab illo rationibus, vt tam lentas moras tandem excuteret; tantumque potuit apud il-

57

Tanoris Regis infelix conuersio.

1277

228 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

lum explicatae lux veritatis vt suadentibus daret manus, ablueretur à Vicario sacro fonte, Ioannis appellationem, in gratiam Lusitaniae Regis, in nominalibus optaret. Hunc ad sanctum Baptisma Regina sequeretur, eique Christiano ritu consociaretur nouo coniugio. Clam & taute omnia, Rege cultum, & mores exterius; & quod esset Bracmanes, sectae suae notas retinente. Sunt autem hae trium intextus filorum in vnum contortus funiculum, cuius extremum in tria definit capita ex filis singula tribus circumplexa, & dissimulari forassis poterant insignia haec apud Indos non tam Bracmanum ethnicorum, quam Philosophorum; sed nequaquam fas erat ei annuere, vt ritus Maurorum, & Idolorum publicè usurparet, quos ad auertendam à se suspensionem legis Christianae, licere sibi exterius, animo fingebat, modò fidem Christo, mente integram seruaret. Eam ob rem eius crucifixi appressam pectori sub veste gestabat effigiem, & cum eo identidem flens colloquebatur, cruciatuum eius acerba mollitus recordatione. Attamen propria seu conscientia reclamante, seu cordatoris alterius aduersus tam caecam simulationem, admonitu, opinionem sceleris ei obiectante, vt se religione liberaret, scripsit ad Episcopum Goanum, professus se mente tam solida fidem seruare; vt esset sibi corona ipsa, vitaque carior; paratum praetera ad Christianismi disertam ostentationem, sed arbitrari differendam, haud tam ad regnum sibi asserendum, quam Ecclesiae acquirendum; se suos sensim ad Christum Naires pellecurum, compositurum pacem vicinis cum Regibus; hinc nullo rerum nouarum timore, & quod erat optandum praecipue, constabilita spe regni ad fidem inducendi, solemni more Christiana sacra publicè professurum. Ad se interea Apostolum aliquem destinaret, (Societatis homines hoc vocant nomine) animi consiliarium, & ductorem: cui esset Tanore constructionem Ecclesiae prope Palatium concessurus, pignus fidelitatis suae constantis, & candidae. Itum super his literis in consilium frequens ab Episcopo, & Governatore Indiae Georgio Cabrale; vocati viri nobiles triginta, Custos aedis maioris, & alij qui praestare scientia videbantur, vbi post officia regi beneuole referenda, cum ad rem ventum est, & utcumque disertum, an posset inculpate ethnicum palam simulare, pudor est scribere, ab eius mensurae hominibus pronuntiatum id licere. Quorum rationes ad Lusitaniae Reginam cum aliis literis ab Episcopo missae, tametsi meas in manus venerint abstineo reddere, quod non dicam nihil probent; sed nec vlllo colore tam crassum iudicij errorem excusent. Malim eam ab iis creditam non simulationem ethnici, sed dissimulationem solum Christiani. Quicquid sibi persuaferint boni viri, Regis dubiam mentem ita confirmarunt, vt nouem inde mensibus pergeret cultu & moribus ethnicum gerere. Lectus quidem illi est diuinorum magister Theologus, cui negotium datum Regi suadere, vt Deo confisus, laruam ethnicismi quamprimum abiiceret. Fuit is Antonius Gomezius, qui rogatu Episcopi, & Governatoris ad eum statim nauigauit, susceptaque illius institutione, diuina myste-

58  
Gomezius  
Regem Tano-  
ris, eximie  
iuuat.

ria quot  
ab iis lon  
habilitate  
ceret, o  
crilega p  
ret, se pa  
& quod  
rum. His  
ciliandoru  
percurfan  
infesta, e  
industriæ  
nec enim  
dio salutis  
dicauit, (o  
& Regibu  
dedere, si  
stianos. E  
promissa n  
tientiùs, q  
tore. Hic  
pridem su  
sime pertu  
diligebant  
uigatione  
dum turb  
ctuum, ma  
à Barbaris  
Goam ve  
Satrapa cu  
ne, si lat  
oculis cas  
quanquam  
confidete  
gentem,  
reuerente  
runt satis  
reperit qu  
Fune siq  
fertisque  
feliciter  
breuior d  
faciemqu  
vitta fron

ria quotidie illi explicuit, & præceptiones Christianè viuendi; vtque ab iis longiffimè aberat quæ Goæ confiliarij, licere Regi decreuerant, habilitate ingenij sermonem eò fæpiùs trahebat, vnde Rex facile conficeret, quàm iniquè sibi de Christianifmo blandiretur, simulatione sacrilega prætexto. Quibus tandem euicit Gomezius, vt sanctè promitteret, se pace cum inimicis regibus inita Goam confestim profecturum, & quòd animo premebat Christiani nomen, vitamque publicè editurum. His promiffis erectus Gomezius Prouinciam ipfemet fufcepit conciliandorum ei hostium, ad octinginta millaria itineris vitro citroque percurfans, infensos Principes conuenit, per loca latrociniis barbarorum infesta, ex quibus non absque miraculo excessit incolumis, & laboriofæ industriæ prouentus messuit, prima sua expectatione etiam largiores; nec enim solùm, inter Reges pacem constituit, sed cum arderet totus studio salutis alienæ, apte vsus legati potestate, Somorino Christum prædicauit, (hoc est Imperatori, sic enim ob ditionis amplitudinem dicitur) & Regibus Ciales, Cetuæ, & Cocini, qui fidem ipsi iuratis chirographis dedere, si Rex Tanoris fieret Christianus; se illius exemplo fore Christianos. Post hæc reuersus Gomezius, Regem deprehendit ad præstanda promiffa non modo promptum, & alacrem, sed moras ferentem impatientiùs, quibus appulsuro solemnem pompam Goæ instruebatur à Governatore. Hic verò Naires, Regni Regisque potiffimùm columen, quibus pridem suspecta Regis mens, eo protectionem adornante, vehementiffime perturbati, regnum illi erant vitamque erepturi, nisi eos quo illum diligebant amor incredibilis tenuiffet; postquam enim rescitum de nauigatione illius in Lusitaniam vt Christo illic nomen daret, nihil admodum turbatum propterea extitit, præter coniurationem aliquam, affectuum, magis beneuolam; quàm irarum aut odij perduellem; tametsi, vt à Barbaris, violentiæ plus quàm obseruantia præferentem. Mare itaque Goam versus ingresso, vnde octo naues illi occurrebant; ex primoribus Satrapa cum turma Nairum viam intercipit, contestatus omnium nomine, si latum vnguem vltèrius tenderet, se suo cuiusque gladio in eius oculis casuros, & strictum hic ferrum suo quisque pectori obuertit. Rex quanquam suomet grauius quàm eorum periculo percussus, dissimulato confidèter metu, obiurgauit eorum in dominum suum tantos ausus, sed pergentem, mutato necandi sui vel consilio, vel furore, cingunt admodum reuerenter, & arce proxima concludunt; quàm vt triplici muro putarunt satis tutam, ita portis exceptis incustoditam neglexere, sed facile reperit quàm se inde ab iis eximeret, quamuis casu tantum non lethali; Fune siquidem ad cerui cornua quæ forte animaduertèrat illigato, infertisque in ea muri pinnis per demiffum ex primo, & secundo funem feliciter lapsus est; tertio muro quod esset editior, delabentem funis breuior deseruit, coactusque quod deerat præcipitio supplere, caput saxo, faciemque illisit, maiori periculo quàm damno, crucifixi fortassis, quàm vitta fronte adstrinxerat icone seruatus. Deprehensam fugam Naires infe-

stantur, sed is cursu ad flumen eos praeueterat, ubi naues Goanae in altera ripa, Rei exitum opperiebantur, ad quas natando dum traiecit, nihil propius abfuit quam ut mergeretur, Deus etiam tum ab eo exitum defendit. Cis flumen Naires conclamant, manus manibus, solum frontibus feriunt, comploratione ac vocibus, reuocant abeuntem. Quibus ille nihil motus, ne conspectu quidem, nedum mutuis vocibus illos dignabatur, donec Lusitanis enixè rogantibus induci passus est, ut se illis praeberet spectabilem, vultu admodum sereno illos intuitus, salutatis innuit ut abirent, & nauis se condidit; illi post demissam corporis proclinationem ei exhibitam lugentes rediere. Goae pompae feruebat instructus quae illum exciperet; dubitabatur an ut Christianus, quod nondum aperte praetulerat, an ut alieno honores haberentur, & censum ut pro Christiano. Octobris vigesimo altero & anno 1549. solenni omnium ordinum superboque ornatu, & occurso urbem ingressus est, Episcopo etiam Pontificis vestibus fulgente, & manu crucifixum gerente. Tonabant ex arce aerea machinae, via pretiosis vestitae pannis, instratae floribus, choris musicis distinctae, gestientis ubique laetitiae vocibus personabant. Ductus in templum maius, sacro interfuit; biduo post, sacro apud nos crismate, quod exoptierat unctus est. Episcopo, difficile dictu est, quam se praebuerit obseruantem, patrem eum compellans, eius de genibus faustam poscens adprecationem; conscientiae suae causas, & dubia eius sententiae permittens; de diuinis porro quoties sermo erat, mirum qua teneritate, quot lacrymis, quam piis supra Neophytum sensibus audiret. Quorum admiratione id saltem effectum ut multi ad Christum accederent ethnici, ex quibus regni Ciales Minister, & Caimalis quidam amplae toparchiae dominus. Dies Goae decem transegerat regia semper magnificentia, sumptibus, spectaculis varij generis recreatus, ultra quam forte causae expediret; cum adest illi è regno nuntius & literas reddit, quid ferrent, ignoratum, sed reuocari se causatus, & omnino eundem absque vlla mora sustulit anchoras data fide se nunquam promissis defaturum, obseruaturum semper amicitiam Serenissimi Lusitaniae regis; & breui omnes quibus imperabat ditiones sociaturum Christianitati. iam residua miseri Principis tam longinquos ab omni quam fecerat expectatione successus nacta sunt, ut Scriptori aequè, & legenti stuporem inducant. Profus in iis quae diximus simulatione aliqua, priuatis suis commodis studuisse, nulla est suspicandi umbra; nec cogitari unquam, finguae animo potuit, cur aded turpiter à fide defecerit. Redux enim ad suos, quem consecutus olim erat viuendi morem repetiit; nunquam palàm est fassus se esse Christianum; sui vero cuiusmodi essent susdeque habuit. Adiere illum Episcopus cum Governatore, id modò expressere, ut pro Palatij foribus defigerentur cruces duae; piscautores (quibus illic vilis nihil est) vel exigerentur regno, vel Baptismo iniuriarentur: Naires, & Brachmanes Regi gratum facturos, si se profiterentur Christianos; sed cum secretiori iussu mandaretur ne quis propterea

pterea a  
& miser  
Rede  
Francisc  
magister  
quos ab  
tis, ad  
menta m  
lus posse  
tula immo  
diuinam  
suos pare  
sub noct  
quae scir  
Nec eran  
ad pia re  
cum vita  
temptum  
id omne  
responde  
tur in ha  
vindicta  
rum Pag  
tri pro te  
re quae vi  
Maldiuan  
opus. M  
numeran  
Oceani r  
ctae decim  
sue Euro  
simo iun  
insula. R  
tatione p  
ea quae r  
rum Reg  
imparem  
urus, ce  
ptus dom  
uerij qui  
hanc sibi  
ra, verita  
que Patre  
vt recupe

præterea ad hoc induceret animum, res eodem quo prius loco pernicioso, & miserabili consistere.

Redeamus nunc ad feliciora, ut fuere Patrum Cocini labores. Illic Franciscus Henrichez, Baltazar Gagus, & Antonius Eredia, animorum magisterio insignes, inter alia iuvenes educabant centum quinquaginta quos ab Lusitanis Indisque parentibus utilitate legendi & scribendi caritis, ad se pellegerant; docebant autem præ omnibus, veræ fidei rudimenta moresque Christianos, tam fausto disciplinæ successu, qui vel solus posset bonam urbem facere meliorem; species virtutis in aratula innocenti, & libertas efficax arguendi quicquid peccaretur in legem diuinam, dici non potest, quantum traheret admirationis; ducebant suos parentes liberi ad sacrum Tribunal confessione expiandos; cogebant sub noctem familiam, ad pias preces concinendas; docebant mancipia quæ scire oportet Christianum; in schola discipuli, domi præceptores. Nec erant hi fructus aut probæ indolis, aut innatæ virtutis, aut paternæ ad pia rectaque educationis; fetæ siquidem Barbaris, & ethnicis orti, cum vita & lacte, ex iis vitia suxerant, impudicitiam maximè, deique contemptum; iis ergo quod habebant boni, magistrorum assiduitas strenua, id omne Deo adiuuante in seuerat, cui profectò vicissim eximie pueri respondebant, iique inprimis qui norant se ritu sacrilego, cum nascerentur in hanc lucem fuisse Idolis consecratos; idolorum odio, & eius sceleris vindicta, penetrabant se clam in domos ethnicorum, suffurabantur eorum Pagodes, & omni contumelia deturpatos, conterebāt, frustis quæ Patri pro testimonio fidei afferret seruari. Tædio fuerit multa similia scribere quæ ut aliis locis, ita Cocini à Patribus fructuose sunt gesta. Sed Regis Maldianarum non est prætereunda conuersio, Antonij Eredia post Deum opus. Maldianarum autem si rectè Geographi notarunt, vndecim millia numerantur, angustæ sunt insulæ, multæ steriles & desertæ, omnes in Oceani tractu sitæ qui ab iis Maldianarum vocatur, in gradum productæ decimum supra centum, Equinoctij linea diuiduntur, & à Phœnicia, siue Euronoto ad Caurum porriguntur, quodque maris interflui angustissimo iungantur potius, quam separentur ductu, solida oculis apparent insula. Regem vnum agnoscunt vniuersæ: Mahometem sectantur, mutatione pessima ex Idolis ad eum transgressæ annis ante triginta quam ea quæ narro contingerent. Orto igitur bello Maldianos inter, & eorum Regem annorum viginti iuuenem, & coniuratorum tunc viribus imparem Cocinum confugit, vitæ saltem si regno non poterat consulurus, confusus nihilominus Lusitanorum armis se restituendum. Exceptus domi à Patribus, eorum partim euinentibus exemplis, partim Xauerij qui superuenerat allocutione, sed magis precibus à Deo flagitantis hanc sibi donari animam, quæ regnum integrum esset Ecclesiæ donatura, veritati denique acquieuit, & solenni ritu, ab eo lustratus est. Iamque Patres cum Rege, & Lusitanorum exercitu parabant conscendere, ut recuperatum ab eo regnum rudimento salutis imbuerent, sed heu!

quod

59

Cocini Patrū  
labor, conuer-  
sio Regis Mal-  
dianarum.

quòd ad rem Lusitanam minimum interesset, insulas tenues, & macras, auri & aromatum steriles habere tributarias; nunquam sat serio Gubernatores Indiæ animum adiecerunt, ad miserum Regem ope valida iuandum. Inter hæc nobilem duxit Lusitanam, & spe semper inani se sustinens recipiendi imperij, priuatus, & pauper Cocini consenuit, atque illic in acerbissimo dolore de morte filij in aula Hispaniæ pugionibus confossi vitam clausit.

60

Oræ Piscariæ  
eximia pietas

Nullus tota India colonis suis campus Piscaria ora feracior, quinque illam inter se Societatis Patres diuiserant, nec vnum sed multos singuli populos excolebant; quin & Antonius Criminalis vnus totam completi videbatur; percurfabat enim illam perpetuò, vt qui nostris vice Xaverij præesset, & patrem agebat Christianorum omnium communem. Partes operum, quæ cuique obrigerant, alius quindecim, viginti alius, aut plures instituebat Pagos, & in iis ad Christianorum milia ducenta, cò enim iam fructus cumulabant sementem ab Apostolo Xaverio optimam factam. Iis cum tota nostrorum contentio necessariam operam non posset sufficere, lecti sunt passim qui vicariam iis præberent manum atate ad durandos sudores integra, diuinorum egregie callentes; probatæ diu perspectæque virtutis, quos vbi res posceret (poscebat autem sapissimè, vel ob incursiones Badagorum, vel ob Bracmanum insidias) promptos fore non dubitaretur, pro Christo sanguinem animosè pacisci. Quòd virtutis robur cum agrè ad paucos pertineat, ex multis qui vltro huic se agoni deuouebant, designati sunt tantum decem. Hi fratrum salutem curandæ, sponte, nulla mercede, nisi æterna auctorati, adire Pagos, inspicere, quærere, scrutari quid prohi, quid secus à Christianis moribus deuium, deque eo ad Patres referre. Sciscitari de Canacopolis, seu Cathedristis, quam diligenter munere funderentur; & quòd ea in ora, vnde tumque id fiat, pars ferè media infantium moritur, Baptismo tingere, quos infirmiores reperissent. Ac fuisse quidem eiusmodi hos viros, ipsi met Patres aiunt, nihil vt ipsis de Societate præter vestis habitum deesset, sed desideria populi non ita explebant, vt nostrorum præsentiam optare, & postulare desineret. Quare ne aliqua inter se mutua pro nostris inuidiola scinderentur, suum pro numero communitati cuiuslibet præscriptum est, statorum dierum ad confessiones tempus; quòd ei dum impendebatur, alij moram non ferentes, vrgebant per nuntios aduentum Patrum, piè queritantes, essentne pro spuris Ecclesiæ filiis negligendi, prætermittendi, & abigendi procul, dum Patrum labor sollicitus, ac præsens vbertim alios recrearet? Cùm verò Patre quod erat sortitus Commune adiret; occurrebatur illi magna festa que frequentia, & quamdiu illic moraretur, velut operum omnium, & negotiorum indicto iustitio, vni animarum tractando negotio tempus omne dabatur; sed ita distributum, vt partem pueri, partem viri, partem mancipia sibi suam haberent; puellis similiter, coningatis, ac viduis suæ ad animi procuracionem concedebantur horæ. Ad hæc iuuentutis educationi præstabatur sollicita

sollicita  
irent; &  
Piscaria  
chez  
destinat  
lescent  
dies, a  
nihil æ  
rum, i  
diuinis  
la vter  
modò  
myster  
re fung  
à Patri  
tur. C  
nem in  
succur  
Rodrig  
altiùs  
focom  
adscrip  
amore  
tera q  
tibus,  
insueti  
mi iac  
bracul  
blica  
plura  
profico  
tissima  
da, ar  
murar  
opere,  
pellec  
gius et  
vellet  
mis an  
quàm  
diu, no  
tentis  
ex quib  
jis iter



sollicita opera, & qui sodalibus multum ingenij bonitate, vel indolis præirent; transmittentur Punicalem, quod frequentissimum, & totius Piscariæ, princeps est oppidum, vbi piorum largitate Henricus Henriches seminarium alebat; imò hinc etiam Coulanum urbem Trauancoris destinabantur ad Nicolaum Lancillotum, qui centum illic docendis adolescentibus suum per se laborem nauabat. Expertos quippe docuerat dies, ad fouendam in iis populis, religionis, morumque sanctitatem, nihil æquè conducere, in tanta operarum inopia, vt vsum talium domorum, in quibus eo innocentis vitæ candore agebant ij iuuenes, ea rebus diuinis applicabantur assiduitate, vt iis Deus non rarò ad edenda miracula vteretur; & nunc aqua lustrali, nunc attactu precatoris coronæ, modò recitandis ex more orationibus ægrotos sanarent. Christi autem mysteria sic erant edocti, vt remissi ad suos, magistrorum egregiè munere fungerentur. Nec minoris fuit quoad animos vsui, Nosocomium illic à Patribus apertum, in quod Piscariæ totius ægroti pauperes deferrentur. Quod genus liberalitatis, vt nouum Barbaris, ita illos ad religionem incredibiliter animauit, quæ materno sensu caritatis, tam piè suis succurreret. Huic multum adiecit æstimationis Dux ipsemet Manuël Rodriguez Cotignus vir sanctus, quo setibunt Patres, qui penetraret altius in officia virtutis, fuisse tunc in India neminem. Is sibi hoc in Nosocomio metatus hospitium, pauperes illos ægrotantes sibi in familiam adscripsit, mouitque alios exemplo illustri ex eo populo insignes, vt Dei amore ac reuerentia, suum famulare obsequium ægrotis addicerent. Altera quoque à Patribus instituta ibidem hospitalis domus, sed solis militibus, qui oram illam stipendio regio tuentur. Cùm enim miseri, ex insueti victus incommodis, vel cælo æstuante in morbos incidere, humi iacebant destituti; ad summum in littore sub desertis piscatorum umbraculis, egestate magis quàm morbo interibant. Præter has ædes publicæ misericordiæ leuandis corporibus positas, fundarunt Patres complura cuius Vniuersitati Tempa, in quibus animorum excoleretur, & proficeret pietas, quæ pro gentis architectonice, erant prorsus elegantissima, vt videretur amoris ingenio, quem conferebant ad ea construenda, artis ignoratio compensari. Fabrum quisque lignarium, quisque murarium agebat; adulti, pueri, nobiles, plebei, nemo immunis ab opere, omnes partem honoris in ædificandâ Dei domo ambiebant; ad suppellectilem verò, & ornatum, vt illic pulcherrimus parari poterat, largius etiam quàm inopia sineret conferebant; nec erat tam egens, quin vellet de suo aliquid inter ornamenta Sacrorum agnoscere; quin & summis annonæ angustiis, quas anni arentis sterilitas fecerat, nihilò parcius quàm annis benignioribus donaria Ecclesiis venerunt. In eas mos fuit diu, noctuque congregari, ad preces decantandas, & recitandas contentis vocibus fidei regulas; in eas ægrotos deportari, maximè pueros ex quibus multi optatam sanitatem euidenti miraculo reportabant; in his item lites cum Ethnicis decidi, permessa nimirum iudicio diuino

234 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

sententia; exigebatur enim ethnicorum coram altari & cruce iusiurandum, sequebaturque periuros, aut improuisa mors, aut calamitates, quibus manifestè ab infantibus reos iudex idem & vindex secernebat Deus. Ecclesias demum sua contra Mauros, & confines ethnicos propugnacula vocabant; quod quibus in locis & plures, ædificarentur, & reuerentius haberentur, eò esset barbarorum incurfio rarior, faciliorque depulsio. Principio tamen defendi armis illas oportuit, & quidem acerrimè: illecti præda quàm ex iis opimam facturi erant, turmatim crebro ethnici irruerant; Christiani ad primum eorum conspectum raptis subito armis concurrerant, fœminæ iuxta, & pueri cum viris, in Ecclesia mori, quàm ex ea expelli promptiores; cumque nocturnis vt plurimum irruptionibus peterentur, institutæ ab iis ad templa armatæ excubiæ, & custodum vices, stationesque perpetuæ ne vllis vnquam horis essent ad excipiendum hostem imparati. Elusit nihilominus hanc diligentiam dynasta ethnicus, & ignem Ecclesiæ cuiquam tam occultum subiecit, vt magno Christianorum luctu tota conflagarit: verùm quod ij non valebant, mox Deus sacrilego rependit; suo enim illo præclaro facinore dum sibi mirificè applaudit, totiùs corporis excruciamiento correptus terribili, agnoscit statim mali causam, & manum; quare ad Christianos confidentius pro remedio, quàm ad medicos mittit, iurans per quicquid est, instauraturum se sumptu suo & ornaturum templum, incenso magnificentius. Sed Deo sacrilegis documentum in eo, volenti edere, exorabilis non fuit; dilabente inter summos dolores & rabiem corpore vniuerso infelicem animam euomuit. Nec multo mitior alterius casus, qui fratrem è nostris gladio inuasit, quòd vetaretur ab eo Fanum Idolo struere; tertij quoque etiam peioris, qui refixam crucem, in frustra secuera, eaque ad summum dedecoris pedibus proculcarat. His tamen ostentis nihilo cautior Bracmanum insania, pergebat vicinos Piscariæ Reges in Christianos concitare ob illata Pagodibus probra. Eos enim pueri eateruarim, sagacissimè venabantur, & vbiicumque reperissent raptare in litus, mari demergere si possent; si moles aut pondus prohiberet, saxi, & fustibus denasare, suaque in ara deformatos, ac mutilos visuque ridiculos omittere. Bracmanes præterea tam nihili erant, non modo vt Henrichez Malabaricè vna & Maleamicè apprimè sciens, ducentos vnus ad disputandum prouocaret; verum & pueri quos erudiebat, ab expulsionem dæmonum ex arreptitiis secum tentandam instigabant, vtri nempe illos eiicerent? Bracmanes suis cantilenis, an ipsi signo Crucis? sed suæ miseri utrobique conscij, imbecillitatis, nec posse disputando veritati obistere; nec virtute fugare dæmones, erubescabant scilicet hominum oculos toto illo tractu, Fanisque, & Idolis desertis, aut latebant obscuri, aut aliò migrabant.

61

Regis Trichinamali, & Brachm, conuersio.

Ad hæc illos intime torquebant tot millia quæ sua quisque in sorte Patres ab Idolis ad Christum traducebant, vt cum operis partem præcipuam, in Christianorum veterum firmanda fide, & pietate fouenda collocarent,

locarent  
iis alter  
ad conu  
insula  
stianis a  
pe regia  
licum co  
tinente.  
sent reg  
gerunt d  
ac tempo  
no bono  
Patre H  
tem, &  
quam ab  
diuino p  
eiusque  
hominu  
illic offe  
tanorum  
stiana vi  
illi perst  
sti notit  
ter (quo  
primariu  
logueor  
contemp  
is erat d  
ctæ suæ  
Pagodur  
rime Bra  
ratione;  
nam men  
supiis &  
paupert  
ab explo  
rebat, n  
data Ch  
pata, iei  
ter diuin  
Regno L  
debat sib  
ptu, sibi  
sanctitat

locarent; toti viderentur, nouis Christo quarendis incumbere; extiteret in  
 iis alter dignitate, alter scientia illustres, vterque pondere auctoritatis suæ  
 ad conuersionem aliorum efficaces. Prior Trichenamali Rex, quæ est Zeilani  
 insulæ ditio, hic nõ plus octo annorũ puer regno pulsus, à Piscariæ Chri-  
 stianis auxilia aduersus tyrannum petiit. Ducebat hunc Princeps è stir-  
 pe regia, & viri quadraginta, magis ad custodiam corporis, quam ad au-  
 licum comitatum, patruo interim ciuium animos in eius obsequio con-  
 tinente. Prolixè omnia in opem deferunt Christiani quibuscumque pos-  
 sent regem subsidio iuuare; sed inter hæc eius monitori commode sug-  
 gerunt de regno meliori, nec vitæ breuitati, nec hostibus, nec fortunæ  
 ac temporum casibus obnoxio, & tam multa ipsi de supremo illo & æter-  
 no bono quod spondet Christiana Religio, tam magnifice edisserunt, vt à  
 Patre Henriches de illo plenius audire voluerit, Deo que discipuli men-  
 tem, & magistri linguam animante, Christianis adscribi petiit, & quan-  
 quam ab iis tot auxilia ducere quot expetierat non posset, tamen fonte  
 diuino purgari, bonus princeps rogauit, quod ipso cum rege puero,  
 eiusque famulis quadraginta obtinuit. Inde Zeilanum eo armorum, &  
 hominum præsidio reductus, quod Parauarum sinebat tenuitas: tantum  
 illic offendit turbarum, vt Parauas ab se remisit, ipse in tutelam Lusit-  
 anorum Goam concessit, vbi Collegij Patribus commissus est Chri-  
 stiana virtute excolendus: rexit interea temporis regni partem quæ fida  
 illi perstiterat, generosi roboris Christianus, cuius beneficio in eam Chri-  
 sti notitia peruasit, multi que ad illum adiuncti sunt. Ex duobus al-  
 ter (quorum fuit vt dixi singularis ad Christum accessio) loquens erat  
 primarius, totaque India nominatissimus. Sunt inter Brachmanas  
 loqueorum nomine complures: hi à turbis femori, perficiendo animo,  
 contemplationi assiduæ, vitæque asperæ extra modum addicti. Horum  
 is erat de quo nunc agimus, cæcus adhuc ad lucem Christianam, sed se-  
 ctæ suæ oculatissimus, nam cultu supremo vnum venerabatur Deum.  
 Pagodum quantum occurrisset frustatim confringebat; obiurgabat acer-  
 rime Brachmanas quod plebem auerterent, à Veri notitia, Deique ado-  
 ratione; vulgabat occulta fucos modestiæ, illorum probra; & doctri-  
 nam mendacem, idque vnum agentem vt simplicis populi expressis mar-  
 supiis & facultatibus clam saginarentur, dum mentiebantur exsuccam  
 paupertatem. Diuini quin etiam honoris studio, ne abstinebat quidem  
 ab explorandis Christianis, quos sicubi reos aduerteret ad Patres defe-  
 rebat, maximè si quid repeterent inueteratæ superstitionis, à qua illos  
 data Christo fides auerterebat. Vita illius, rectæ consentanea naturæ incul-  
 pata, ieiunio, & cultu austero animique secessu constanti exercita, vt præ-  
 ter diuina nihil mente tractare videretur. Denique non longè aberat à  
 Regno Dei, sed fastuosa tenebatur famæ inter suos voluptate, quæ vi-  
 debat sibi virtute ac literis æquari neminem, & secluso aliorum contem-  
 ptu, sibi ipsi tantum mirificè satisfaciebatur, nullum vt extra se crederet  
 sanctitatis germanæ animam rectius assecutum. Verum huic tandem

diuina bonitas errorem exemit, Patris Henriches industriis artibus, & virtute vfa, quem Ioqueus ei peramicus biennio integro obseruarat. Inuitabat enim interdum hominem ad transigendos secum familiariter dies paucos, mutuis de re animi summa colloquiis; in quibus illi vitæ normam descripsit numeris omnibus absolutæ, longe illa quam suspiciebat eatenus excellentiorem. Hæc votis adiuncta quibus illum à Deo Christiani vehementer poscebant expugnarunt illius animum, & fecere diuinæ gratiæ obsequentem: ipso itaque Pentecostes die, læto apparatu, Punicali in oppido, vbi vt plurimum egerat, Christi balneo lotus est, pari Christianorum gloria, & Brachmanum probro, quos nulla æquè, falsi conuincere disputatio valuit, vt eius viri desertio quem India omnis Ioqueorum sanctissimum, & sapientissimum prædicabat. Occursum illius deuitabant, multoque longius à disputando cum eo cauebant, ne sua sibi palam flagitia, & fraudes in populum, tam iacrilegas quàm auaras exprorari audirent; quas propterea Christianis enunciabat magna voce, vt eos in Christo stabiliret; ethnicis vt ab iis ereptos meliora sapere doceret. Quanquam erat eius viuendi ratio, mutus sermo; sed potens ad asserendam legis quam amplexus fuerat sanctitatem. Totus erat in animi cura, famulatu Ecclesiæ, subsidio pauperum, diuinorum meditatione, perpetuis lachrimis, quibus non satis capax piorum sensuum cogitatio, æstuantem Deo animum oculis leuabat. Hunc secum Henrichez Cocinum assumpsit in comitem vt recrearet Christianorum pietatem quos eius videndi desiderium tenebat. Eum Prorex Cocini tunc præsens egregio munere donare voluit, sed hoc, sua diues paupertate spontanea, reiecit, negans præbendos de se hominibus sermones velut spēbus aliis ad Christum, quam Christi gratiæ accessisset.

Esset hic de certaminibus Christianorum fortium ingens campus, qui Brachmanum instigatione furentes ethnicos ferendo vicerunt; nisi ea non ita propriè ad Societatem pertinerent; minus abest ab ea & ab Xauerio quod vnum referam de adolescente, ac prope puero, nec dum æstimandæ constantiæ aduersus mortem iusuperabilis, capaci; & iam eius publicè Magistro. Erat is ex alumnis vnus seminarij Goani, Xauerio tam cari: audiebat crebro de Molucensibus ethnicis, ex quibus Xauerius nuper redierat, quàm essent Barbari moribus, quam destituti hominibus quorum acri labore imbuerentur Euangelij doctrina, quantum ea expeditio à venæmis, & ferro periculorum secum ferret, & P. Alfonso Castrium paucis inde diebus eò profecturum; inito igitur ab se consilio, sibi que de se magna omnia pollicitus, iter illud suscipere statuit, & pro salute illarum animarum Deo vitam, & sanguinem deuouet. Verum quòd certò negandum id sibi prospiceret, captauit industria, quod malè precibus committi censuit. Naui portu illico exitura, clàm se à sociis subducens eò Castrium præcurrit; fingit paucis se velle vectorum nonnullos; nauim ad hoc ascendit, & nauis in finæ velut aliud agens se condit angulo, latitatque tamdiu dum in altum prouecta, metum illi adi-

me

meret ne  
profert ex  
frustra plo  
extorquet  
bus arduo  
Cocinum l  
ad nostros  
fui, tanqua  
lium oculis  
post cum i  
tholicos cr  
rum fore a  
in eius quo  
eiurandum  
constanter  
tinuit; ne  
nunquam  
rum. Erat  
luti corpor  
obtulerat;  
ris, & gran  
minas, &  
ctos acinac  
vndique m  
rio rem ag  
cælum inu  
sanguinem  
uenem cru  
catena onu  
iacet, Dux  
tos, & inco  
exitu, opp  
ac fortissim  
vbi à P. He  
gadio, &  
Christiane

meret ne remitteretur Goam. Tunc & metu liber, & coactus fame se profert ex latebris; sed incassum mox sibi cedere piam fraudem dolet; frustra ploratu non consolabili, & magnis de se ipso promissis contendit extorquere vt retineatur, nec enim operi tam periculoso, & perpeffionibus arduo credenda erat debilitas, virtusque puerilis: quare cum nauis Cocinum legisset commendatus est Vicario, Goam prima opportunitate ad nostros remittendus. At is interpretatus hanc repulsam, opinionem sui, tanquam ignauæ, ac vilis animæ; nec par ferendis in posterum sodalium oculis, Lusitano se locat in famulum, aliò nauiganti, nec multo post cum illo à Mauris capitur. Horum barbaries, & superstitio in Catholicos crudelis, Lusitanum cultris immaniter confossum dissecat; puerum fore arbitrata Mahometo non agrè flexilem reseruat, tractumque in eius quoddam fanum, blanditiis primum, promissis inde sollicitat, ad eiurandum pro Mahometo Christum, sed ventis omnia mandabantur: constanter animosus puer hoc suum propositum virili gradu semper obtinuit; ne operam in cassum perderent, se iuratam Deo in Baptismo fidem nunquam proditurum, ac si res posceret, vltro vitam pro illa depacturum. Eratque omnino præstiturus, nec animæ lucrum posthabiturus salutis corporis, qui pro Molucensium æterna salute tam liberaliter se Deo obtulerat; nec agebatur iuuenili, & euanido impetu, sed pectus martyris, & grandes animos, sub teneritate annorum versabat; quare versis in minas, & terrores blanditiis, cum circumstiterent eum Mauri, & strictos acinaces alius pectori, capiti alius, lateribus alij intentarent, & fictà vndique mortis imagine, ad Mahometem perurgerent; ille certo, ac serio rem agi, moriendumque nihil dubitans, flexis genibus vultuque ad cælum intrepido iterabat fidelitatem suam Christo, eiusque restem, Deo sanguinem suum offerebat. Tenuit diu hæc simulatio, timore vltimo iuuenem crucians, sed quod eum mallent seruum habere quam mortuum, catena onustum ærumnoso carcere clauserunt. Illic inter ærumnas dum iacet, Dux quidam Lusitanus cum manipulo armatorum valido imparatos, & incogitantes Barbaros de repente aggressus; nullo fugæ, pugnae exitu, oppressos, pœnè omnes deleuit, igni cœtera, & prædæ tradidit; ac fortissimum puerum vinculis exemptum, victorem in Piscariam vexit; vbi à P. Henrichez velut triumphans incomparabili nouæ illius Ecclesiæ gaudio, & vtilitate exceptus est, raro omnibus documento, viuendi adeo Christiane, vt luberet pro Christo fortiter, si causa incideret, emori.



## LIBER QVARTVS.

**P**OSTREMVM dabit vitæ actum hic liber, quò Patres duo Indicæ Christianitatis Franciscus Xaverius, & Antonius Criminalis luculentius claruerunt: nec fas est eos seiuungere, quos loci, & causæ, & temporis coniungit ratio; alter Pisciariæ incultam plagam Euangelij satum primus auxit; iactam alter sementem suo primus sanguine rigauit, quæ irrigatio si desit, nunquam sat firmiter radices fidei credentium animis coalescunt. Ambo archetypa fuerunt, vitæ alter Apostolicæ, mortis alter, exempla; quamuis planè vterque sorte vtraque decorandus, si qui diuidit singulis prout vult, in campum Xaverij Criminalem, in Criminalis arenam Xaverium misisset.

**I**  
Ortus, patria,  
prima ætas  
Antonij Cri-  
minalis,

Natus est Sissæ Antonius, siue vt habent nominalia Baptismi dipthica Petrus-Antonius Criminalis; distat Parma is pagus leucis circiter tribus, estque ad Padum inter antiqua patrimonia Tertiorum, quos ditionis amplitudo, nobilitas sanguinis per longam seriem maiorum ducta, & armorum fama, tota Italia commendat. Patrem habuit Ioannem-Antonium Criminalem; matrem, Magdalenam de Gallis, ex S. Quirici oppido, honestissimum vtrumque inter suos, & ab re domestica commodè instructum. In lucem venit Februarij septimo; liberorum, & ipse septimus anno post sesquimillesimum vigesimo. Prima humanioris studij rudimenta, in patria posuit, in quo nactus Magistros, Sacerdotes, duos, probitate quam scientia meliores, pietate plus quam litteris profecit. Iamque tum clarè animaduersum est elaborari à Deo pueri animum, intento in beatos euentus oculo, & manu, quos illi pro sua liberalitate præparabat. Nam præter naturæ bonitatem æquabilitate mirabili castigatam, & motus animi sedatos, proinde gratiæ aduentanti maximè dociles; eum partæ virtutis in ea ætatula tenebat gradum, vt narrarit nobis, eius olim coæuus, tunc nonagenatio senior, eas eius doctes, quæ sanctum iuuenem, & Angelo similem facerent; illibatam castimoniam splendorem, collectæ modestiæ pudorem verecundum: mores innocuos, & cum grauitate quadam amabiles; contemptum rerum caducarum, vnis animi rebus, & vni acquiescentem Deo. His tum progressibus, tum annis auctus, ad maiora studia Parmam venit, vbi Scholam offendit Philosophiæ suo ambitu dignioris. Illic Faber, & Lainius, ex Ignatij sociis agebant, magistri animorum aded fructuosi, vt scriberet Faber plus centum ciuibus eodem tempore Exercitia Ignatij tradidisse, ea

muta

mutatione  
obtinere;  
prista Pez  
tis retribu  
Fabrum,  
laris, & v  
viserent;  
retitus est  
Clus mirif  
nem finxi  
animi per  
artifex dit  
hausit, vt  
dinum in  
suæque in  
duxit & L  
beatius, c  
formam i  
sanctissim  
adscribere  
pauit. A  
recens à l  
mate Rom  
diu pro h  
maximan  
admitti in  
quibus n  
quantocy  
gis, & p  
neganda  
parentis i  
cui tuto  
eundæ, a  
iret, sati  
cietati ac  
iussu, se  
Dei esse  
in cremo  
nec adiri  
tis velut  
nec repe  
si lucrari  
mœroris  
ne præce

mutatione hominum etiam perditorum, quàm solet id genus machinæ  
 obtinere; fuit in iis qui exercebantur Sacerdos Siffanus, Ioannes Ba-  
 ptista Pezzanius (qui post in Societate religiosissimè obiit) iis ille sacra-  
 tis retribus feliciter captus, captator & ipse aliorum quos adduceret ad  
 Fabrum, sagax & strenuus euasit; huic cum esset Criminalis, & popu-  
 laris, & vsu domestico perfamiliaris, facile fuit persuadere, vt Fabrum  
 viserent; quo primo congressu mutuis vtriusque virtutis nexibus, sic ir-  
 retitus est alter ab altero, vt semper deinceps ille inter ipsos amor san-  
 ctus mirifice creuerit. Totum Criminalis Fabro se tradidit; Faber iuue-  
 nem finxit, qualem pro indolis eius præstantia, & pro sua in regendis  
 animi peritia, de sua incude exire decuit. Sed fuit huius præcipuus  
 artifex diuinus Spiritus, quem in dictatis à Fabro exercitiis tam abundè  
 hausit, vt castitatem Deo perpetuam nuncuparet; primo Sacrorum Or-  
 dinum initiaretur, & inflammaretur ardentibus studiis alienæ salutis,  
 suæque in primis patriæ, cui primas debebat caritatis. Fabrum eò in-  
 duxit & Lainium, quorum piis artibus renasci visa est; sed ipse multò  
 beatus, cum sanctis interim, operariis duobus curiosius introspectis  
 formam illorum quam suspiciebat statuit æmulari, sibi que quam posset  
 sanctissime, proximis quammaximè utilis viuere; cui vitæ instituto dum  
 adscriberetur, tempus interea, piis operibus quam litteris acrius occu-  
 pauit. Anno insequenti, qui fuit sæculi quadragesimus primus, ritè ac  
 recens à Paulo II. Societatis sancita forma, pedes, & peregrini sche-  
 mate Romam venit, vt Ignatio probandum se daret; qui domi aliquam-  
 diu pro hospire habitum, capacem agnouit eius spei, quam in eo defixit  
 maximam, futurum diuinis in rebus excellentem. Hic verò propediem  
 admitti in Societatem dum expectat, adsunt à patre decrepito literæ,  
 quibus nuntiabatur matris mors, & infimis precibus rogabatur, vt  
 quantocyus rediret, illam enim iacturam duplicem, & mortuæ coniu-  
 gis, & procul absentis filij sibi esse intolerabilem. Non putauit Ignatius  
 negandam seni consolationem, quam & miseræ preces, & afflictissimi  
 parentis iusta necessitas, tantoperè flagitabant, & erat iuuenis ea virtus,  
 cui tuto credi experimentum posset alioqui anceps, paternæ domus ad-  
 eundæ, absque periculo à Dei Domo aberrandi. Suasit igitur Siffam  
 iret, satisfaceret illi officio pietatis, ac rediret, se illum confestim So-  
 cietati adiuncturum, quin imo iam inde se illum in suis habere; dolens  
 iussu, sed lætus promisso iuuenis, exin nec patrem habere, nec patriam,  
 Dei esse domesticus, nullius præterea; versari cum suis in patria, velut  
 in eremo, vel gente extranea, dumque illic subsistit, nec domo exire,  
 nec adiri ab vlllo, nec vllum omnino inuisere: satisfacere autem attoni-  
 tis velut ad rem nouam, aiens non intelligere homines, quæ Dei sunt;  
 nec reperturum qui sequi se vellent, multos potius qui secum trahere;  
 si lucrari alios non posset, nolle saltem seipsum perdere. Quam vero  
 mæroris consolationem parenti adhibuit, longe ab ea fuit, quam opinio-  
 ne præceperat; filium expectarat, & Sanctum accepit; cessit reuerentiæ  
 amor,

amor, & verbis Deo ac rationibus æternis filij mollitus pater, non sustinuit obstare illius proposito, Romam repetere festinanti: quadri- duo igitur domi acto, breui prorsus ad videndum patrem nedum ab eius leuandum dolorem spatio, media hieme Romam iter relegit, vna comite patientia, vno diuinæ prouidentia comiteatu, ruptoque magis omni propinquitatis vinculo quam soluto, nisi enim vt suos ad Deum proueheret alius, eorum nunquam meminerat, & iam è fratribus aliqui, singulariter soror, magnis arduisque itineribus ad excelsam virtutem nitentur. Itaque ad illos scribebat ardentis de diuinis & interioribus animi literas, quæ dum viueret asseruata, post mortem sunt venerationi, adeo vt, eius ex fratre filius scriptori commodatas ad excerpenda quæ vitæ illius adderet, reperierit ex eo non multo post, scribens videri sibi grandi bono carere, & noctes duas insomnem duxisse, quod orbatum se carissimo pignore sentiret.

2

Horrendo viso  
ex fratre nepotem liberat.

Huic erat nomen Ioannes Dominicus Criminalis, & peculiaris valde causa venerationis in Sanctum patrum, cuius præsidium singulare, discrimen ingens illum docuerat, vt iuratus ipsemet affirmavit. Egrotabat anno 1595. & iacentis vitam abiecerant medici, cum nocte quadam dum vigilat, flammam circa lectum videt horrendam erumpere, quæ momento cubiculum implet, media ex flamma dæmonem qui post circuitus aliquot in eum insiliens & minax unguis, raptaturus ad inferos lacerum videbatur. Tam immani horrore extra se positum, nec Dei aut sancti ullius memorem, moxque vt putabat in ignem deturbandum, non deseruit Antonius, trementi ad latus alterum spectandum se dedit, serenas, & hilaris, brachioque arreptum timere vetuit, nam se illi adesse defensorum: post hæc amotum ab eo dæmonem in fugam vertit, prementisque fugientem cubiculo exit, euauit etiam subitu ille ignis, liberque iam ex iis angustiis ægrotus, breui quidem planè conuuluit: sed quod intererat maxime, quodque viso illo salubri monebatur, melior animo factus est. Porro Sanctam proba rectaque suadendi libertatem, ne paterna quidem reuerentia in Antonio minuit. Vlyssipone in Indiam profecturus horatus est patrem fortibus literis ad confessionem vitæ totius antea actæ, ad exuendum affectum addictiorem cogendæ pecuniæ, quam virum deceret, animæ suæ sollicitum: subdebat vero. *Per Christum te obsecro id agamus vt videre mutuo in beata illa ad quam conditi sumus patria possimus, in hac opinor nunquam in posterum visuri: salui dum licet quærendæ incumbamus, nec enim postmodum dicere inueni, nunquam sic fore credidissim.* Erit cum frustra cupiemus, quod prestare nunc vltro, & facile valemus. *Si quid usquam boni, si quid mihi incundi gratificatus es, per Christum te oro, thesaurum illum ambias Iesum Christum, veros omnes thesauros se vno claudentem; nec te filiorum, aut filiarum mordax cura ab eo retardet; fortassis enim futurus es nobis omnibus superstes tametsi optarem nos omnes iam esse mortuos, crucifixos inquam, & seculo mortuos.*

3

In Soc. admittitur, in Lusit. ad studia proficiscitur.

Romam mense Aprili ex patria ad S. Ignatium reuersus, in Societatem adsci

adsciscit  
paucis a  
quinque  
ducere  
quod  
leuabat  
re se Cl  
iis erat  
studioru  
quatuor  
Noctem  
serta ma  
auræ in  
critas no  
bus suou  
rebant.  
nem, ob  
firuorem  
sentaneu  
sibi imp  
gere; de  
cem, ve  
erno aff  
annum  
anni 15  
Indiam  
copia,  
annum  
conscen  
Indiæ su  
nes Bei  
da omni  
sterio a  
Goam  
rium qu  
cit. Ill  
Piscaria  
re trien  
varie à  
rum def  
post, no  
Habe  
naram  
maris pr



adsciscitur anno 1542. annos natus duos & viginti, & subdiaconus, paucis ab hinc diebus probare suum tyrocinium incipit, duro mensium quinque itinere, sed tam lecto comitum numero, ut multo plus ex iis duceret intimæ voluptatis, quam molestiarum ex viâ incommodis; tùm quod charitatis quàm naturæ maior suauiorque communio, laborem leuabat; tùm quod iis omni adesse officio delectabatur mirificè, & nauare se Christo ea obsequia reputabat, quæ Christi seruis impenderet. In iis erat Petrus Ribadeneira admodum adolescens, qui Româ cum socio studiorum causa tendebat Parisios, Conimbricam Antonius cum aliis quatuor, pedites omnes, vilissimo habitu, & corrogata in diem stipe. Noctem in publicis pauperum domibus, si bona fors daret; vel inter deserta mapalium rudera, vel si eos interceptisset nox sub dio, ut minori auræ iniuria poterant exigebant. Erat enim par iuuenum virtus atque alacritas non propriis modo ferendis incommodis, sed etiam alienis, quibus suorum immemores & afficiebantur grauius, & accuratius succurrebant. Ab se tamen quiddam in Antonio singulare Roma vsque Auenionem, obseruatum Ribadeneira tradit, *Mirabar, inquit ille, per sepe, eius firuorem charitatis, ut virum non sit, iis iniuriis finem datum à Deo non dissentaneum* (mortem scilicet quam narrauerat beatam) *sociorum sarcinulas sibi imponere; quoties fluius transmittendus, vada ambigua tentare, & frangere; debiles etiam humeris sublatis transuehere, hilaritatem omnibus viuacem, vegeto suo laioque ardore accendere, suam denique singulis operam paterno affertu, famulari obseruantia exhibere.* Conimbricæ, studiis sesqui annum dedit, quo tempore sacerdotio inauguratus est Ianuarij sexto anni 1544. ac bimestri post Vlyssiponem missus, velaibat facturum in Indiam, nisi anno illo, qua causa nescitur, aut defuisset nostris eundem copia, aut ventis aduersis reiecti essent in Europam. Hæsit ergo ad annum sequentem in Lusitania, ex qua Martij vnderigesimo classem conscendit Ioannis Castrij qui Martino Alphonso de Sosa in Præfectura Indiæ succedebat. Soluere vnâ Vlyssipone Nicolaus Lancillotus, & Ioannes Beira, & paulo plus trimestri spatio applicuere Mozambicum secunda omnino nauigatione: inde post quietem dierum viginti, quam ministerio ægrotorum in nosocomio contulit Criminalis, resumpto mari Goam prosperè appulere, Septembris 1. anno 1545. vbi S. Fidei seminarium quò tunc nostri se recipiebant, eorum laboribus sex menses profecit. Illinc aduentu Antonij Malacæ cognito, illum Xauerius in nouam Piscariæ Christianitatem Mansillæ socium transmisit, vbi paulo plus fere triennio strenue posuit. His particulatim emendandum fuit quod varie à multis erratum, quibus Antonij literæ ad distinctionem temporum defuerunt. Nunc in mortis ipsius, & causa & modo, illius gloriam; post, nostri etiam documentum, in eius vita & meritis spectemus.

Habent confinia Piscariæ ad septentriones, Cilai vada, quæ ad Manaram insulam excurrunt, & scopulorum catena, ac syrtium fauces illas maris præcludunt. His è regione peninsulam ora Piscaria proicit, vado

H h

solum

4  
Causa, & mô-  
dus martyrij.

solùm exili sibi continentem quæ lingua Ramanancoris dicitur. Stabat illic templum Idolo cuidam, toto illo tractu religione antiqua venerandum, & peregrinorum è regno Bisnagæ & Narlingæ concursibus frequens; votis, ac donis opulentum, quibus cœnobium Brachmanum sacra obeuntium pinguescebat. Tertio ab hinc milliari Bedalæ in pago præsidium erat Lusitanorum quadraginta, qui fines suos arce tuebantur. Quicquid mente versarit Ioannes Fernandus Correa præsidij dux, certè nouis tunc rebus abstinuisset prudèntius. Nam is vt aditum ad Pagodem intercluderet ethnicis, angustum id soli, quo velut Isthmo Ramanancor iungitur continenti, fossa grandi perfodit, aggere munita, quo breui ab Idolo vota, à templo peregrinos, à comœatu Brachmanos exclusit. At hi fame, iraque stimulati, apud Badagas Bisnagæ incolas, de quibus iam alias, iniuriam queri, exaggerare probrum, damna exponere, vindictam flagitare, quam fuit nimis pronum ab iis Barbaris obtinere, quibus ob assiduas deprædationes, & vastationes, inuisi euaserant, & intolerabiles Lusitani. Ad arma vndique totis circum locis conclamatur; quem Religio tangeret, quem Dei Ramanancoris captiui libertas, opem ferret ad eum è seruitute eximendum; qui sensu honoris pungeretur, adesset, vlturus priuatas iniurias, commune dedecus ac metum quibus regnum & gentem premebat bellicosam, vilis manipulus Lusitanorum quadraginta: non laturos aspectum armatorum, solumque conspici, sat fore ad illos exanimandos: excutiendum semel nidum illum latronum, & purgandam ea colluue regionem: si inuaderentur insultu repentino, ne vnum quidem superfore, nec sibi alium laborè nisi conficiendi fugientes, exploratū enim per fidos nuncios haberi, carere illos omni bellico comœatu; & affluerent licet, num & hastæ aiebant nostræ carebunt vulneribus, nec sequetur de sagittis cruor? aderit profecto quem vlciscimur Deus Ramanancoris, vires suas pugnantibus iunget; Dei eius erit victoria, præda omnium nostrum, triumphus communis. Stetero ergo in acie, hastis stloppis, & omni Mauricorum missilium genere instructi sex millia ethnicorum, & Saracenorum, sublatisque signis, Ramanancorem cœpere progredi, sed sparsis manipulis, nulloque ordine, palatibus similes mutis tympanis, & gradu tacito, vt prius oculis imminere illos sibi, quam rumore, aut strepitu sentirent Lusitani: dum primi subsistunt manipuli, & sequentes expectant cœunt Lusitani, hostè explorant, deliberant quod iam deliberari non poterat, cum res ipsa vrgeret & cogeret in mare recedere; non posse quadraginta nisi temerè, & insanè, tanto hostium numero opponi, nec indigenis hoc rerum extremo confidendum, piscando melioribus quam pugnando, arcem malè munitam, & impressioni ferendæ imparem, ad hæc igniarij pulueris defectu, arma prope omnia iacere mortua. Inter hæc audita Badagarum Remanancorem expeditione Criminalis vicino ex pago quem paulo ante Baptismo lustratum, diuinis imbuebat, subitus accurrit; Lusitanos videt salutem in nauibus quærere, Barbarorum ferro neophytos obiici, nihil iis ad defensionem, aut fugam relinqui;

linqui; du  
possent in  
torum sal  
habuit, f  
ces, spequ  
recula sua  
liari vix  
periculum  
gio, & lau  
ierat Crim  
infonsit il  
& crudel  
etiam im  
essent, qu  
storis fun  
decreuit.  
vita cont  
tarum lib  
discurren  
obire om  
hoc rerum  
breui & fi  
cuis pot  
Post qua  
eo confug  
pere, ser  
fugientiu  
ni quin se  
lo post, s  
Criminal  
ingenua,  
expectan  
gnanimit  
rum vnu  
subsequ  
ab his qu  
leolum de  
lacione r  
tia irruen  
cœlum, d  
hastam f  
egregium  
ad rudim  
tronum i

linqui; ducem adit, obrestatur, videret etiam atque etiam num qua via res possent inuicem cum Badagis componi, vita saltem suorum & neophytorum salua. Sed is crudi tenax propositi, præter suos, flocci reliquos habuit, sibi consulere cæteri qua possent, ac nossent. tamque infelices, speque omni abiecta, quibus lembi erant in eos cum familiolis, & recula sua sese colligere, robustiores in Cilai saxa natatu contendere militari vix altero dilata; pueri & fœminæ quorum calamitas maior, & periculum tristius, huc illuc cursare, nullo seruitutis aut necis effugio, & lamentabili eiulatu omnia implere. Ducis responso acerbe ictus, ierat Criminalis, questurus apud Deum, & desecturus stragem sæuam infantis illius Christianitatis, illinc si quam posset opem laturus exiens, & crudeli spectaculo confixus miserorum, non de hoc modo, sed illa etiam immortalis salute periclitantium, vt qui sub tormentis duraturi non essent, quibus eos Badagæ retracturi erant ad cultus, sacrilegos; boni pastoris fungi officio, & suis cum ouibus, ac pro suo grege animam ponere decreuit. Hortabantur ipsum Lusitani ne sic vitam suam pro Indorum vita contemneret, sed certum periculum pretiosius adamauit, quo creditarum sibi animarum quoad posset salutem in tutum subduceret. Ergo discurrens quaquaversum vbi malè laterent vel peius prostarent miseri, obire omnes, suadere ignitis verbis constantiam fidei, & necessarium hoc rerum discrimine, vitæ vnâ, mortisque contemptum, erigere illos breui & firma spe vitæ beatioris, & æternæ pro hac ærumnosa quanto-cyus potiundæ, iuuare ad comportandos in cymbas pueros, & infantes; Post quæ in templum ad eos redit qui magno numero velut in asylum eo confugerant; sed iunctis iam copiis audaces Badagæ alij vias interciperere, scrutari latebras alij; magna pars ad mare promerere quo se turba fugientium premebat; nec fuere adeo celeres in vitando littore Lusitani quin sex eorum è numero saucij, tres statim conciderint, duo aliis paulo post, sexus dumtaxat seruatus sit. Hic magno post se excitus strepitu Criminalis, vt vidit respectans, hostem esse, sibi que ingruere, prostratus in genua, manus & oculos in cœlum tulit, mortem magis inuitans quàm expectans: subistere tantisper attoniti Barbari, quod esse factum viri magnanimi non falso putarunt, nec abstinuere solum ab eo manus, sed eorum vnus illum è genibus in pedes erexit; hos aliquanto post alij subsequuntur, quorum telis eodem se situ, ac specie offert Criminalis, & ab his quoque præteritur innoxius, nisi quod quidam ipsius capiti pileolum detraxit, videbaturque Deus hac suæ victimæ se sistens immolatione repetita gaudere. Nec multum aberat à templo, cum turba tertia irruente tertium vt prius abiectis sese in genua, & hic vultum in cœlum, & brachia tendenti, Saracenus (vt ex capitis tegmine creditum) hastam sinistro lateri defixit. Aliis interim comitem ipsi Christianum egregium discerpentibus, quem à se baptizatum consueuerat adhibere ad rudimenta fidei pueris tradenda; reliqui ad Patrem spoliandum, latronum impetum faciunt, at nec ea vi turbatus, nec tardatus dolore

244 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

vulneris, vltro vestem iis dono daturus, diffibulauit propriis manibus, iuuitque raptos ad eam detrahendam, direptum etiam corpori ab iis indusum, & ab ludibundis & conclamantibus asportata illius segmenta. Nudus, & saucius, in templum nihilominus se ferebat, cum ecce nouus Badagarum à tergo tumultus, ad quem ille conuersus aduersum pectus vulnere præbuit, & vibratum à Barbaro hastile excepit: procumbens ergo in poplites vir Sanctus, hastile ipsemet excemit pectori; auensque vitæ suæ sacrum Deo illic peragere, vbi die eodem æterno Patri filij vitam obtulerat, vt erat exhaustus sanguine, & nutante iam gressu, in templum nitebatur. Sed hoc ei supremum solatium abstulit alia hostium superueniens turma. Ab his altera lancea humeros; costas medias altera perfossus, in genua corruens, reuolutusque in alterum latus suo in sanguine iacuit. Decussum acinace palpitantis caput, & cruenta indusij segmenta, pilo Barbari præfigunt & in Lusitanorum ludibrium ex arcis desertæ, vel vt alij scribere, è templi sui specula erigunt, multos in mancipia abigunt & cum præda vt ex paupere popello tenui, Ecclesia diruta & agro quàm dirissime potuit vastato, in Idoli sui concedunt Fanum, vbi brutis & inconditis vocibus vindictam Deo suo, & victoriam gratulati, repetiere sedes suas. Eorum discessu omissis paulatim latebris aliquot Christiani, parentis optimi truncum corpus, multis cum lacrimis fabulo potius texere quam tumulo, quòd præter manus ad effodiendam humum instrumenta deessent; Postridie Antonius Correa ducis propinquus, reiectum cadauer, vt defossus de altius, tutius seruaret, nihil minus aduertens perdidit. Daturum se operam scribebat Antonius Gomez ad Regem Lusitaniæ, vt quæ inuenirentur eius reliquiæ, asseruarentur diligenter, quandoquidem Deo placuisset Societatem Iesv thesauro tam nobili ditare; quod autem spondebat per literas, non is modo sollicitè præstitit, sed è nostris etiam alij, diu illa in ora versati, frustra omnem in eo inuestigando sumpsere operam, quòd aggestas sepulchro arænas in littore, seu mare seu venti complanassent, nec spatiosa in plaga, diligentia vllius exquisitus labor pietati satisfacere valuit, sacrum illud pignus, ad venerationem debitam requirenti. Diem morte tam clara faustum, nullæ vnquam sat certò Patrum illinc notarunt literæ. Harum vltimas dederat Baltazar Gagus Iunij vndeicesimo, anno 1549. ex iis habetur non diu ante contigisse, elapso iam tamen quòd necessarium fuerat tempore, vt Patres oræ illius Punicalem conuenirent, ad P. Henricum Henrichez præficiendum sibi Criminalis vice, ex quo credibile mihi fit viri sancti mortem Maio fere medio incidisse, cum annos vixisset, nouem supra viginti, & dies supra tertium mensem paucos.

At suspiciamus licet prouidentiam diuinam, pretiosi reliquias funeris celantem; animi certè reliquias, & virtutem glorioso fine coronatam æternùm vegetabit, illustrabitque memoria posterorum, cui æstimandæ vel vnum in primis Ignatij posset iudicium sat esse; nam erat Ignatij examen in pendendis animæ dotibus delicatum oppido, & sagax, nec vnquam

§ Criminalis virtutes, & magna sancti- tatis fama.

vnquam  
paucis, qu  
solidæ, ac  
tatem et  
Illum qu  
que meriti  
quod qui  
tium ipse  
nius, ait,  
de, est sa  
complures  
ora præst  
potest qua  
mirans, qu  
amor, vt  
ris, & tra  
gebatur;  
tis gradu  
vt quam  
Rectorem  
lucis in I  
foret ire p  
cognita d  
Serenif. a  
iussit ex p  
Cyprianu  
mandeliu  
quas in or  
subdit qu  
clesia tri  
Gomez v  
crucibus  
toleratis  
dem affec  
lenda. R  
nostris p  
nicali, M  
re P. An  
eo castiu  
tius, nih  
vt cui, se  
mus hic  
putamus  
te sibi vi

vnquam vllius humeris mandabat onera, nisi viribus leuiora. Is verò paucis, quibus Criminalé periclitatus est mensibus, tantum in eo virtutis solidæ, ac tutæ animaduertit censum, vt idem prope habuerit in Societatem eum adlegere, & transiturum ad Indos in Lusitaniam mittere. Illum quoque Xauerius tam esse perspexit, vt ex eius laborum vitæque meritis agonem vaticinaretur, quo victrici morte triumphauit: quod quidem habemus ex sociorum ipsius literis; sed scribens ad Ignatium ipsemet, quatuor mensibus antequam mortem oppeteret; *Antonius*, ait, *Criminalis, Comorinensem agrum cum sex sociis colit. Mihi crede, est sanctus, natusque ad erudiendam gentem illam. Mute huc eiusmodi complures, nam te istic ad manum habere plurimos arbitror. Nostris illa in ora præst; Ethnicis iuxta, & Saracenis mirè gratus: à nostris vero dici non potest quantopere diligatur.* Ita de sanctimoniam socio vir sanctus in eo demirans, quæ in se vicissim ille mirabatur. Nec erat nostrorum erga illum amor, vt Xauerius adnotat, ex illicio solum placidi, & affabilis candoris, & tranquillitatis, per quam nudus animus in illius ore, ac fronte legebatur; sed reuerentiam illum velut sanctum, ac licet ij quoque, virtutis gradum sublimem adepti, tanto illum præ se suspiciebant altiolem, vt quamuis ætate iuuenem, illum vltro sibi præfecerint, animi, vitæque Rectorem, gaudente mirifice testificatione illa Xauerio, quam ex Molucis in Indiam redux esse voluit ratam, & suo calculo sanciuit. Longum foret ire per singulos, tum eius socios, tum etiam alios, qui morte illius cognita de sanctitate testati sunt. Atque vt sileam, quod de illo Rex Serenif. à Goano Episcopo acceptum, prædicari palam per Lusitaniam iussit ex pulpitis, scripsitque ad Iulium III. Pontificem Max. Alfonso Cyprianus, senex virtutis emeritæ, & pater Christianorum Choromandelium, ex vrbe S. Thomæ prosequitur illum eximiis laudibus, quas in ora Piscaria cum eo degens, mensium decem spatio obseruarat; subditque, singula quæ Hymno solenni vespertino Confessoribus Ecclesia tribuit, excelluisse in Antonio Criminali; & censet Antonius Gomez victoria sui perpetua, & interioribus conflictantis secum animi crucibus, ærumnis præterea, & vexationibus corporis, hilaritate summa toleratis, apicem illum supremi honoris à Deo promeritum, quem tandem assecutus morte clausit beata, inuidendaque magis sociis quam dolenda. Reliquorum instar sit Hentichez, qui vt ei quam simillimus, sic nostris post illum meritò iustus est præesse. Datis hic ad Ignatium Punicali, Nouembri literis anno 1549. [Possum, inquit], R. V. affirmare P. Antonij Criminalis excellentem fuisse, ac sublimem vitam. Nihil eo castius, nihilque putius, nihil sui quod quidem nouerim despicientius, nihil accuratius in obediendo: Spiritu pauper, viuens & moriens; vt cui, sepeliendo cadaueri, lacerum linteum segmentum defuerit. Habemus hic illum pro Martyre, & hoc tantum boni rebus pro Deo gestis putamus consecutum. Patres nostri ac Fratres, ab eius morte, in orbitate sibi videntur agere, & prorsus in eo omnium virtutum absolutum

exemplar amiserunt. Christiani quoque Patrem in eo lugent carissimum, eiusque necem ferunt ægerrimè. Denique P. Francisco Xaverio mirum in modum satisfaciebat; nec possunt de illo tam multa perscribi, quin scribenda supersint multo plura. Si R<sup>e</sup>. V<sup>e</sup>. hanc Deus miiceret mentem, ut istinc ad nos non imparè mitteret, consolaretur non parum mœrorem nostrum ] hæc Criminalis quot mensibus, nudis pedibus decurrebat, nuda ut plurimum in humo dormiens, quâ illum nox interciperet; nullo aduersus ardores æstatis illic sæuissimos, aut hibernos imbres tegumento, per continua in fluuiis, & torrentibus transuadendis discrimina, vitandisque Barbarorum in Christianos incursum subitis; habitu, victuque vilissimo, hoc est, orizæ modulo, & aqua simplici, quod illic dementum est pauperum, ubi olus, & piscis summæ primorum delitiæ. Caterû has opes Apostolicæ paupertatis, infra se calcantis vniuersa, & diuini ætatis securæ, non tunc primum potitus est cum Indiam attigit, sed ex quo cœperat Societatem expetere, tam arcto complexu illam sibi asseruit, ut nunquam deinceps diuelli se ab ea passus sit. Bis Romam Silla ad Societatem poscendam veniens, ne obolum quidem domo tulit, contigitque secundum venienti, ut prope Bononiam sobrinum offenderet, solus, pedes, pannosus, niuoso cœlo, viis alto ceromate depressis. Instat acriter sobrinus, familiæ honori, & valetudinem susdeque habenti consulens, equo, & viatico illum instruere; si nollet alio, saltem elemosynæ nomine. Sed eum à proposito dimouere, nec suadendo valuit, nec rogando, lepidè scilicet se tuentem, quò sobrinus quantumuis locuples, non posset ei tantum commodorum tam largè prospicere, quantum prouidentia diuina, cuius sumptu, & ære peregrinabatur. In quo item lepidè germanos Conimbrica, multis rationibus perurgens, ut ad S. Iacobi religiosum iter susciperent; *Si vobis, ait, à grassatoribus meuius, domo statim egressi pecuniam omnem in pauperes spargue, sic & eo pondere leuiores, & liberiores ibis ab omni metu.* Ea porro quam dixi oræ totius percuratio menstrua, opus amoris plusquam paterni fuit de filiorum salute vtraque anxie laborantis, qui vnus tantum ærumnarum tam alacriter posset exhaurire, ut iis occaluisse videretur, & ubi omnes ipsius socios sternerbat defatigatio, morboque affligebat, caritatis illum quam naturæ vis animosior vegetiorem quotidie, ac velut recentem operi redderet. Christianos regabat ad ducen- ties mille, degebant locis inter se longissimè distiti; in tuguriis, pagis, & oppidis; stabilienda erat illorum fides, committenda operariis optimis, augenda conuersionibus aliorum, componendi inter se dissidentes, corrigendi, docendi, defendenda ab ipsis ministrorum regionum oppressio, & rapacitas militum, custodiendæ prouinciæ titulo, expilantium miseros incolas. Ad hæc dici non potest quanto eguerit virtutum præsidio, patientiæ nominatim, prudentiæ, comitatis, & hortatrici reliquarum omnium caritatis, qua omnibus omnia fieret, transforma-

retque

retque se  
ac ne ling  
tur patre  
fastidios  
condiscer  
eo natura  
Porro in t  
mira erat  
rerum im  
Præter ho  
scribunt q  
roborand  
illas incen  
putem ex  
dens orare  
cipiendur  
sancti affe  
tuum ab  
toties ab  
propensè  
manancor  
stiam rub  
quò illis  
pita, totie  
hostia int  
litaturi, c  
quidem c  
testaretur  
cessitatib  
Frequent  
superstiti  
offension  
furorem  
æquauit;  
borabat.  
negaret,  
domo pe  
torqueri  
laretur, i  
uam cupe  
bus abste  
Iam vero  
alacritatis  
Sylueira i

retque se in eorum genios & nomen, ut sibi deuinctos Deo obstringeret; ac ne lingua velut extraneum audirent, quem re ipsa vbique experiebantur patrem; hoc suis etiam laboribus tedium adiunxit, sanè ingens, & fastidiosa plenum molestiæ, ut difficillimum, & valde barbarum illorum condisceret idioma. Demum, quod aiebat de illo Xauerius, virtutem in eo naturæ imputasses, illius ad eò christianitatis salutis natus videbatur. Porro in tanta, tam varia latissimæ vineæ, atque itinerum occupatione, mira erat acquiescentis in Deo tranquillitas animi, nulla exterius ab eo rerum imagine distracti, utque nisi pro Deo, ita nisi cum eo nihil agebat. Præter hoc genua ad orandum, flectebat quotidie saltem trigies; nam scribunt quadragies nonnulli, colligendis nimirum animi vitibus, & corroborandis, cogitatione illorum quæ citius, & vehementius Dei amore illas incenderent. Qui verò tunc essent eius animi sensus, non temerè putem ex iis quæ coniecta sunt conici, nempe quoties in genua procidens oraret, toties ad aram coram Deo se ipsum victimam statuisse, ad excipiendum pro Christo Barbarorum ferrum; quæ ut credam fuisse viri sancti affectum, facit non tam illud quod subibat vitæ discrimen perpetuum ab capitalibus inimicis, quàm ille ad singulas Badagarum turmas toties ab eo iteratus in genua, quem dixi, procubitus, ad excipiendas propensè ac fortiter eorum hastas, & lanceas. Referunt Bedalæ, & Remanancoris Christiani, se suis oculis inter sacrificantis manus vidisse hostiam rubentem, & tinctam sanguine, paulo quam occideretur à Barbaris; quò illis ipsius portendi visa mors; & ipsi nuntius deferri ex tam diu cupita, toties flagitata, vicina morte consolationis; cruenta enim specie hostia interpres fuit, pignusque Sacerdotis, digna sui ipsius victima Deo litaturi, quam cum filij eius diuino sanguine iam tum offerebat. Et alias quidem quem prædicabat Christum proximè absuit, ut fuso sanguine testaretur, sed hoc Deus tunc miraculo vetuerat, & Christianorum necessitatibus prouidens, palmam ipsi beatam in hoc tempus distulerat. Frequentabatur ab Ethnicis Fanum Idolo sacrum, quod antiqua Lucinæ superstitione adesse parturientibus credebant. Hunc Dæmoni honorem, offensionem Christianis ut tolleret, nihil vitam suam, nihil Ethnicorum furorem moratus, præcipitavit in mare simulachrum, templum solo æquauit; inciditque res in id tempus, quo Ethnica nobilis ex partu laborabat. Verius coniux ne obeam causam Idolam uxori suam opem negaret, rabie percitus, Criminalem armatus ad necem inquit, vix domo pedem extulerat, cum vxor vehementissimis cœpit doloribus torqueri, Deoque suggerente iis interituram, si qua iniuria sanctus violaretur, iussit post virum nuncios currere qui denuntiarent, quàm saluam cuperet vxorem, tam procul manus ab Dei famulo abstineret; quibus absterritus resiliit Barbarus; & partum eius vxor feliciter edidit. Iam verò morte Criminalis, non dicam quantos socij spiritus, quantum alacritatis conceperint, siue in India, siue in Europa. Planè Gonzaluus Sylueira in Lusitania, eiusdem exitus desiderio incensus extra se ferebatur,

tur, quem sibi antea promissum, adeptus est tandem in Africa, & illustriorem, & post labores longè grauiores. Sed nostros in India id desiderium, eò vrebatur impatientius, quò erant Fidei hostibus propiores, & ab iis ad mortem ipsi quoque auidè poscebantur: de quo Galpar Berzeus, ille Apostolico vir igne flagrans, ita in Europam ad socios scribit, Criminalem semper Martyris ornans cognomento. Non possum satis exprimere quantum me ardor incenderit, & nunc etiam teneat pro Christo Iesu patiendi, ex quo de martyrio accepi Fratris nostri P. Antonij Criminalis. Spero eius quamprimum fore me gratiæ compotem, quando incipit Deus eam nostris largiri, qui eius desiderio tenentur.

Haudquaquam tamen hoc se Criminalis honore tanto dignabatur; tantumque aberat, vt se parem sentiret ministerio animarum, vt ne vilibus quidem laicorum obsequiis se arbitraretur idoneum. Goam igitur cum venisset, & Xaverio in Molucas profecto, partes ei operis assignaret nemo, Iacobus Borbanus, vni S. Fidei seminario intentus, ædituum illum, & ægrotantium statuit curatorem; quo in tam humili opere, vir tantus tam hilariter erat vitæ reliquum ducturus, vt menses illos sex posuit, sub quos nouo mandato illinc amotus est. Ita scient quos sua, modesta de se opinio facit tenuitatis propriæ conscios, occupationem quamlibet abiectam sibi superiorem æstimantis; eoque præstantius, quò postpositis commodis, & vni Deo placere satagunt, & vnius pretio caritatis, non iudiciis hominum, aut materiâ operis, operum pretia metiuntur.

6

Eius literæ  
humilitatem  
spirantes.

Ad hoc mentis erectæ fastigium quantum promouisset Criminalis, tunc magis paruit, cum ei Conimbricæ Simon Rodericus optionem dedit Indiæ missionis, vel capeßendæ si liberet, vel reiiciendæ: placet hic eius verba describere, nuda quidem, & candida, sed eorum linguæ dumtaxat ingenita, qui Deo se integre mancipant, sibi que nihil sui peritius retineat: sic ergo is Vlyssipone ad Ignatium. [ Accersitum me, inquit, interrogauit D. Magister Simon malleme in Indiam, aut Italiam ire; respondi, quantum ad me spectaret, Italiam, Indiam, Turcas, & aliam quamcunque mundi plagam, ita me promiscuè habere, vt esset mihi perinde futurum quocumque mitterer, dum in eam Domino, eiusque obsequiis laborem perfectè nauarem; cætera mihi pro nihilo esse; mihi tamen hoc vnum dolere (& dolet profecto) quod essem ad loca eiusmodi ineptus, vtpote ad eò ignarus, negligens, & carens necessariis dotibus, vt videt Deus, & sciunt homines qui me norunt, ] sequiturque stylo eodem dicere; tametsi sua deterreretur penuria, sed obedientia subleuari; & ex vno illo, soli Deo placendi studio, illos sibi ad opus tam arduum animos subiici, quos sua inopia detrahebat. Rogat denique ab Sancto, quem nisi in cælo nunquam visurus sit, quoad liceret in terris interimiuuari, & salubri aliquo muniri documento, quod ipsius vice pro monitore perpetuo habeat, vocationis cumulatè explendæ. Claudit autem Epistolam subscriptione humili pie ludens in suo cognomine *R. V.*

*Indignus*

*Indignus*  
honorifi  
cit, velu  
dè in ce  
ampla fa  
professio  
ne tanti  
xime se  
Placuit  
dignum  
poterò  
ope fact  
tia, long  
sic mihi  
tum, se  
vlum inf  
professi  
tionem.  
cedant fa  
Obedien  
tradider  
posito,  
etiam op  
iectis, v  
alio qui  
certus il  
fuisent.

Quæ  
fiere vb  
subiugar  
illum in  
magni a  
expulsa  
rum ortu  
Societate  
perpeffi  
plex mol  
laca Goa  
cepit: A  
nos prim  
teruia. X  
rem fecit  
de funda  
tis ab eo



*Indignus seruus Antonius Criminalis, hoc est Peccator* : quod vero se ab honorificis Religiosa humilitas, si potest subducit ; sin autem iis erubescit, velut immerenti exprobrantibus suam egestatem ; hoc ipsum abundè in eo præstitit. Nam in gradum vocatus Spiritualis adiutoris, cum ampla facultate priuilegiorum quæ summi Pontifices, votorum quatuor professis iam tum indulserant, scriptis ad se ab Ignatio literis magna fane tanti filij veneratione Nouemb. 21. anno 1547. respondit anno proxime sequenti, & quarto Decembris, [ sit semper Iesus cum omnibus. Placuit benignitati tuæ, Venerabilis Pater, pro sua humanitate, me indignum licet, inter spirituales Societatis adiutores admittere: ego quoad poterò contendam satisfacere tuæ expectationi, meque id Iesu Christi ope facturum confido; impar quidem tam alto gradui à cuius præstantia, longe omnino abesse me sentio, verum vt hoc iubendum putasti, sic mihi ad nutum vt parcam incumbit, nec me adiutoribus accenses tantum, sed vocas etiam in partem Societatis bonorum, atque meritorum, vltimè insuper eundem eius facultatū, prærogatiui iuris, tradis quo gaudet professi, sapienter monens cum adhibeam, *ad adificationem non ad destructionem.* Quod vbiicumque sim gentium, seruare in Domino statui, vtque cedant felicius omnia, quamuis olim Romæ, mea Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ vota Carissimo in Christo Petro Lucensi, tibi reddenda tradiderim & alibi sapius instaurarim, scias velim non modo Præposito, professis & adiutoribus, sed cuiuis alteri de Societate famulares etiam operas obeunti fore me perpetuo subiectum. Paucis denique interiectis, vnum, inquit, expecto solum, vt à M. Francisco Xauerio, siue alio qui possit, vltimè obtineam earum facultatum quas mihi concedis, certus illas omnino perinde habere otiosas vt si nunquam mihi concessæ fuissent, nisi eorum approbatio accedat.]

Quæ librum claudere proximum, & huic principium dedere, seges fuere vberissima diuinæ voluptatis, Xauerio ex Iaponia in Indiam reduci; subiugati Regi Christo reges, eiusque abluti sanguine; perductus ad illum ingens numerus animarum; Institutiones Sanctorum operum; magni ad fouendam, augendamque pietatem Christianorum præsidij expulsa ex Goæ confinio, cum Brachmanis idololatria; noui Collegiorum ortus, & foundationes nouæ; nouorum tum illinc tum & aliunde ad Societatem accessus operatorum; fructuosissimi nostrorum labores; perpeffiones ingentis meriti, mortes pretiosæ. His tamen lætitiis duplex molestia interuenit, ex honoribus altera, quos sibi immodicos, Malaca Goam vsque delatos, pro religioso suimet contemptu ægerimè accepit: Altera grauior, ex inconsulto Antonij Gomezij ad iuuandos hominos primum quidem impetu, & feruore, tum ex contumaci eiusdem proteruita. Xauerij aduentū magnis illic olim cultum honoribus venerabilior fecit præcurrens fama, & quæ illum ornarunt. Præcesserant nuntij de fundamentis fidei Christianæ in Iaponico imperio iactis; de expugnatibus ab eo Bonziis; de summa eaque magnifica apud regem Bungensem

gratia ; de auctoritate , ipsius miraculis religioni veræ apud barbaros parta. Hæc anno primum 1550. ineunte Aprili Malacam venerant, & quanquam generatim solum resciretur de noua Gangoximæ Christianitate , beatis auspiciis surgente , sed Petrus Sylua ei arci Præfectus, & rebus Xauerij familiaris sui , ac fidei prosperis studiosissime addictus, Christiani splendoris in Iaponiam ingressum ab Apostolo Christi, possessionemque illorum regnorum Christi nomine initam solenni pompa celebrarat ; instituta Malacæ supplicatione omnium ordinum, & Magistratum, sacrorum, ciuilium, & militarium ad B. Virginem de monte agendis gratiis , ob inductum ab ea , die Assumptæ sacro in Iaponiam Franciscum Xauerium, & regnum applissimum filij eius imperio adiunctum, quod esset in multas prouincias antiquos Ecclesiæ propagaturum fines : supplicationem clauserat Res sacra, solenni & cantu, & ritu à Vicario peracta , diei reliquum & noctem consequentem occupant ignium iacula, & varij generis lumina , & flammæ festique ex singulis turribus fragores: pretioso vrbs vestita stromate, altaribus, odorum acerris, choris musicorum distincta, turmisque puerorum gestiens Deo canentium, & castis vocibus magni Patris Xauerij laudantium nomen. Ex arce, portu, & nauibus explicata vexilla, explosiones tormentorum mutua, & digestarum lampadum nocturnus dies. Sed magnificentiæ huius primas partes egere Iapones quatuor ethnici, quos Malacam Apostolus miserat, vt splendorem viderent Religionis Christianæ. Hoc tam multiplici ac læto pietatis publicæ argumento validè incitati, nostraque edocti mysteria à P. Francisco Perez ; ascendenti in cælum Christi die anniuersario, expiati sunt sacro fonte, manu Vicarij Malacensis. Harum fama gratulationum Indiam peruadens vniuersam, conciliauit vbique Xauerio in eam redeunti effulissimos honores, & eo ipsius modestiæ grauiores, quo pluribus titulis eius merito debebantur. Verum vrbem Cocinum, expertus est sui obseruantio, quàm Societati beneuolam. Huius frigoris causa Antonius Gomez, qui exasperatos ciuium animos ab nobis alienauerat. Erat huic homini, vt alias attigi, Philosophicæ doctrinæ, & iuris canonum supellex amplissima, ingenium actuosissimum & velox ; ardens salute animarum concionandi vis, violenti quoque impetus ad virtutem, qui magna multorum cum vtilitate in missionibus erumpent : ceterum sui, ad intolerantiam, arbitij tenax. Accedens enim ad Societatem atate prouectior, affectus in eam tulerat crudiores, vt qui nisi à teneris, parendi assuetudine domiti, vix mitescant. Hæc illum natiua durities quam ad nos allatam, semper in se integram, & sui nimium dominam regnare passus est, illum tandem à nobis abscidit.

8

P. Antonij  
Gomez im-  
prudencia,  
Goã, & Cocin-  
um prouocat  
contra socie-  
tatem.

Nec minus damnofo feruebat genij sui æstu, quàm indurisset rigore cerebri, quodque hinc sequitur, imperu magis quàm ratione agebatur ; quæ animi labes, sui vnus consilij adiuncta confidentia impegere hominem in offensiones plane cæcas. Missus enim à Simone Roderico in Indiam Goani Rector Collegij, etsi vix triennis in Societate, magna sta-  
tim

tim sibi a  
necdum  
ipse loqu  
ciplina, &  
dignum a  
cebat, in  
quos poss  
quendam  
rum distr  
quem, alie  
legium fo  
domestica  
eo, insoi  
stu, atqu  
ligiosi Pa  
P. Simon  
mittendic  
bernation  
minaces  
minem o  
illius gen  
ambitu i  
tribus se r  
catastrop  
mendatio  
testate ad  
confirmat  
Goã vt c  
sibi iam a  
vix portu  
in omnes  
plicitatem  
bè sentien  
nere, pr  
sus euert  
tatis ruder  
eatenus a  
& acerbè  
Hinc mee  
non iam s  
tia fecera  
eiecit, cau  
res bona v  
tatem exp

tim sibi arrogare, auctoritatem profiteri suam, etiam spectante Xauerio nēcūm in Iaponiam profecto; denūtiare suis, ab initio, *oportere*, sic ipse loquebatur, *in ventrem matris suae iterato introire, & renasci*. Aliā disciplina, & aliis regulis, nouoque viuendum instituto: non quod iis inesset dignum aliquid reprehensione, multo minus egerent, ut is tumidē indicabat, in viros alios transformari, cum essent homines maturae virtutis, quos posset pro exemplaribus probitatis, & praeceptoribus habere. Sed quendam secum ex Europa viuendi canonem portarat, ex diuersa temporum distributione, diuersisque ab usu occupationibus concinnatum, ad quem, alio quolibet abrogato, volebat nostros se fingere, & Goanum Collegium formari, inducta in illud scholastica studiorum Parisiensium; domestica vero Conimbriensis Collegij disciplina. Prohibebant itaque ab eo, insoilta quotidie decreta, & mutationes rerum nouatarum, eo factu, atque imperio, ut edictiones Basilicas regij censoris diceres, non religiosi Patris documenta, & monita; iactabatque, verē aut falso, se à P. Simone Roderico summam habere potestatem, domandi compede, mittendique in Lusitaniam carcere claudendos, si quos offenderet gubernationis suae turbatores. Conspicatus Xauerius feruidioris cerebri minaces fumos, & catē diuinans, nullis artibus, cœpto destitutum, hominem officio mouit, & Ormuziensem illi tribuit missionem, campum illius genio proniorem. Fausto profus animae ipsius compendio, si pro ambitu inconsiderato regendi cœteros, sustinuisset ipse Obedientiae nutibus se regi, non eas dedisset tragœdias quarum egit ipsemet funestam catastrophem: sed fretus regij cuiusdam ministri artibus, qui eius commendatione Regis à qua exciderat gratiam prensabat, Gubernatoris potestate ad retinendam stationem ita est abusus, ut metu grauioris mali, confirmaretur à Xauerio Goæ Rector, hac lege dumtaxat, nostris solum Goæ ut curam impenderet: sparfos per Indiam reliquos non ipse (quod sibi iam attribuerat) sed Paulus Camers vice Xauerij regeret. At enim vix portu ad Iapones Xauerius soluerat, cum sensim Gomez potestatem in omnes sibi vsurpare authorem eius citare ex Lusitania, prætexere simplicitatem Pauli lentiolem; qui tam de se abiectē quam Gomez superbe sentiens, tantum abfuit ambienti obstaret; gauderet potius, liber à munere, priuatus Deo ac sibi viuere. Ad hæc S. Fidei seminarium exorsus euertere, alumnos eius in fide nouitios, & subtilioris cuiusdam pietatis rudes qua illos Gomez ingratiis volebat in sanctos excudere, cum eatenus abundē sufficeret, quod erant Christiani: hos inquam, seuerē, & acerbē multabat, quod parum eius praeceptionibus responderent. Hinc mœror, querelæ, factiones, & nocturnæ per murum fugæ, ex illo non iam seminario, sed duro carcere: quos autem residuos sua patientia fecerat, horum quoque indolem auersatus, die quodam inde omnes eiecit, causatus indomita ipsorum ingenia, nec vnquam cultorum labores bona vlla fruge pensatura. Eorum loco suffecit Lusitanos, qui Societatem expetebant, & septem ac viginti, planē illiteratos, & multum

252 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

adultos in eam admisit. Sic seminario in Societatis tyrocinium conuerso, grauius offensus cum Episcopo suis ciues, querebantur inter se vehementer iniuriam; sed eam, ad Gubernatorem Georgium Cabralem defererebat nemo, quod esse Gomezij totus crederetur, maleque publice Gomez eam ob rem audiret, cum in eum vel approbatorem vel consiliarium reciderent omnia, quæ cumque in administranda reipublica peccari putabantur. Sileo nonnulla etiam eiusdem, simplicitatis stolidæ vaticinia, seu magis figmenta; tam falsi euentus, vt ab eo palam apud ciues pro concione oportuerit excusari. Sed hic silendum non arbitror, quem Cocini mouit contra nos tumultum. Sanctitate Xauerij ea vrbs, & Sociorum capta Collegium nostris fundare decreuerat, eò confert se Gomez Societatis nomine illud admissurus; palmetum à Præfecto in solum Collegij accipit; in templum, ædem sacram Martis Dei nomine, à Gubernatore; sed multum inuito Vicario, & sodalitate ad quam ea spectabat, quæ doni post paulum pœnitens, iure illam repetiit, donationem irritam testata. Gomez auctoritate potens, bona mente iunctus, sed valdè imprudens (quæ triplex est, errandi scaturigo tanto peior, quanto minus errari creditur) summo iure donationem tueri obstinat, breuique motus illos non tam sedat, quàm premit; impulsoribus eorum in carcerem traditis. Eam vim non ferens ciuitas, fremensque in Societatem, ardentem dat in Europam ad Regem, & ad Ignatium literas.

9  
Ecclesiam in-  
uitis aliquibus  
Societatis da-  
tam, Xauerius  
reddit.

Hic rerum Indicarum status cum ex Iaponia Xauerius reuertit, quibus ille inspectis, multis eas lachrimis defleuit, aggressusque mox restituere, vias iniuit Gomezio planè oppositas. Cocini, quò primùm Malaca appulit, coacto in chorum maioris Ecclesiæ, Magistratu, & Sodalitate, Vicario coram, & Clericis sistit se medium, clauis ædis sacræ quæ contendebatur manu tenens, eo oris totius pudore, qui magis Gomezium decuisset, flectit genua, affaturque adstantes, ea demissione animi, & verborum satisfactione, cuius diu Cocini pia memoria, & Religiosæ humilitatis monumentum, in animis, & sermonibus populi viguit; nihil defendit, nihil purgat; velut confitens reus, veniam transactorum rogat quibus vel offensus, vel icti quoquo modo forent; clauis reddit; sacram ædem nudè integreque restituit, seu redonatam si ad nos spectaret, seu vindicatam, & assertam, si illorum esset; ac si vltro vellent Societatem illa vti, haudquaquam id aliter quàm commodatò id fieret, cum potestate illius quoties luberet repetendæ, sic vna opera & ciues optimos placauit, & ædem obtinuit; nam aliquanto post iuridicis tabulis sponte ab iis collegium in eius possessionem perpetuam missum est. Goæ vt res habebant deterius, ita iis sanandis plus negotij fuit. Antonius Noronius cum Proregis Indiæ titulo atque imperio portum subierat, & prius etiam quàm nauis prodiret, querelas audiuit ciuitatis nomine apud se deponi, tum ab Episcopo iterari; quòd seminarium vrbs decus, & Indiæ salus, ex quo tot Patrum exhibant interpretes, tot Christianæ magistri doctrinæ, nonnulli etiam exploratæ barbarorum ferrò, in Christum

fidei,

fidei, pe-  
esset P  
vno è su-  
fecto id  
quod san-

Goan  
Indis, ad  
sto nume  
Gomezio  
ne tanta

Restab  
iussus est  
trionem  
que pror  
rij robur  
do sub iis  
eadem re  
plecteret  
Dei brac  
cumentu  
constanti  
ge ableg  
in Sinas  
zij: nau  
rogaturu  
teriit, v  
cem. Sic  
rum bon  
que vi er  
derat arg  
rektorun  
set potiu  
esse.

Societ  
diuersa r  
cessariis  
zaini qu  
Cocini E  
Piscaria  
tati Sac  
bus trig  
rent, sed  
esset affi  
cumbeba

fidei, pessum abiisset, nulla spe resurgendi; huius excidij spectator si adesset P. M. Franciscus cui tantopere id opus cordi erat, videretque ab vno è suis, euersum penitus, à quo maxime augeri debuisset, acerbe profecto id esse laturum, eique instaurando manum celerem admoturum, quod sane ab iis haudquaquam temerè coniciebatur.

Goam enim vt venit, illico iuuenes Lusitanos, expalsis substitutos Indis, ad suos remisit; conquisitos ex vicinis Indos in seminarium iusto numero reduxit & Societatem exoneravit turba illa quam præcepit Gomezus in eam intruserat, quod nihil præferrent in futurum vocacione tanta dignum.

Restabat edendum in Gomezio exemplum, Goa igitur amouendus, iussus est Diu Lusitanorum præsidium se conferre, altius ad Septemtrionem situm. Verum is in iussa contumax ita se ministris regiis, ipsoque prorege, ne auellerentur Goa, obuallarat, vt vnum par fuerit Xauerij robur, tot perfringendis obstaculis, & abstiterit tam procul à flectendo sub iis animo, vt quibus officiis ambierat pro se Gomezus, in ipsum eadem retorqueret velut intercessionis refractariæ nouum crimen, noua plecteret pœna; & carnis brachio confisum, Goæque affixum, potentiori Dei brachio, è Societate extirparet, futurum in sæculo proteruis, documentum terroris; Rectoribus inuidiæ ad asserenda obedientiæ iura constantiæ. Cavit tamen ne Goæ Societatem exueret, sed Diu longe ablegauit ab Lusitanorum nauibus in Europam reportandum, quod in Sinas iturus P. Berzeo serio iniunxit. Nec finis calamitatum Gomezij: nauigans in Lusitaniam, vel gesta defensusus, vel ad pedes Ignatij rogaturus illorum veniam, in medio cursu fracta nauis miser in aquis interiit, verante Deo ne ab Xauerij sententia prouocaretur ad alium iudicem. Sic vitam clausit Gomezus; vir si dotes naturæ pendamus aliorum bono idoneas, in paucis excellens; & habilitate ingenij, animosaque vi erectæ pietatis, quorum in Indiis, & Lusitania, non dubia dederat argumenta; præstiturus omnino pro Deo grandia, si dociliorem rectorum ductui, & conatibus, ceruicem iungere voluisset, agique optasset potius modesta sui deiectione, quam absurdo agendi studio præesse.

Societatis rebus Xauerius in eum modum instauratis, operarios in diuersa misit, quod qui hætenus illa excolebāt, egregij licet ac strenui, necessariis tamen laboribus parum sufficerent, iis ergo auxilia addidit, Bazaini quidem Melchiorem Nunnium; Gonsaluum Rodericum Tanæ; Cocini Franciscum Henrichez; Ioannem Lopesium Meliapore; in ora Piscaria Ioannem Mendezium, quorum vltimi duo nondum erant initiati Sacerdotes. Venere inter hæc à communitate Chaulensi, milliariibus triginta à Bazaino mediteraneâ, qui Sociorum Collegium postularent, sed piæ ipsorum liberalitati, mos geri non potuit, quod æquum non esset affigi multos vni pago, quorum singuli multis erudiendis pagis incumbent. Postea Henrici Henrichez quem sponte nostri, Criminali

I O  
Seminarium  
Indorum Goæ  
restituit.

I I  
Gomezium,  
alioqui egre-  
gium, eicit è  
Societate.

I 2  
Operarios  
missionibus  
assignat.

I i 3      occiso

occiso sibi præfecerant, electionem approbavit; ac tandem etiam in futurum communibus Indorum utilitatibus prospècturus, hominem ad Ignatium, qualis sibi ab eo fuerat designatus legavit: nam ut habemus ex eius literis sæpe ad Xaverium scripserat, virum in Europam destinaret prudentem regionum illarum, ac rerum quæ illic gererentur scientissimum, ut iis procurandis, Regem in Lusitania, in Italia summum Pontificem adiret; ab illo temporaria subsidia; diuina ab hoc petiturus, ad incrementa illius Ecclesiæ maioribus accessionibus prouehenda. Huius rei conscius Antonius Gomez, ante Xaverij ex Iaponia reditum pro ea quam sibi arrogauerat potestate, Melchiori Gonzalez id munus crediderat, magnis ad hoc dotibus prædito, sed cuius eximia opera priuari eas prouincias, vetabat prudentior æquitas, quare ex procinctu conscendendæ nauis, reuocatus est Bazainum, ut Collegium regeret, & Christianos illos diuinis erudiret: postquam autem Goæ sancti sui Patris, ac magistri mentem cognouit Xaverius, pridem ab se conceptæ perfimilem, ut qui iam tum ex Iaponia Bernardum, & Matthæum de quibus agimus ad hoc selegisset, fratrem Andream Fernandium Romam misit, animosa virtute, ac maturitate virum, cuius profectioem & reditum vsque aded fortunauit Deus ut milliarium triginta millibus immensa maria emensus, legationis suæ condignos fructus summa felicitate retulerit: docuit illum Xaverius & verbo & scripto copiosissimè de rebus Indicis, de quibus item ad Ignatium, ad Simonem, ad Regem quoque Lusitaniæ, dedit accuratissimas literas, ex quibus aliqua oportuniùs seligemus; hic tantum appono quæ de suo in Sinas transitu ad Regem perscribit. [Goa, inquit, Malacam soluo quinto ab hinc die; inde in Sinas progressurus cum Iacobo Pereira legato. Quæ portamus ad Regem dona magnifica sunt, & multa, partim ex Celsitudinis vestræ munificentia, partim Pereira liberalitate: vnum præ omnibus nomino, quod haud scio an vlli regum qui vnquam extitere, rex vllus obtulerit, Euangelium Christi dico, cuius si iustum pretium assequetur, non dubito gazam suam omnem, atque opes præ illo contempturum. Spero fore ut Deus propitios oculos in vastas illas conuertat prouincias, & discutiat cæcitatem innumerabilium hominum quibus suam impressit imaginem, ut suum tandem agnoscant, & reuereantur conditorem, & seruatorem Christum: tres imus de Societate, cum Iacobo Pereira, propositum nobis est Lusitanos illic carcere detentos liberare; mutua inter reges Sinarum & Lusitaniæ fœdera necere; dæmoni eiusque asseclis bellum indicere. Regi ergo primum, dein aliis, ab Cœli Rege denuntiabimus, ut vero Deo, saluatori, ac iudici hominum, honores restituant, quos per summam cæcamque iniuriam ereptos, tandiu dæmoni consecrarunt. Magnum, esto, aggredimur facinus, & audax, Barbaros populos, & potentissimum eorum Regem arguere, & persuadere illis veritatem; sed enim ad hoc animos subiicit, qui nobis hanc indidit mentem, idemque tanta spe ac fiducia erigit, ut de illius potentia nihil ambigere subeat, omnem Regis Sinarum potentiam

infini

infinitis spa  
metuendum  
præter Dei  
incomparab  
legerit, qu  
in gentes, e  
num ac sc  
citandis.]  
gatione Pe  
diplomaque  
opinionis o  
ut ex regiis  
partè Pereir  
nientia, quã  
pellicienda  
rem diuinam  
sacras tabu  
Altaris ad f  
charactere  
in commen  
sitaniæ dit  
Apostoli, &  
vel impedi  
Optari o  
bat, tum i  
suscepisset  
industriæ fu  
probare. T  
nouos; le  
quod quise  
comitem a  
loquentem  
uare, tanti  
nemini iust  
muzio San  
Iaponibus  
si loqui fas  
Erant Goæ  
natore Go  
ra, nec hia  
Verum ut e  
passus est, e  
quam man  
nor, tanto

in finitissimis spatibus superante. Quare cum ea res in manu Dei sit, nihil aut metuendum, aut cunctandum nobis in ea superest; nihil enim denique præter Dei offensam, & æternos ignes timendum est. Mihi quidem ex eo incomparabilis confidētia nascitur, quod tanto tam arduo operi, homulos legerit, quales sumus, nequissimos, & ineptissimos, spargendo scilicet in gentes, orbe altero semotas, Evangelico splendori, & superstitionum ac scelerum inueterata nocte conspultis, in lucem ac vitam excitandis.] Hæc de beati Apostoli stylo, quæ cum scriberet, de legatione Pereiræ ad Sinas cum Prorege Alfonso iam constituerat, diplomaque ab eo legitimum, & ferenda dona acceperat, eratque tantum opinionis omnium de illo pondus, ac de negotij quod suscipiebat grauitate, ut ex regis ministris nemo illi quicquam ad hoc denegaret. Dona, magnam partem Pereira suo sumptu parauerat. In iis complura Sinensi minus conuenientia, quam ostendendam in illius aula, Christianorum rituum maiestati, ad pelliciendam eo spectaculo Barbarorum in illos uenerationem à vestes ad rem diuinam, ex pretiosissimo serico, & auro, arte Phrigionica laboratas; sacras tabulas Magistri operis, rarique penicilli, totum Sacerdotis, & Altaris ad solennia paratum. Accedebant, ad Regem Sinarum literæ aureo caractere, pulchræque ornatu ab Episcopo Albuchercho, & Prorege, in commendationem legis Christianæ; ac (ne quem Ministrum Lusitanicæ ditionis transuersum ageret læua mens aduersus legationem B. Apostoli, & Pereiræ) capitale futurum idem Prorex edixit vel obstanti, vel impediendi.

Optari denique in beatam sortem, quos secum duceret socios oportebat, tum in Iaponiam mittendos, tum ad illam earum, quas vnquam suscepisset nobilissimam in Sinas expeditionem retinendos: nec leuis industria fuit, tam multis idem enixè cum fletu petentibus, repulsam probare. Triginta è nostris Goæ Collegium alebat, quæ prouectos, quæ novos; lectæ omnes, ac notæ virtutis, dignosque felici munere, quod quisque sibi priuatim expetebat; nam vel id vnum Sancto Patri comitem adiungi; gestorum eius, & operum suum spectaculo; audire loquentem de diuinis, omnemque illius vitæ seriem, ac modum obseruare, tanti erat, ut quouis emendum periculo, & molestia crederetur. Sed nemini iustius quam Gaspari Berzeo, ea gratia debebatur, ut quem Ormuzio Sanctus Pater se accersere monuisset, vel suas vices in iuuandis Iaponibus obiturum, vel secum in Sinas profecturum; verum sua ipsius, si loqui fas est, viro nocuit virtus, ipsoque optati merito optatis excidit. Erant Goæ Berzei tam frugiferi labores, ut pia ciuitas potenti concionatore Gomezio orbata, secundam hanc Berzei iacturam non esset latutura, nec hians adhuc seminarij vulnus, negando Berzeo debuit refricari. Verum ut erat eius caritati non impar obedientia, nec verbum sibi elabi passus est, quo posset conici esse in Sinas, quam Goam pronior; eundi quam manendi. Onerauit dumtaxat eius modestiam, improuisus honor, tanto præter eius expectationem, quanto se illo indignum censebat.

I 3

Socios sibi in Sinas eligit.

256 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

bat. Goam enim ingressus Xaverius duas Roma inuenit patentis formulæ literas, vt ex autographo quod Romæ afferuamus intelligitur; vnas Octobris decimo, Decembris vigesimo tertio secundas, vtrasque 1549. datas. Primis Ignatius præficebat nostris in India, & transmarinis in Oriente regnis Prouincialem Xaverium. Alteris amplam dabat facultatem, gratiarum, & prærogatiuæ cuiuscumque, quibus Summi Pontifices Generalem ornassent, quosque ipse iisdem muniendos vidisset. Cum autem Xaverius pro Apostolici spiritus, munerisque impulsu, tam longinqua interdum, & tam inhospitas nonnunquam peteret insulas, vt Roma citius, quàm illinc Goam possent haberi epistolæ; omnis interim ea auctoritas, & facultas penes Rectorem Goani Collegij decernebatur fore, pro modo tamen, atque arbitrio; quo dispensandam Xaverius, vel retinendam iudicasset. Atque hic tum primum nostri India tota in vnam coaluere Prouinciam à Lusitania omnino seiunctam, ex qua sine magna perturbatione, mandata, leges, & moderatores expectari, locorum obstabat longinquitas. Progressurus ergo Xaverius longè ultra fines Indiarum, suas Prouincialis vices Berzeo tradidit, cumque iis esset Berzeus Dei donis, instructus vt expetere ab omnibus, mouere se Goa per triennium solidum Obedientiæ præcepto vetuit, ne si foret hoc ipsi liberum, vel repulsa externos offenderet negando, vel eundo nostris sua absentia noceret. Quod idem Ormuzium profecturo olim iniunxerat. Cunctis igitur Goæ circum adstantibus Collegis, Berzeum nostris per vniuersam Indiam Præfectum, veneratus est ipsemet primus de genibus, obedientiam testatus, non tam publici nomine, quam exemplo, typoque obseruantia, & demissionis Rectoribus debita. Berzei rubor verecundus, lachrimæ, deprecationes impositi muneris, suimet traductio, velut omni ex parte immerentis, & cuius regendi officio imparis, nullum finem habebant, vt erat sui absque modo contemptor; quibus tamen imprudens induebat se altius, & cò præbebat delectu Xaverij digniorem, quò tanquam indignus, auersabatur illum contentius. Scripto quædam illi reliquit Xaverius monita, quæ religiosæ gubernationi conducerent Piæ ac Prudenti, quibus illa duobus principiis nititur. Post hæc Sinensis itineris comites, & destinandos in Iaponiam tres istos delegit, Baltazarem Gagum Sacerdotem, Odoardum Syluam, & Petrum Alcazcuam, qui post in Iaponum eruderanda idololatria magnis sunt defuncti laboribus. Accessit & Frater Aluarus Fereira de Montemaiori, cum Francisco Goules, demum iuuenis sanctus tamen nondum religiosam familiam amplexus, Antonius nomine, genere Sinensis, in seminario S. Fidei educatus. Tantisper dum nauibus cælum & maria mitescunt; statis per noctes horis Collegium Xaverius cogebat, & erudiebat allocutione de rebus animi; auditorio quidem tam lecto apposita, sed magis dicenti, qui multo altius in diuina, corumque vsu penetrauerat sese. Argumenta dicendi virtutes omnes, quæ operarium Apostolici muneris perfectè absoluunt, quibus inculcandis præfagire animo vidisses, fore illa suprema

mutuæ

mutuæ c  
dentis, &  
dus, tene  
ria, &  
didere. C  
peret am  
cationis p  
ma sui pe  
hæsitque  
minibus

Goa d  
incidit in  
ris insula  
sunt, iam  
nulla spes  
inter se m  
rium veh  
nisi ægre  
valebat.  
fundo me  
catorum  
velis nau  
rum, &  
re, vt sole  
noctis ob  
quillum a  
terram. C  
credi debe  
Sole, ten  
Sed in hæ  
tristis Xa  
monuit p  
batur. G  
còtactu so  
vnquam, t  
sibi subsid  
descender  
omnes de  
lum sibi a  
saluum est  
ægotis da  
vir sanctus  
paleis con  
domos æg



mutuæ caritatis quæ daret, reciperetque solatia; tanta erat docentis, suadentis, animantis ad illos quos aperiebat, & præibat sanctimonix gradus, teneritas; ardebant dicentis, & audientium animi, ac vultus; suspiria, & lacrymæ utrimque perpetua, ut qui aderant, ipsimet scriptis tradidere. Cum autem nauim conscensurus ultimos suis diuideret, ac reciperet amplexus, inquit scriptor, effuse flens, commendauit cuique in uocationis proposito constantem animum; demissionem sui veram ex intima sui perspectione ductant; præcipuè tamen alacritatem ad parendum, hæsitque in hac diutius, ut quæ tanti esset apud Deum, & Societatis hominibus tam necessaria.

Goa discessit Xauerius maioris hebdomadæ die Iouis, qui anno 1552. incidit in Aprilis quartum & decimum; prosperè nauiganti, ad Nicubaris insulas, quæ cornu Septentrionali Somatræ aliquanto superius sitæ sunt, iam mare se frangere, moxque in tempestatem delauire, ex qua nulla spes esset emergendi; & vero in oculis duo magnæ molis fœderata inter se nauigia, uentis, marique imparia depressa periere. Quæ Xauerium uehebat Prætoria, & ualitate, & pondere tardabatur; nec uelis nisi ægre, nec gubernaculis parebat, nec undas exire habilis, irruentes ualebat. Quare de iactura deliberatum est, iamque nauæ, ac remiges fundo mercimonia extrahebant, cum Sanctus futuri conscius, & dolens mercatorum uicem, apud nauis Præfectum institit, sustinerent parumper, & uelis nauim utcumque tuerentur, certò enim mare Deo propitio positurum, & euasuros incolumes. Nauas uero obstantes, quòd ingrauescente, ut solet, sub occasum Solis, tempestate, futura esset ualde difficilis per noctis obscurum iactura, securos esse iussit Xauerius; prius enim tranquillum aquis rediturum, quam Sol occideret, & futuram in prospectu terram. Confusus uaticinio uiri sancti Præfectus, cui aliunde quantum credi deberet nouerat, breui uidit euentu duplici confirmatum; cadente Sole, tempestat concidit, cœloque serenato terram cœpit oculis legere. Sed in hac omnium ex accessu ad portum lætitia, solus præter morem tristis Xauerius, & mœstum suspirans, interrogatus causam, cunctos admonuit pro urbe Malaca Deo supplicarent, quam morbi lues depopulabatur. Grassabatur enim febris pestifera, quæ ictos celeriter absumebat; còtactu solo aliis inhærebat. Eam ob rem illuc uiri sancti appulsus, si alias unquam, tunc urbi uenit quam optatissimu, singulis ab eo præsentissima sibi subsidia corporum, animorumque spondentibus; & uero in terram descenderat, cum statim ægrotos inquirere, & ab iis requiri; cupere omnes de animæ causis per Xauerium cum Deo transigere, quisque illum sibi adesse morienti; ea uulgo cunctorum fiducia, cui adfuisset, saluum esse, nec eò segnius illius socij, diurnas, & nocturnas operas ægrotis dabant, domumque nostram in Nosocomium caritas uerterat; uir sanctus haud alio tam assidui laboris solatio, præter contextum ex paleis contra æstus urentes pileum (quanquam illo fere socius utebatur) domos ægrotantium lustrare, destitutos in publico, ipsemet in Nosoco-

I 4

Absentia cognoscit, pestilentia ictis Malacæ inferuit, mortuum excitat.

K K

mia

mia suis humeris deferre ; tum vbi iam locus deerat , in alias ædes , in quibus quinquageni , & sexageni , congeſti magis inſtar cadauerum , quam pro infirmis digeſti iacebant ; reliquos ſub putrium nauium compoſitis ad littus tabulis collocare & mendicatò illis victum , & medicamenta comparare ; nec vna interdum relicta ſibi ex integra nocte , ad quietem hora reſidua . Itaque miraculo fuit , cum miniſtrantium ea lue afflatis , mors fere parceret nemini , ſanum illum tot inter iacentes , & moribundos perſtitiffe . Vtcumque id fuerit , conſtat certe ingenti miraculo Deum precibus ipſius , iuuenis mortui vitam conceſſiſſe ; erat is Franciſcus Cauus ; matrem habebat , viri ſancti obſeruantiſſimam ; hic teli cuspitem incautè ori admouerat , ignorans venæno illitam ( quod illic vſu frequens & valdè præſens ) ex quo venis ſerpente in vitalia exitiali malo , intra breue tempus extinctus fuerat , componebaturque ad funus ; cum fortè in matrem demortui Xauerius incidit lugentem , & desperabundam , cognouit ex ea de lamentabili adoleſcentis , caſu , ictuſque intima vtriuſque miſeratione coram ad ſe cadauer curauit deferendum . Tum manu prehenſa , velue iacentem alleuaret , *Franciſce* , inquit , *in nomine Ieſu ſurge* , quò tam parabili , breuique imperio in vitam rediit adoleſcens , quam ſemper exinde non ſuam ſed Dei arbitratus , hanc ipſi in Societate conſecrauit , ex qua neſcitur quamobrem exierit , ſed tamen in S. Franciſci ordine ad quem tranſierat , vitam laudabiliter actam clauſit .

15

Aluarus Atai-  
des Xauerij  
profectionem  
in Sinas impe-  
dit.

Remittebat ſtrages Malaceniſis , ſtatimque ſanctus Apoſtolus , animum adiecit ad vltimum ſuum in Sinas com meatum . Delata vrbiſ Præfectura Aluaro Ataidi fuerat , ſed dum magiſtratum inuiſſet , adminiſtrabat interim publica Franciſcus Alvarez , Regius cognitor : interceſſerat olim Xauerio ſingularis prorfus cum Ataide familiaritas ; ſua illi conſilia omnia de legatione Sinenſi confidenter nudarat , ſeque propterea ex Iaponia re nauigare in Indiam . Quod eius pro poſitum nobile mirifice laudarat Ataides , magno ſcilicet futurum ad diuinam gloriã incremento , Eccleſiæ ad amplitudinem , Luſitaniæ ad decus ; Xauerio quoque ingens tanti operis pretium , vel ipſam tantummodo ( vtcumque procederent cætera ) tot Luſitanorum libertatem , qui multis ab annis in Prouincia Cantonèſi carcere tenerentur . Ad hoc igitur prolixè detulit quicquid foret in ſua poteſtate : ſed cum tempus agi rem aduenit , vel mutata mente , vel prodita ; promiſſis facta reddidit plane contraria ; tametiſi tunc etiam Xauerio comem , & hilarem præbere ſe pergeret , eiſque ſpes , & aures verbis ad omnem largitatem ſubornatis ditaret , quod vaſer , & ingratus tam ſincere , ac ſerio facere debuit , quàm perfidioſè ſimulabat , non modo quia Chriſtianus contra rem Chriſti venire non debuit , & regni vnus poſſeſſionem ab eo auertere ; ſed quia maris Præfecturam acceptam Xauerio ferebat , ad quam eius expoſcens commendationem indicarat ſe longè validius legationem promoturum , ſi regis nomine totam penes ſe obtineret nauigationem ; Xauerius hominem , diuino quod moliebat operi deuincturus , hanc illi ſupremam Præfecturam Prore-  
gis

gis diplo  
quæ dip  
dam tyg  
rat , vt  
Sed vile  
bilitatis  
giæ ſple  
cris ing  
hac occa  
cuius no  
nia , mini  
hominer  
legatione  
Sinenſis  
tis merit  
tus liter  
modestu  
etiã co  
reira , dec  
lore aliq  
mo vom  
Malaceni  
uulſum t  
fecturæ a  
gratiſſim  
rationes  
bere ſe f  
ſuaſque d  
re inauſp  
tam , pau  
pere illi  
erant ea  
teneri be  
Malacæ d  
detracta  
ſcleris ap  
remedio  
Pereira c  
Quæſtor  
edicta re  
ancorariu  
rans , ſe  
Sinas adit  
decretet m

gis diplomate Goa attulerat, & quædam alia prærogatiui iuris beneficia quæ diploma non comprehenderat. Quæ si parum valebant, ad mulcendam tygrim, ægotantem Malacæ grauitet, Xauerius omni officio iuuerat, vt vice domestici Sacerdotis, eius etiam domi rem sacram faceret. Sed vilem animam, inuidia & auaritia, iure omni Christianitatis, & nobilitatis potentiùs eliseret. Vrebatur scelestus Pereiræ fama, legationis regiæ splendore immensùm illustrandâ. Pungebatur venale mancipium lucris ingentibus quæ Pereiram manebant ex mercibus, Sunda in Sinas hac occasione inuehendis. Vnde postea in eum dictitabat, ludens illum cuius nomen erat diplomati proregis inscriptum, nobilem esse in Lusitania, minimè vero hunc Iacobum, nuper Gonzali Cotigni seruum, nouum hominem, & adhuc famulares operas olentem; parem videlicet homulum, legationi ad maximum toto orbe Monarcham? Centum millia boni lucri Sinensis, Gonzali famulum dedecere, sibi ea deberi, ac parentis sui Comititis merito. Nec iuuat ad amouendam inuidiam, quod Beati Patris monitus literis Pereira, nulla prorsus legationis, aut insueti cultus specie, modestus, & humilis Malacæ cerneretur. Nam præter inuidiam iratum etiam coquebat animum Ataides, quod anno præcedenti, mutua illi Pereira, decem millia nummorum negasset timebaturque nunc totidem colore aliquo exacturus. Sic verbis lætato diu Xauerio, quam fouebat animo vomitum denique effudit, cum Sunda veniens Pereira portum subiit Malacensem; tunc repente in illius nauim suos immittit satellites, qui reuulsum temonem intra fores sui palatij deferant. Fuitque hic primus Præfecturæ actus, quam Xauerij beneficio impetratam contra Xauerium ingratiſſimus conuertit: verum is vt solent istiſmodi Harpyiæ; principis rationes, sceleri suo prætexere; spargere in vulgus belli periculum; habere se secretis indicibus, de Iaiis arma aduersus Malacam parantibus, suasque omnes in illam vires educturis. Ad hæc præcauenda, & nauim, & re inauspicati Pereira opus esse. Absurdam fabulam, & maligne contextam, paucis post diebus, manifestò naues aliæ retexunt, confuso magnopere illius inuentore, sed nihilominus in pertinacia sceleris hærente; erant eæ naues Lusitanæ, certò sibi compertum fiuntiant, Iaios intestinis teneri bellis, sibi que à seipsis perniciem proximam timere, nedum vt Malacæ quidquam esset ab iis metuendum. Quibus statim vulgatis, & detracta tunc larua, quam sibi malè concinnarat; impudenter ac palam, sceleri aperto totus in peius incubuit. Nec ignarus vir Dei, quo posset remedio morbi eius amentia leuari, triginta millia aureorum, dono illi à Pereira obtulit, sed qui spe omnia deuorarat, nihil sustinuit reuomere. Quæstorem quinetiam & quosdam alios notæ non mediocriſ Magistratus edicta regia memorantes, de mora mercatoribus non iniicienda, modo ancorarium vectigal persoluerent; fuste ab se obiurgatos abegit: vociferans, se quidem maris, & Malacæ Præfecto, nunquam fore Pereira in Sinas aditum; & viderent etiam atque etiam num is esset quem illa ætate deceret magis consilium accipere quàm dare. Aluares quoque Regius cogni-

tor inspecto Proregis diplomate, cui cernebat obstari non posse absque offensa Maiestatis, cum nec suadens nec rogans, impetraret ut temo Pereira redderetur, statuerat eum vi tollere, nisi armatas, Ataides ei custodiendo abhibuisset excubias, veritusque Xaverius cruentam rixam, cognitorem orasset ea vi abstinere; mitiora se se excogitaturum quæ offensionis minus, efficientiæ forsitan plus essent habitura, fuere vero hæc; Vicarium Suarez, Franciscum Perez, & alios grauitatis præcipuæ homines ad eum legare, qui Regis ad Xaverium literas se perlegerent, quibus significabat suæ mentis esse, seque id mandare, ut ad quam maximam fidei propagationem in regnis Orientis, ministrorum suorum auxiliis omnibus vteretur; alteras deinde Proregis Indiarum, quibus decernebat Maiestatis reum, qui hanc nominatim legationem impediret. His Ataides in furorem actus, surgit, humumque pulsans, dum illinc se proripit, suum illud solitum occinit, Rationes regis id poscere, velle se id ita fieri, nec aliter fore.

16

Vexatur ab  
Ataide Xave-  
rius magno  
patientie do-  
cumento.

Xaverius itaque omnia expertus aduersus Ataidis pertinacem impiamque iniuriam; omnibus in cassum elisis, postremas decreuit quas decennium presserat, machinas immunitati hominis frangendæ obuerrere. Nullam hæcenus cuiquam villo indicio, suspicionem vel minimam ex quo Indiam intrarat, factæ dictæ fecerat, Apostolici Nuntij quem gerebat; vnum eius habebat conscium Goanum Episcopum, silentio & humilitate potestatem hanc suam sic semper tenuerat (ut Ro. Rotæ loquuntur Cognitores) tanquam gladium in vagina reconditum, stringenda hæc illi vel inuito hic fuit, in tanti ad rem Christianam detrimenti angusto; & si parum prodesset intentasse, torquenda etiam, atque defigenda. Quammodestissime igitur, & placidissime potuit prolatis Vicario diplomatis quatuor, quibus se Pontifex Apostolicum creatur Nuncium, denuntiat; Ataidi iussit anathema quo tenebatur vinctus, si eorum executionem elidere pergeret; at is calcato salutari metu, & bellum in morem efferatus, quod secum, viro scilicet tanti, minis ageretur, eam in Xaverium stomachi rabiem vomuit, iisque famam illius traduxit probris, ut ad ea stuperent etiam ethnici: parum erat vocare insignem hypocritam, fastuosum, vsurpatorem dignitatum, quæ cadere in flagitiosum, ut is erat minime poterant; fautorem denique ambitiosi mercatoris, & ebrij: quæ suo ipsemet furore ebrius, & amens dum vociferatur, audiebatur ex palatij fenestris, aduersus anathema & sanctum Apostolum declamans; si tanta illum captandi ab ethnicis honoris cupido agitaret; proficisceretur sanè in Brasiliam & Menomotapam, campum illic ingentem patere, in quo sibi nomen, & decus faceret. Sinas sibi petendos relinqueret, ex quibus ipse plus esset auri, & lucri facturum, quam animarum, cum suo Pereira M. Franciscus. Ut autem seruorum ingenia dominorum impetus bonos, malos, quod ruunt secum abripiunt; incredibile sit quot conuitiis, & contumeliis quam propudiosis infectati sint sanctum Patrem Ataidis serui, turba vili ex

luto,

luto, imp  
herus ode  
præsentes  
manipulu  
tur foedi  
fusque est  
rat, nunqu  
gere ad ha  
pro comm  
Xaverius  
tuque vt a  
peccatis su  
Deo, tant  
quam is M  
saluatoria  
dolor præ  
egit, vt L  
peresse, ni  
tam imma  
bus in leg  
mente erg  
profecto n  
deuitem,  
conclamar  
auctori.  
est, meus  
ram hanc  
gauri) cer  
pagandam  
vt profecto  
vltimum  
fingat sæ  
dux, & co  
Quam  
teras, at o  
gna dilig  
lum quid  
se ad atar  
gitatione  
nor, si m  
tore sanct  
censuit,  
cibus do  
Araidem

luto, improba, insolens, herilis gratiæ ambitu aduersus eum quem herus oderat gaudens impudentior videri. Tradunt qui tunc rebus præsentibus aderant, non potuisse sanctum domo pedem efferre, quin manipulum haberet obuium aulicæ eius fœcis, à quibus incessebatur fœdus, atque indignius quam postremus è stabulis agaso; falsusque est] Francisco Perez Xauerius, annis decem quos in India egerat, nunquam se tam dira, nec inter Ethnicos, & Barbaros passum. Lugere ad hæc omnes boni, præsertim ciues; nemo iis ora occludere, seu pro commérito dentes excutere, ne domini quoque in se odia verterent: Xauerius quod se, hoc est sanctum, decebat pati, & perpeti serenus; vul- tuque vt animo tranquillus, sed Ataidis exitio dolens, sibi que irascens, peccatis suis infelicitatem legationis eius tribuere, quæ tantum gloriæ Deo, tantum Sinis bonorum fuisset allatura. Digna est exscribi epistola, quam is Malacæ conscensurus ad Iacobum Perciram carissimum suum saluatoriam, & vltimam dedit, cum amplexu absentis, quem vetabat dolor præsentis ferre. [Postquam, ait, meorum grauitas scelerum id egit, vt Deus nostram in Sinas respueret operam; non video aliud superesse, nisi vt omnem in me, ac mea peccata culpam coniciam, tot ac tam immania, vt mihi non vni, sed per me tibi, rei tuæ, & tuis sumptibus in legatione paranda effusis nocuerint. Nouit attamen Deus quæ mente erga se, quæ erga te fuerim, quæ nisi fuisset rectissima, dolore profecto non consolabili torquerer. Recipio me in nauim, vt tuos socios deuitem, qui me requirunt vndique, & sæpe inuento coram flent, conclamantque; nisi detur transitus, se periisse. Parcat Deus tantæ ruinæ auctori. Vnum te obsecro, ne ad ne conuenias, tua enim clade necesse est, meus vehementius ingrauescat dolor. Confido nihilominus, iacturam hanc, tibi lucro versuram, Regemque (quod eum per literas rogavi) certò repositurum condigna præmia, tuæ illi ad religionem propagandam propensæ liberalitati. Præfecto qui tantum irarum exeruit, vt protectionem Christianitati tam necessariam transuersus sisteret, vale vltimum dixi. Calamitatibus doleo, quas luiturus est, multo quàm sibi, fingat sæuios. Deus te seruet incolumem, sitque mihi in hoc itinere dux, & comes. Amen.]

Quamuis autem commendatitias ad Regem pro Pereira scripsisset literas, at de Ataide penitus siluit, iisque Ataidis fraude interceptis, & magna diligentia perlectis, nec verbum contra se accusationis, ac ne querulum quidem de se deprehendit. Quid si scisset illum quotidie, Deo pro se ad aram facere, si prece assidua, multisque lacrymis, saniores sibi cogitationes, & sui liquido sceleris conscias ab eo flagitare? mutasset opinor, si minus animum, saltem impiam linguam, qua illum pro simulatore sanctitatis, & falsario infamarat. Sed Deus hoc beneficio indignum censuit, maluitque illatas seruo suo iniurias vlcisci, quàm illas eius precibus donare, quod doctus diuinitus prænuntiavit Xauerius, nimirum Ataidem Magistratus sui tempus legitimum minimè expleturum, sed ea

17  
Vlciscitur  
Deus Ataidis  
scelus, vt à  
Xauerio præ-  
dictum fuerat.

honoris, fortunarum, & corporis ferendum clade qua foret posteris monumentum infamiae, & ostentum terroris. Quibus suum hoc subdidit pium votum, sed merus grauiissimi suspectum, atque vtinam, ait, Deus illi animam saluam praestet. Vaticinium nimis verax secuta est calamitas multiplex; ab Alfonso Prorege, Praefectura motus Ataides nondum elapso biennio, vinctusque Malaca Goam delatus est, inde in Lusitaniam, vbi bonis omnibus in sitcum redactis, additus est perpetuo carceri; sensit quoque vltoris aequissimi duram manum, lepra insanabili deformatus, quae illum ab India vsque ad obitum pertinaciter arrosit. Obitum vero tradunt fuisse improuisum, ex foedissimo vlcere, quo tanta graueolentia putrefactae carnes abscesserant, vt feruorum nemini duraret stomachus, vel purganti plagam, vel propius ad eum accedenti. Nauem interea Pereira raptam cum mercibus, magnae huius, nec serae ignarus vindictae obtinuit, ducem illi praefecit; nautas quinque & viginti suos imposuit; eamque in Sinas ad negotium misit.

18

Vice versa  
tuetur Perei-  
ram, quod ite  
praedix. Xauer.

Sed hanc Pereira iacturam, suis nominibus, ac rationibus imputauit Deus, coepitque iam tum eius scenus ei persoluere, sortem illic in caelo immensa largitate integram redditurus; nam qui ex Sinis Malacam redeunti, pridem licet obscure clades praedixerat, quibus disturbata est ea legatio; idem nunc illum praemonuit vir sanctus, quam liberaliter ipsi Rex pensaturus esset damna quae fecerat, accessione scilicet maioris apud se gratiae, dignisque seruo fideli praemiis. Imo cum sint fortunae mercatorum, praesertim maritimae adeo fragiles, vt mane locupletes, non raro sub vesperam mendicent; amici aduersa longè prospectans Xaverius, securum esse iussit, nec sibi, nec filiis, defutura vnquam vitae subsidia, cui nisi fidem fecisset miraculum, non tam euidenter praedictum coelitus putaretur. Filium Pereira reliquit moriens Franciscum nomine; mercaturam item dum res staret, hic fecit, sed eò denique variis calamitatibus deuenit, vt ei aliquando eiusque familiae, nec panis, nec vnde coemeret obolus adesset; huic ergo tunc Deum, suo e penu coenam videre oportuit. Angelum, vti creditum est, iuuenis specie, ad eum misit, qui panem circumferabat cum pomis, caeterumque com meatum escarimu copiosum; vocat praetereuntem Pereira, emit ex eo quibus indigebat, & quod in promptu argentum deesset, pignori vestem vxoris obiicit; negat iuuenis pignore opus esse; plus apud se habere fidei eius verba quam pignus, libere modo ac largiter ab se sumeret quantum vellet, de pretione esset sollicitus, quae tam humaniter, tam officiosa dicebat venustate, vt esse alium ab eo quem assimulabat facile appareret; ipseque Pereira cum vxore facile agnouit, cum eorum quae venalia tulerat magna parte relicta, videri desit; nec vsquam praeterea, licet vrbe quaesitus apparuit.

19

Malacā Xau.  
deserit.

Malaca demum priusquam recederet vir sanctus, suos dedit Iaponiae socios, Bungeni Regi Baltazarem Gagum, Siluam, & Alcazeuam Amanguccio; Ioannem, Beiram qui de Molucensi christianitate latissima ei at-

tulit.

tulit inf  
fociis re  
in vrben  
param d  
monent  
querelis  
auertere  
tur: pro  
no claud  
apud qu  
quò De  
reliquit  
rat; hi  
mœsta p  
ferret;  
Malacæ  
acerbè  
los pref  
ministe  
praesent  
S. Xau  
praesent  
boriosa  
viginti  
itinere  
dinem a  
poris, p  
bus, &  
naum  
Soarez  
tem ab  
Xaueri  
ribus, &  
quidem  
praesto  
fensuru  
sublati  
na mis  
hæren  
ad sax  
uisculu  
ctè, po  
ab se r  
phaqu

tulit insperato; Goam cum literis ad Berzeum misit, ut acceptis ab eo sociis rediret in Molucas. Parante iam vela in Sinas, naui S. Crucis, ex ea in urbem se contulit, amicos vltimum complexurus, & salutaturus Deiparam de Monte, vnde ab Naucloero post Solis occubitum est abductus, monente sublatis anchoras, & expansa vela. Tanti Patris iacturam multis querelis prosequi populus, multo & vario terrore ab ea profectioe auertere; deesse nunc legationis titulum, & iura, quæ extraneos tutarentur: prorsus nunc ut primum intra regnum pedem inducerent, sempiterno claudendos, & retro carcere; orare atque obsecrare, ne se desereret apud quos tam esset fœcundus, & gratus eius labor. At ille professus quò Deus vocaret, illuc sequi, & illic se esse oportere, futura illis vice sui reliquit monita, qualia decuit, eius qui postremum affari se illos nouerat; hinc ad nauim euntem pone secuta est pars magna populi flens, & mœsta patris suauissimi discessu, cuius tunc in omnes cum se amor efferebat; tum in Franciscum Perez extitit singularis. Regebat ut diximus Malacæ Collegium Perez, illoque vltimo viri Dei amplexu, & discessu acerbè dolens, obtestatus est vehementer ne prius abiret, quàm sibi oculos pressisset (iacebat enim in extremis, morbi contagio in ægrotorum ministerio contracti) hanc sibi vnicam restare in viuus consolationem, si præsentem sentiret moriens, & inter eius manus animam efflaret. Cui S. Xauerius iterato complexu valedicens; nihil, inquit, tibi nunc me præsentem est opus, nec enim moriere. Deo tua opera uti placet, quam laboriosam & diuturnam Indiæ nauabis: & vero post hæc annos septem & viginti superstes, idem ista quæ narro scribebat Perez, nempe 1579. Ex itinere deinceps, & Sincapurano freto ad eum scripsit, negans se valetudinem animi commendare, quam sciret illi carissimam; sed curam corporis, proin febris omnino vacuus, dies tamen postea viginri confessionibus, & concionibus omissis, sanitatem, viresque confirmaret. Porro ad nauim, ut aiebam, tendenti, cum adesset comes officij gratia Ioannes Soarez Vicarius, insusurravit in aurem anxius, vtrumne Præfecto salutem abiens dixisset, non videri sibi prætereundum id fuisse; quod ille seu Xauerij causa, siue Ataidis diceret, futurum aiebat, alioqui offensionem debilio-ribus, & suspiciones daturum, amaræ in eum voluntatis. Cui Xauerius, me quidem in hac vita conspecturus Ataides nunquam est, illum coram Deo præstolor in altera; se, suumque hoc vltimum facinus si quæ poterit defensurum. Cumque ad fores ædis sacre, mari proximæ peruenisset, sublatis oculis substitit, ingentique impetu spiritus, clara voce pro æterna miseri Ataidis salute preces fudit; tum prostratus, humique vultu hærens affixus, tantisper silentio cum Deo egit; mox surgens detractos, ad saxum, & inter se excussit calceos, cauens soli adedò scelerati, ne puluisculus quidem sibi adhæreret, Pergensque vaticinari admodum distinctè, pœnas quæ Ataidem manerent; Malacam, nunquam postea in viuus ab se reuisendam, & mœstum ad hæc mutumque populum reliquit, scaphaque ad nauim delatus abiit. Erat hæc ipsa Iacobi Pereiræ nauis, &

quan

quanquam pars eius quàm minima, de sociali negotio, & mercibus ad eum pertineret, cæteris illi ab Ataide direptis; quicquid tamen id erat, totum esse mandavit in potestate viri sancti. Imo cum nondum Malaca exisset, interrogaretque Pereiram, cuiam de suis commisisset, panem sibi & aquam per iter suffici; & nominaret amicus Procuratorem suum Gasparem Mendez Vasconcellum, cuius etiam temoni vicino, vsurus esset cubiculo; mirum dictu, illico vir sanctus; & rebus inquit tuis; & mihi perperam hoc homine consulis. Quare sis meliorem, cui nos melius credas. Sinas Mendez non petet, hærebit Malacæ, ibidemque vltimum diem claudet. Quæ cum à præsentis rerum statu viderentur alienissima, necdum aduerteret Pereira, superiori monitu hæc edi; arbitrarique se diceret, Mendez esse ad iter valentem ac vegetum; retulit Xaverius affirmans, futurum certo est quod dixi, tu habeto illum pro mortuo, ac nullo; tuam rem, ac me alteri commendato. Quibus Pereira tam asseueranter dictis, paruit denique ac Thomam Scandelum rebus suis curandis præfecit. Mendez excusans negotia nondum sibi satis ad profectiorem expedita, in vrbe substitit, & fere, quatruiduo, post Xaverij discessum obiit.

20  
Aquam salinam  
in dulcem  
conuertit  
Xau.

Multis vt alias vsquam prodigiis, hanc Apostoli sui supremam navigationem nobilitavit Deus, festinatis quodammodo, & exaggeratis honoribus satagens contumelias, & probra vincere, quibus Malacæ sua causa fuerat oneratus. Et occurrit primum nota illa, & multorum encomiis celebrata falsæ aquæ, in dulcem, potuique aptam conuersio. Portabat nauis S. Crucis homines quingentos, & aquationem numero huic, & icineri æqualem; Promouerat immenso iam tractu, cum ex insperato destituitur omni flatu, & pertinaci malacia velut in anchoris dies quatuordecim figitur. Hic aqua paulatim deficere, quotidianam eius demensum minui, negari ad coquendos cibos, vt sufficeret ad sitim: modulus denique in diem cuique ad bibendum præscriptus omnino de esse, nonnulli potus inopia emori: & scapha quidem ad aquationem, littora peruestigabantur, & insulæ, sed frustra; quod interiora vasti Oceani tenerent: vna se in prospectum dedit, quam Formosam putarunt, sed nullo septidui integri circa illam conatu, prehendi potuit, nauisque interea ægrotis, & siti rabidis referciebatur, sinente Deo malum ad extrema deuolui, vt vel coacta stoliditas hominum animaduertret, tam proclive sibi lethalis penuriæ remedium adesse, quàm facilem ad auxilium haberent sanctum Patrem. Prodit itaque ad cæteros vnus, Xaverij apud Deum potentissimam gratiã, totque illustribus probatū miraculis, in mentem iis reuocat: confugitur ad eum ab omnibus, & languore ac lacrymis, quàm verbis vehementius rogatur, ne sinat infelices crudeli morte interire, aquam illis aut ventum à Deo impetret; vtrumque illi primum esse. Communi exitio percussus vir sanctus, iubet omnes genua flectere, ad Christi de Cruce imaginem Litanias cantare, cæterum eius confisos bonitate, se quemque recipere: recipit quoque se tantisper in suum cubiculum

cubiculum  
caua ex  
vtrum d  
experiri  
vero re  
mandat  
parent;  
aquam h  
viti press  
erat sen  
cit, illac  
falsam, p  
grata, v  
tæ solen  
religione  
miraculu  
& manu  
monere  
homulo  
lætitiæ  
Saracen  
poscent  
mulum  
mutatæ  
præcipu  
monum  
vertere  
re, vna  
Non  
erat ma  
quoad  
fedebat  
leui nau  
que pri  
Mahom  
suam &  
stinens  
gens lat  
qui cer  
dierat e  
uerius  
in nau  
turum  
vltro p



cubiculum, pauloque post in scapham cum puero descendi, iubet et manu caua ex mari aquam ut hauriat & quid sapiat gustet; tum quaerit ex eo utrum dulce an falsum? puer falsum respondit; urget iterum gustatu experiri falsane an dulcis; morem gerit puer, & dulcem renunciat. Tunc vero repetita naui Saranghen aduocat secta Maurum, nautis per eum mandat, quotquot essent in naui vasa aquae idonea expediant omnia, & parent; iis sursum deorsum tota naui magno statim numero collocatis, aquam haustam imperat infundi, eaque impleri: quod dum faciunt, hic siti pressus; alius praecoci curiositate saporem explorant, & natium ut erat sentiunt. Post quae Xauerius signum crucis in vasa omnia manu ducit, illaque omnium, vna simul consignatione aquam omnem illorum falsam, puncto temporis, dulci aqua mutat, sed usque adeo potantibus grata, ut omnes assererent Banghanis aquis esse meliorem, ad quas nautae solent tanquam ad optimas aquari. Quam effusa vel hilaritate, vel religione potius hoc donum celebrarit naui, quisque facile cogitabit, miraculum omnes exclamare, Xauerium ingeminare sanctum; pedum, & manuum osculis, gratiisque agendis confertim fatigare, is vero admonere Deo illum honorem, & gratias haberent ac redderent; non sibi homulo, & peccatis onusto. Huius tamen adeo insperatae, grandisque laetitiae pars princeps ad illum peruenit, multos enim suis cum familiis Saracenos, eo conuictos prodigio, verum Deum professos & baptismum poscentes Christo lucrifecit, & communibus vectorum gaudiis hunc cumulum addidit. Aquae porro illius Beati Patris adprecaatione in dulcem mutatae, residuum illud quod post usum abunde superfuit, vectorum praecipui quique, inter se certatim partiti sunt; ac primum quidem in monumentum miraculi, & in reliquias viri sancti religiose asseruarunt, vertere deinde in morborum remedia, quae multis per Indias sanitati fuisse, vna eius aquae stilla restitutis.

Non fuit quod sequitur, tam largo in multos beneficio diffusum, ut erat marinae in fluuialem aquam conuersio; sed mirabilius, & diuinius quoad rem operae. Ferebatur naui, cursu ventis & velis incitatissimo: sedebat in eius crepidine puer annorum quinque secure, ac placide, qui leui naui inclinatione in id latus, praecipue in mare deuoluitur, sorbeturque prius quam vela tot contrahi, & reflante vento, eximi aquis posset. Mahometi cultor pueri parens erat, dolore percitus, ima naui se abdit, suam & filij lamentaturus calamitosam sortem, nec maris aspectum sustinens quo sepeliri filium viderat, aegre tamen ex iis post triduum emergens latebris, sed neque dolendo nec plorando satur, Xauerio occurrit, qui cernens mœrore ac lacrimis obrutum, causam de qua nihil audierat ex eo inquirat. Ille filij casum ut contigerat flens narrat. Cui Xauerius mente intra se parumper collecta, quid sicut, Deus filiolum tuum in nauim restituit, sistatque illum tibi rediuuium, promittis te illi crediturum, & fore fidelem Christianum? verè an falsò, certè perfacile, & vltro promisit, fidemque obstrinxit: en autem post aliud triduum sub au-

21.

Mahometano  
filium in mare  
lapsum, sexto  
hinc die resti-  
tuit.

L I

roram

244

roram comparet filius in naui, margini lateris insidens ludibundus, & hilaris; sed planè ignarus, vbinam per illos sex dies egisset; aut qua manu, & modo redisset in nauim, hoc tantum meminerat se in mare prolapsum. Pater aspectu viuientis filij prope abfuit vt extingueretur præ gaudio, nec urgendus fuit ad promissi fidem, vltro illam, & liberaliùs etiã quam dederat præstitit, vxore si quidem, seruo, & filio secum ad Xauerium perductis, cum iis sacro Baptismo lustratus est, filiumque Franciscum de liberatoris nomine appellauit. Duo hæc admirabilitas tam prodigiosa, vectorum oculis, animisque vehementer ac iucunde impressit, effecitque vt Cinceum aduecti tacere illa aduenis non possent. Est Cinceum in oris Sinensium insula, mercatus frequens Indorum & Æthiopum concursu, insularumque maxime diffitarum.

22  
Baptizans,  
staturã Gigan-  
tis cõspicitur.

Ij à vectoribus & nautis mirabiliter ab Xauerio gesta cū audirent, ad videndū illum subinde in nauē confluere, & fuit cū simul quã viri quã pueri sexaginta numero adstarent, quibus ille in sua retia non absque tacito Dei nutu coactis, Christiana mysteria, legemque tradidit, nec finè dicendi fecerat, cū omnes confessi velle se fieri Christianos, erant autem ferè Mahometi sequaces, eadem in nauī expiati sunt sacro baptisate; in quo vir sanctus dum eos tingeret, insigni prorsus sui spectaculum ignorans præbuit; tam procera enim supra suam staturã eminebat, vt ab iis qui erant in littore, scamno insistere putaretur, cum autem huc illuc, sed eadem tamen proceritate se moueret existimatum id non humanitùs fieri, exploratumque est diligentius, dixit enim pro testimonio Stephanus Ventura curiosior indagator, ad hoc se in nauim euasisse, vidisseque suis oculis S. Patrem, tabulato vt cœteros pedibus insistentem, seipso tamen gigantis specie altiore, pertinentemque procul ad fundendam aquam sacrorum fontium, in eorum capita quos tingebar, mox vero peracto mysterio, in natiuæ mensuræ staturam & modum rediisse. Cincei quoque miro modo, cuidam mortem prædixit. Portabatur ægrotus notorum brachiis in scapham, ex ea in nauim inferendus, persuasus ab iis se illic mitius quàm in terra morbum, & tutiùs laturum. Xauerius qui tunc in littore diuini officij exsoluebat pensum, minime vero ait, quin imo in nauī omnino moriturum: ægroto nihilominus aut volente, aut eius baiulis salubre monitum parui pendentibus, ad nauim pergitur. Ferte igitur, inquit sanctus, quando ita vultis, sed scitote vos quem infertis vinum, elaturos paulo post mortuum. In nauim iniicitur, ingrauescit malum vehementissime, paucas intra horas defungitur, ab iisdem qui eum detulerant ad sepulturam exportatur. Cinceo versis Sancianum velis (vbi est Sinarum cum Lusitanis negotiatio) Cantonem diu iam præterierant, cum putarent illò se adhuc tendere, Xauerius certiore instinctu, retro longe Cantonem relinqui asserit, cui dum minus fidei daretur, iusto longinquius nauigatio ferebatur, nisi eam demissis velis inhibuisset. Præfectus nauis, dum recepta scapha quam in proximum littus miserat speculatum, de cursu itineris disceret. Sed ea triduo integro malè omnes tenebat sollicitos.

citòs ne  
miserat F  
ab Lusita  
curtas  
erant præ  
est allequ  
Lusitana  
subeant.

Insula  
rum dist  
insulas ap  
vocitant.  
gitur, cu  
Illic tat  
spatio fa  
expande  
necessari  
commer  
ctu suor  
tanis per  
rum tam  
extruere  
gere qua  
nec ferru  
desidera  
deranti  
laborum  
tuto fran  
ret ad i  
quod ip  
bant in l  
in lætiti  
nibus st  
ad portu  
nis oper  
da qui  
gendas l  
diendo,  
admodu  
ad subd  
Petrum  
Erat  
non tan  
dictus,

citios ne esset à typhonibus depressa. Verum Xauerius cuius eam suasu miserat Præfectus, affirmavit quamprimum adfuturam, reddituramque ab Lusitanis Sancianensibus, ad recreandos vectores escaria munera; occurrat quin etiam eorum naues, viamque in portum præituras, quæ ut erant prædicta, sigillatim euentus edidit. A puppi scapha nauim coacta est allequi, utpote metas itineris transgressam; post paulum adsunt naues Lusitanæ, cum quibus in portum insularum Sanciani, noui hospites subeunt, tribus ac viginti diebus ex quo Malaca discesserant.

Insularum dixi, vnam enim tres istæ referunt insulæ, adeo inuicem parum distant, idcirco *Sam-Ceu* Sinæ illas vocant, *Sam* enim tres, *Ceu* vero insulas apud eos sonat, Lusitani ut lubet alius Sanciam, Sancianum alij vocitant. Harum præcipua, Macaum versus in angustum cornu porrigitur, cuius extrema portum habent, milliarium trium lunari circuitu. Illic tatum præstat à ventis mare, præsertim typhonibus, alia insula leuæ spatio faucibus obiecta, aditumque nauibus ad portum ductu commodo expandens, cætera montibus coronantur. Insulæ rarus habitator; victui necessaria per pauca; ager adeo sterilis, ut sit exulum deportationi, quam commerciis aptior. Sinæ qui antiqua, seruitutis, aut capitis lege à contactu suorum finum externos nullo discrimine omnes arcet, hanc Lusitanis permiserant, ut dum quæstum ex eorum mercibus faciunt, ab eorum tamen consuetudine abessent. Nefas erat illic, mansurum quicquam extruere Lusitanos, tuguriolis dumtaxat è ligno, & carectis licebat se tegere quæ in appulsu contexerent, in reditu dissiparent. Verum enimvero, nec ferrum, nec seruitus sat habebant terroris ad arcendum ingressu tam desiderati imperij sanctum Apostolum, nisi prouidentia omnia moderanti aliud placuisset, destinata illi Sancianum erat tot itinerum, & laborum meta, quippe illi haudquaquam in posterum defore instituto fratres, socios caritate, quos eiusdem generositas spiritus raperet ad inferendum in Sinas ultimos, Christi Iesu triumphale labarum, quod ipse iam ad Sinarum portas figere præuertisset. Recessum parabant in Indiã suis cum nauibus Lusitani sed insperato viri sancti aduentu in lætitiã effusi, exceperere illum publicis gaudiis, & cum illo communibus studiis æmulæ pietatis, sacram ei ædiculam bidui opus, in decliui ad portum colle tetendere, ex nudis asseribus, & ramis; in ea quidem diuinis operabatur quotidie; verum, ad mysteria Christiana pueris tradenda qui erant in illis nauibus plurimi; ad conciliandos dissidentes, corrigendas libidines, & iniurias lucrorum, concionando, & confessiones, audiendo, portus, nauesque omnes pro templo illi erant. Sed habet aliquid admodum illustre quod ei contigit satagenti puellam nubilem collocare ad subducendam periculo eius honestatem, ut dotem Virgini conflaret. Petrum Vellium adit.

Erat is Mercator locuples, vir sociabili comitate, vitaque hilarior non tamen soluta, liberalitate in pauperes insignis, & Xauerio intimè addictus, quod eum sensisset animæ suæ studiosissimum; nam ex Iaponia

23  
De Sanciano  
Insula eiusque  
portu.

24  
Prodigiola  
prædictione  
Vellij largitas  
compenatur.

cum naui eadem veherentur, hortabatur illum Xaverius, vt partem aliquam nominum delere inciperet, quibus ob vitam antea actam obstrictus Deo tenebatur, & in se interdum vlceretur flagellis admissas culpas; excusanti mollitiem corporis, & debilitatem animum, quam vt ipse in semet posset, suis manibus scruire, deferebat suas ad hoc suo sumptu praestandum vices Xaverius, eumque Vellius obseruans, deprehendit clam quod in se susceperat acri suimet flagellatione exsoluentem. At enim Vellius quod mollius ab suo corpore, id ab sua crumena largius in gratiam pauperum exigebat, suggererebatque abunde Xaverio ad miserorum leuandam egestatem, in salutis praecipue lubrico nutantem. Eiusmodi fuit de orbata parentibus virgine quod narro. Ad quaerendam huic dotem, vir sanctus Vellium suum adit, scrupis reperit in amici aedibus cum eo ludentem, modestè ab eo stipem rogai in opus pia caritatis; is, vt erat maxime festiuus, leniter renutans; mala, inquit, aui, P. Francisce nunc quidem aduenis. Argentum scilicet ab inopi & lusore, & domi alienae? tibine videor opportunus, qui nunc de meo dem, cum lucrari contendo alienum? cui Xaverius, tempus omne ad bene agendum, esse idoneum; sed praesens quammaximè, ad erogandum in pauperes cum praesens adesset pecunia. Fingens Vellius obturbari; fiat, inquit, quando necesse est vt hac me molestia liberem. Cape sis, & arbitrato tuo sume, clauimque illi tradit, qua Taesum triginta millia, hoc est ducatorum aureorum quadraginta quinque millia clauduntur, ex quibus vir sanctus decerptis, qui doti conficiendae sufficerent trecentis nummis, Vellio clauem restituit. At Vellius postea scrinium recognoscens, ne obolum quidem, nummorum suorum numero deesse comperit, ferensque id aegrius, exoptulauit deinde beneuole cum sancto, hanc rei suae parsimoniam minus confidentem; respondet is se ducatos cepisse omnino trecentos. Ego, ait Vellius, nec vno imminutam animaduerti summam, vt cumque vero sit P. Francisce, parcat tibi Deus; mea mens fuerat cum clauim tradidi, vt diuideremus, ex ducatorum millibus quadraginta quinque; tu partem mediam auferres, mediam mihi relinqueres. Quod ab eo ex animi sensu, sincero, & serio prolatum introspicens Xaverius, inflammato vultu, & animo ardens, qualis cum Deo implebatur; Petre, inquit, illa illa consilij tui mens, in eius oculis, qui consiliorum & mentium pondus videt, ac librat, pro rata, veraque sancitur, tuumque id velle, pro facto tibi benignè imputat; copiose tibi suo tempore id repositurus; Verum interea, hoc tibi ab eo spondeo, vitae subsidia, eaque commoda minimè vnquam tibi defutura. Incursum te quidem egestatis discrimen, sed praesto amicos adfore, qui suis opibus ab eo te eximant. Ac praeter haec omnia non prius te fato functurum, quam diem mortis praesciueris. Mirum dictu exinde mutatus in alium Vellius, omnes curas in animam conuertit, vnus intentus pijs operibus, sub conditione mercatoris vitam hominis ducens prope religiosi. Nec credibile est quam iucundè illa sancti viri promissa, frequenti memoria versaret, illud potissimum

de

de vitæ  
 tia nec  
 reuher  
 eo id sci  
 num an  
 vaticinia  
 prospero  
 affatim  
 tum non  
 gam, &  
 solenni  
 poscit ad  
 retulit,  
 que ipsu  
 nuntio p  
 bus pate  
 quisque,  
 sus: Cec  
 sapore,  
 fide, ho  
 coniectis  
 sancti, c  
 mortem  
 in filios  
 reliquit  
 eximie v  
 fabulant  
 miae viti  
 ditate co  
 tristi cog  
 in templ  
 tum ed  
 post qua  
 ter statui  
 Suspensu  
 tatis fam  
 sti oracu  
 nile deli  
 cum mir  
 adhuc vi  
 solution  
 geret, n  
 mur, do  
 por, &

de vitæ exitu certa notitia præuertendo. Quòd tamen huius prouidentia nec modum, nec tempus distinctè notasset, idque nihilominus rescire vehementissime cuperet, tenere se minimè potuit, quin aliquando ex eo id sciscitaretur. Ille nihil cunctatus, aut hæsitans, cum tibi, ait, vinum amarescet, mortem para, & scito tunc illam instare. Videamus hæc vaticinia, quibus demum euentis sancita sint. Vitam duxit Vellius decursu prospero, ad decrepitam senectutem, pecuniosus, & copiis rei familiaris affatim locuples. Interdum accidit, vt creditoribus, fortunæ vitio tantum non decoqueret; amici re statim cognita opem contulere tam largam, & celetem, vt etiam necessaria superesset. Tandem die quodam solenni amicorum conuiuio dum valens, & alacer accumbit, pateram poscit ad bibendum, quæ ori admota pro vini sapore, feliis amaritiem retulit, moxque oraculi recordatione animum pererrante; corpus quoque ipsum peruasit horror, quali homines solent improuiso mortis nuntio percelli. Volens tamen rei certior fieri, prægustandam affidentibus pateram porrigit; rogat ecquid iis hoc vinum sapiat? optimum quisque, & delicatum pronunciat; quibus parùm adhuc liquido persuasus: Cedo, inquit, alios siphos, & alia vina, sed eodem cuncta ingrato sapore, & amaro palatum foedabant. Quare de vaticinij exeuntis præsentis fide, horaque deinceps nihil dubitans, post vitam Deo apud se tacite, coniectis sursum oculis deuotam, conuiujs narrauit prædictionem viri sancti, quam suus tunc firmabat euentus. Ex hinc igitur ad parandam mortem incumbere penitus. Magnam partem bonorum in pauperes, in filios cætera partiri, quos ab re familiari locuplete instructissimos reliquit; demum vltimum vale, & suprema verba amicis dicere; qui eximie valentem & alacrem, cum audirent, de proximo suo è vita discessu fabulantem; suspicati sunt, mæroris cuiuspiam inopini, vel senectutis nimia vitio delirare, vtque omnes illum amabant summopere, sic iucunditate consuetudinis amenæ, ac iocosæ, omni arte studebant ab ea tam tristi cogitatione auertere. Contra ille rogatos vt sibi potius dicto die in templo adessent; quamprimum illic parari iusta funebria mandauit; tum eò se conferens, sacro muniri viatico, sacro oleo inungi flagitat; post quæ in feretro seipse componit, vt solent humanda cadauera decenter statui. Sub hæc sacrum iubet, ritu sibi solenni, pro defunctis cantari. Suspensus aderat inauditæ rei expectatione innumerabilis populus, nouitatis fama illuc euocatus; alij euentus curiositate quem de Xauerij cœlesti oraculo, suismet oculis optabant cernere; alij lato risu profecuturi senile delirium Vellij. Re diuina denique peracta circumstans feretrum cum ministris Sacerdos, supremum funeris Christiani responsum, illi adhuc viuo de more decantat, restabatque iam nihil ad parentalium absolutionem, cum accedens ad feretrum seruus, vt eum tandem ex eo erigeret, mortuum inuenit. Ingens primum hic omnium qui aderant murmur, donec tota de re aperte singulis constaret; tum admiratio, & stupor, & piæ lachrymæ; ac voces gratulantium, & celebrantium sancti

Patris beatam memoriam. Sparsa demum totis longe Indiis rei fama, eamque consequens peculiare in tantum Patrem, tum religionis incrementum, tum largitatis in pauperes, quam Deus in Vellio tam felici vita, morteque pensauerat.

25  
Alia mirac. in  
Sancian &  
propheticus  
spiritus.

Præter hoc tanti prodigij insignis, lego in iisdem de Xauerio actis, in Sanciano item reuocatum ab ipso in vitam ex morte puerum, sed miraculi adiuncta singula, cum acta fileant, & ipse omitto. Fufius illud atque distinctius enarratur; infesta crudelem in modum tigribus, vicina circum regio vastabatur, grassabantur inenitabili rabie turmatim, viros iuxta, & pueros deuorantes; nocte quadam iis obuiam procedit Xauerius, lustrali aqua inspergit occurrentes, vetat illas genuisque vniuersum damni quicquam in posterum illis tractibus inferre; sortita est vim suam iussio, nulla exinde tigris illic comparuit. Ibidem etiam cognouit de rixa Præfecti Malacensis, & Bernardini Sosæ ex Molucis appulsi, eamque narrauit Lusitanis, qui re per nuntios postmodum vulgata, collatis temporibus aduerterunt non potuisse ab eo nisi Deo docente resciri. Nec minus dilucidè, casus nauis longinquæ didicit, quos nosse intererat plurimum. Macao Iaponiam versus, altum facile tunc tenebat, cum typhone, cuius exitium vix nisi miraculo vitatur, deprehensa, miserè anxios torquebat mercatores, qui societate negotij, rem omnem suam ei crediderant. Et si vero exile inde sperarent solatium, auebant tamen maiorem in modum, de illius periculo doceri. Ergo sanctum Patrem cum de eo adiiissent, confidenter, ex certis de cælo, quibus futura, & semota discebatur, responsis; de nauis iussit securos viuere, portum enim tuto in Iaponia tenere. Quibus tunc quidem plurimum recreati, eius reditum placidè opperiebantur. Sed vbi elapsa tempestate ad reditum vtili, non redibat, in eosdem angores redacti, eundem illorum consulunt Medicum, qui diffidentia ipsorum benignè increpita; nauim ante finem illius hebdomadæ affirmavit Macai in portu ad futuram, & vero post biduam adfuit, prosperè typhonibus defuncta, & magnarum opum onere superba. Hanc porro mirabilem, futura, & longè dilata cernendi, edicendique facultatem quam sublimi gradu vir Dei possederit; plus quidem satis ea conficiunt, quæ libris his quatuor sum complexus; sunt tamen eius miracula, sunt vaticinia eo numero, & magnitudine, vt vastam compositura sint historiæ molem, si quis omnia comprehendat; quæ vt certo spatio definirem, hanc mihi legem imposui, ne quid hic scriberem, nisi quod publicis actorum eius auctoritatibus testatum inuenissem: nam vt sacri scriptoris mentem mouens, ac stylum diuinus Spiritus in sepositis à Dauide ad ædificandum templum, immensis opibus; auri solum talenta, & metalla suo numero designauit, copiam viliū metallorum absque numero sat habuit dicere; ita in censuris Apostoli nostri prodigiis plus satis fuerit aliqua posuisse admirationē promerita maiorē, & iuridicis tabulis accuratius probata. De cæteris obiter sufficit, quod productus in India iudex pro testimonio asseruit, ea tantū quæ narrando audisset, posse ingens

volumen

volumen  
quot vi  
ea etiam  
breuiari  
nicos co  
gna qua  
ethnicos  
dictum f  
dua, tam  
stineta,  
tempora  
omnibus  
inesse p  
in Moza  
dam amb  
qua num  
quidem  
uincia n  
di vltra  
quod no  
quoque  
aduerti.

Aduer  
celebra  
traicere  
damnis  
go omni  
contenti  
obicere  
finium t  
carceren  
tulum i  
femine  
tius ipse  
esse Sin  
tius nih  
te duric  
cedenti  
rantope  
à magis  
adhuc c  
in aqu  
esse im  
ratis,

volumen conflare; deinde quod addunt iurati oculatique testes, quotquot vir sanctus ægrotos tangetet omnes valuisse; neque is modo, sed ea etiam quæ utcumque ad illum pertinerent, lipsanoteca, flagellum, breuiarium; precatória corona; depactæ cruces; eam ob rem etiam ethnicos cœlestem hominem, & prodigiorum magistrum vocitasse: regna quædam per eum ad Christum perducta inter sæuientes contra se ethnicos, repetitis mente miraculis quæ ab eo patrari viderant suffulta, dictum fidei Sacramentum, inuiolabile seruasse. Vaticinia vero, tam assidua, tam singularibus, & disertis rerum, temporis, & locorum notis, distincta, vt Prophetiæ habitu pro arbitrio vti, non more aliorum vsu temporario frui censeretur, nosseque omnia, sed enunciare id solum ex omnibus quod liberet: quod cœli munus ad vaticinandum sibi iam rum inesse prodidit cum necdum Indias attigisset, naui enim qua Vlyssipone in Mozambicum vectus est futurum naufragium minatus, illud quibusdam ambagibus descripsit; inde semper vsque ad obitum perinde longinqua nunciauit, & ventura prædixit, vt si vtraque spectaret oculis, & quidem munero tam ingenti vt Antonius Quadrius vir grauis, & Prouinciæ nostrorum in India Rector nõ dubitaret asserere potuisse huiusmodi vltra centum millia se referre, si par memoria retinendis fuisset. Verum quod nota iam, assuetudine, ac numero videri mira desuissent, notari quoque desuisse, nec ad ea magis, quam ad aliorum consuetum sermonem aduertit. Sequamur ad reliqua.

Aduentum Xauerij, quantis Lusitani qui in Sanciano negotiabantur, celebrauerint gaudiis indicatum; ast vbi auditum eo consilio adesse vt traiceret in Sinas, quæ illorum in carum parentem affectu intimo, quædamnis etiam priuatis, lætitia omnis, tristi moerore mutata est. Ergo omnes rogando, terrendo, alia suadendo illum ab eo itinere omni contentione auertere. Sinarum leges aduersus extraneos sanguinolentas obicere, Mandarinorum in iis exigendis sæuitiam inexorabilem, custodes finium totos oculeos, & falli nescios. Si ad certam necem, aut perpetuum carcerem obstinatus veniret, non abesse longius ab utroque, quam quantum insula à continente distaret; sin campum posceret Euangelij femine conferendum, aliò per Deum conatus iterque flecteret, vbi certius ipsi lucrum salutis alienæ quàm vitæ propriæ damnum foret. Idem esse Sinas viuentem ingredi, & mortuum exire, expectari saltem mitius nihil posse præter sepulturam æterni carceris, inter calamitates morte duriores. Id veris nimium, & terribilibus exemplis notum esse; præcedenti anno miseros nautas Lusitanos in littus Cantonense, quod ipse tantoperè ambiret, transuersum actos cū mercatoribus, Barbarum in motè à magistratu directos, subterraneis specubus conditos vel interiisse vel adhuc cruciari, fuisseque iis capitalius Sinensem oram tetigisse quàm vltro in aquis perire. Ex quibus ab sancto volebant intelligi hos eius spiritus esse immodicos, & illi etiam atque etiam videndum ne forte specie caritatis, proiecta sponte in hunc modum vita, temere Deus tentaretur.

Quo

26

Prima obstaculo Xauerio in Sinas obiecta.

Quo vero pacto iis satisfecerit, non potest vberius quam ex ipso cognosci. Responſionem viri ſancti, Franciſcus Perez, de quo nuper mentio incidit, poſteris tradidit, in qua recensitis, quibus ille in Sinas è Sancio tam pauendus & formidabilis transitus horrebat periculis, ſubdit remanentem, multò manere grauiora, tametſi minus perſpicacibus ignota, quæ longum ſit cuncta pertexere, Pauca, inquit, hic ſolum indico. Primum ſit diffidentia diuinæ bonitatis, & prouidentia, hoc ſceleratioꝝ futura quòd ad docendam hos populos legem Dei ſanctiſſimam, eiſque Filium Chriſtum Ieſum ſalutis fontem, non eiſ huc tantum amore adductus ſum, verum etiam inſtinctu atque conſilio: eiſ itaque ad hoc opus peculiari beneficio delectus, de illius ope ſi ambigam; ſi terriculis victus quæ coram explicantur, retro cedam, num deterius ſit, quàm quicquid malorum eiſ hoſtes minantur; quid autem in me vel auſuri ſunt dæmoneſ, vel eorum miniſtri, niſi quod omnium præpotens, ac moderator Deus iſ licere voluerit, iſ vero ſi deſenſioni & præſidio mihi adſit, quid metuendum ſupererit. Addite, me Chriſto ſic morem geſtutum decretoriè admonenti, *qui amat animam ſuam perdet eam, qui autem perdiderit eam, propter me inueniet eam*, quod eiſ item illi ſententiæ congruit, *qui ponit manum ſuam ad aratrum, & respicit retro, non eſt aptus regno Dei*. Igitur animæ, quàm fluxu corporis cum ſit abſque vlla comparatione formidabilior alea, nec poſſim de eo dubitare, fixum mihi eſt ratumque vitam hanc fragilem, pro immortalis & æterna paciſci. Quid plura? certum eſt in Sinas pergere, nec vllis machinis cœpto abſiſtere, adſit modo eunti Deus ad propagationem ſanctæ ſuæ legiſ; intentent ac vomant inferi quicquid norint, ac volent, Flocci mihi ſunt cuncta; nam *ſi Deus pro nobis quis contra nos?*

Hæc ille cum Franciſco Perez; hæc magis amicæ quam prudenti Luſitanorum pietati reſpondit; qui naçti quibuſuis dictis immobilem, nec eiſ capaces Philoſophiæ tam nouæ, audendi cauſam Xaverio ſuſpicati ſunt hanc eſſe, non quod pericula nihil poſſent ad infringendum eiſ propoſitum, ſed quod, & fingi, & exaggerari omnia fingeret. Quamobrem Sinenſes mercatoneſ, qui tunc illic negotiabantur ad eum legarunt, eadem illi conteſtaturuſ pericula: quod iſ contra mentem omnino recidit, nam iſ Sinenſibuſ qui plus cœteris ſapiebant, pauca de rebus Chriſtianis ex eo audita, vſque aded probata ſunt, vt metum illi omnem excuterent, tantum abeſt vt illum à profectione abſterrerent. Hortari tantum libroſ ſecum ferret quibuſ integra legiſ Chriſtianæ continebatur diſciplina. Miſſoſ enim haud pridem ab Imperatore, in regna confinia, diuinorum peritoſ, qui myſteria, doctriſnam & religioneſ cognocerent à Sinenſibuſ deuerſaſ, quò mantio mirifice geſtiens, in ſpem venit minime dubiam, Chriſtianam fidem inter inconditoſ tot ſectarum erroreſ, & ſtrepituſ ſi ſemel audiretur de iſ omnino triumphaturam. Sic animo incredibiliter affectuſ, parare ſibi interpretem incipit, quem enim Goa duxerat Antonium Sinenſem duxerat, præterquam quod erat linguæ Mandarinorum  
aulicæ

aulicæ  
labore,  
licæ, &  
ſiſ, &  
rentem,  
ad Imp  
apud Si  
contine  
auſuro  
vitæ am  
Capoce  
adforet  
pretio l  
tunc ve  
ctuſ me  
gendæ,  
ſuæ im  
domoru  
miſ int  
te lucer  
ſtim op  
Proregi  
inuolab  
primi  
Equide  
lum ad  
accepto  
alterum  
ad alioſ  
addicat  
bertate  
catore  
promiſi  
rum.  
Et ha  
ctæ, ex  
meſ, ge  
gotiato  
& mal  
hac ſua  
ſitan m  
inuolat  
peſſum  
ne con



aulicæ ignarus, vernaculam quoque defuetudine amiserat. Quare multo labore, inuenit tandem ei muneri opportunum, scientissimum linguæ aulicæ, & vulgaris, specie cultuque liberali, nec rudem scripturæ Sinensis, & quod intererat plurimum, propensissimam operam Xauerio deferentem, seu res nostras aueret cognoscere, seu decus ambiret ex duce do ad Imperatorem exoticarum Magistro doctrinarum, quarum erat ingens apud Sinas existimatio. Maioris fuit negotij, nautas inuenire à quibus in continentem portaretur, quod nautis, remigibus, & cuiuis alteri tale quid aufuro pœna capitis instaret; fuit nihilominus apud quem lucri quàm vitæ amor esset validior. Sinensis mercator inter suos honestus nomine Capoceca deuehendum suscepit in Prouinciam Cantonensem, si modo adforet dignum operæ pretium, conuenit in pondus piperis trecentorum pretio Pardaum, quorum octo regales Hispanicos, conficiunt singuli, tunc vero duodecim: hunc piperis numerum à piis, & amicis Vir sanctus mendicans corrogauit. Restabat decernendum de modo rei peragenda, promisit mercator se illum cum filiis intempesta nocte scaphæ suæ impositum, surdo remigio eiecturum in littus procul à frequentia domorum, inde is sibi quæ posset latebras captaret, quem modum si nimis intutum putaret, occultaturum se illum domi, & quadriduo post ante lucem expositurum ad portas Cantonis ciuitatis, vnde illum confestim oporteret Mandarinum recta se sistere, eique literas Goani Episcopi, & Proregis ad Imperatorem exhibere. Sed hæc tanti secreti religione tam inuiolabili silenda viro sancto commisit vt nullis sibi etiam tormentis exprimi sineret, vel nautam, vel scapham, vel domum in qua latuisset, Equidem, ait ad amicum scribens, aduerto me duplex hac in re periculum adire; primum ne mercator nauo priusquam promissa exsoluerit accepto, vel me in desertam exponat insulam, vel in mare demergat; alterum ne in me furorem exerat Cantoni Præfectus Mandarinus, meque ad alios deterrendos atrocibus necet suppliciis, aut sempiternis vinculis addicat, sed dum vocantem sequatur Deum, eique obtemperet, addit libertatem, vitamque ad eum se nihili pendere: hoc mentis robore cum mercatore pactus, pardaos trecentos in sequestri manu deposuit, & iuratus promisit se nullis aut minis aut cruciatibus, arcani fidem violaturum.

Et hæcenus quidem Apostoli magni spes, optatis progressibus subuectæ, exin retro defluere, ac labi. Prima illas in ruinam impulit lucri famæ, generosi cuiusvis ad Dei honorem consilij germana pernities. Negotiatoribus Europeis sua cupiditas, conflauit miros vt assolent timores & malorum omina nunquam futurorum; mussare inter se profectioe hac sua præcipiti. P. Franciscum se quoque in præceps trahere, licet forsitan minus, aduertent. Mandarinum prouinciæ proximæ Cantonensis, inuolaturum sibi cum exercitu repentino, bonaque ipsorum, & vitam pessum pro sua libidine habiturum, abrogaturum absque vlla dubitatione commercij ea in insula, dissimulati potius quam permissi cussum;

M m

magnas

27

Alia à merrât,  
obiecta remora,

magnas inde in priuatos iacturas, grande in nomen Lusitanicum dedecus, & probrum: his pleni suspicionibus, metuque anxij, conuenire ad Xauerium ditissimi quique, & omnem timoris, & ingenij vim ad rogandum illum depromere, si minus sui, at saltem ipsorum miseratione tangeretur, quorum omnium pater esset. Ne iptos secum in idem exitium raperet; nec se, nec liberos, nec tam multos eiusdem nationis, ea esse virtutis & animi celsitate qua ipse pollebat. Oratione denique fusa, & querula exposuere illa damna, quæ certo certius ex illo ipsius ad Sinas ingressu passuri erant ingentia, quibus præcauendis ad ipsum publicè veniebant. Non passus illos diu perorare, vt vitæ contemptor propriæ alienam seruaret, sancte iis fidem suam obstrinxit, non ante se portu exiturum, quàm omnes onustis nauibus, confectisque negotiis abiissent. Itaque Sinensis mercator, qui cum de se in Sinas transfuehendo conuenerat sui cuiusdam negotij causa etiam recessit. Fide tamen dieque condicta se breui rediturum, quòd in portum non valdè distitum nauigaret. Inter has rerum suspensarum moras, febris tentatur Xauerius, molesta magis quam timenda, quod hac intercipi sua consilia videret, quanquam huic amicorum quorundam seu nimium, seu parum sapiens caritas, haud paulo molestior accedebat, adibant iacentem, & de illa febris fatidicè philosophabantur; Dei vocem hanc esse non dubiam, displicere id sibi ad Sinas iter admonentis, ac si vir sanctus sic obsurduisset diuinis iussibus, vt esset illo verberum strepitu excitandus, aut in Deim mentem, Apostolo descendissent altiùs mercatores, eiusque ad illum mitteretur interpretes. Còualuit altera morbi hebdomada, integravitque, non primum ardorem, cuius nec tenuis euauerat scintilla, sed animi comparationem ad tam gloriosum, tantumque facinus quanta erat totius Imperij Sinensis ex tyrannide Dæmonis in Christi iura, legitimi Domini, asserta possessio; si tamen aiebat, non abnueret Deus se vilem homulum ad tantum opus adhibere.

Hoc vno mirificè reficiebatur, partem magnam diei, mari obambulans, cum Sinas prospiceret, eoque vota & suspiria præmitteret, quòd nondum vocem, & operam poterat; sic moras fallebat, & impatientiam amoris, quam optati boni consuevit expestatio incendere, vel in longum, vel in dubium protracta; & quòd propior boni spes, eò durius animum torquere; liceret dumtaxat in littus illud exscendere, tanto labore, periculo, ambitu quæsitum; cæterum, quo res desineret, nihil adlaborabat, cum ea nisi in alterum ex duobus non posset recidere, quorum æquè propemodum vtroque contentus gauderet; aut vitā suscitandis à Christo ex morte idololatriæ, Sinensibus conferre; aut Christum Sinensibus prædicando mortem ab iis referre. Nihil ei lætum paucis quibus superfuit diebus, nihil non triste & acerbum fuisset, spe vtraque per mortem excidenti, nisi verè sanctis vnum Deo placèdi studium instar omnium foret, & omnium sui que ad eò oblitos, ne damna quidem proprij mouerent commodi, sed vna Dei voluntas pasceret ac bearet; æstuabat enim interea

terea iis  
uebat, q  
naues L  
dunt.

Dat i  
mum Iac  
tulerat f  
suppleat  
non des  
moniam  
& cum f  
tuis erg  
dia com  
gigent.  
bonitas  
imputab  
Malacau  
de Socie  
ptos Co  
nere ret  
esse inno  
mæ imp  
Francisc  
& alio i  
fert idem  
olim Sa  
infelice  
scopo ad  
dem Alu  
promul  
rationib  
suimet f  
dem obi  
Societa  
rent con  
eundem  
tem adn  
pares, c  
tibi ager  
quodqu  
comper  
mercato  
potuit,  
discessu

terea iis affectibus sancta mens, quos vicina expeditionis persuasio mouebat, quibus dum solidos cum Deo absumit dies, ventis vocantibus naues Lusitanæ omnes præter vnã, qua vectus fuerat, vela pandunt.

Dat iis Malacã, & Goam literas, fidum in paucis, & sibi carissimum Iacobum Pereirã consolatur, quæ sua causa egerat, & quæ pertulerat singularibus gratiis prosequens; Deus, inquit, tibi eam reponat, suppleatque ad hoc tenuitatis meæ vices; precibus quamdiu spirabo non desinam, vt tibi dum vixeris, & valetudinem corporis, & sanctimoniam animi conseruet; defunctum vero beata donet immortalitate, & cum satis intelligam exiguum id quod possum ac valeo, esse multis tuis erga me meritis longè impar; nostris omnibus qui versantur in India commendo, vt iunctis meum ad Deum votis, idem tibi ab eo efflagitent. Si vero meum in Sinas iter ad Euangelij prædicationem diuina bonitas fortunarit; profecto post Deum id tibi acceptum feretur; & imputabitur tibi ea laus à Deo in cælo, & ab hominibus in hac vita. Malacã præterea P. Francisco Perez mandabat, vt quotquot illic essent de Societate inde omnes exirent, Petrum Syluam rogans sua nauì exceptos Cocinum transfueheret; Perez illic solus stationem in Rectoris munere retineret, Antonius Eredia Ormuzium mitteretur, æquum non esse innocentes illos, peste, fame, & iisdem cladibus, quæ vrbi miserimæ impendebant, cum nocentibus inuolui. Mittebat quoque ad eum Franciscum Fereirã dimissum è Societate, solus cum Antonio Sinensi, & alio iuvene, neutro religioni adstricto subsistebat. Multis denique, refert idem Perez, Malacensem Præfectum Aluarum Ataidem lugebat, vt olim Samuël Saulem, & calamitates inculeabat, quæ oppressuræ erant infelicem. Berzeo Goani Collegij Rectori negotium dedit, vt ab Episcopo ad Malacensem Vicarium literas obtineret, quibus iuberetur eundem Aluarum exsecratum, & abscissum à communione Ecclesiæ promulgare; eiusmodi homines, qui nec animæ suæ, nec Dei ipsius vllis rationibus mouerentur, dedecore publico, debere ab lethargo suo ad suimet sensum reuocari; præterquam quod posteros Præfecturam eandem obituros oportebat ab eodem sacrilegio deterri, ne hominum de Societate in Molucas, Iaponiam, & Sinas mittendorum, sanctos eliderent conatus, & labores intercluso transitu perderent. His quoque ad eundem Patrem seuerissimum adiunxit præceptum, paucos in Societatem admittendi, admissos serio admodum probandi, probationibus impares, constanter dimittendi. Cum isto, inquit, hominum genere, idem tibi agendum, quod istic à me cum multis similibus fieri tute ipse vidisti, quodque postremum cum socio meo egi, quem vbi Societate indignum comperi, ex ea eieci. Suptemas has literas velut spiritus sui reliquias, mercatoribus tradidit in Indiam perferendas; qua in re vti amico illo non potuit, qui eum Sanciano appulsum hospitio secum exceperat, vt cuius discessus fugienti fuisset quàm abeunti similior.

28

Literæ &  
mandata Xau.  
ante illius  
mortem.

276 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

Is Xaverio clam ( nec causam reperio ) Malacam reuerti statuit , velis noctu aptatis , nautis esse in procinctu iussis , dum sacrum perageret vir sanctus , summo mane aufugit , ac tanta quidem præcipitantia velut metueret , ne maris hiatu illo die insula forberetur ; neglectis etiam vsque ad eò rationibus priuatis , vt nec sustineret quam sibi ex Sinis acciuerat nauim expectare , æquè illo eodem sub vesperum die portui applicuit. Conuersus ad adstantes post rem diuinam Xaverius , lustrare singulos , & eum oculis vestigare , suoque illum nomine designans ; Vbinam , inquit , talis ? responsum soluisse , ac Malacam versus iam altum tenere. Ad hæc Deo sermonem suggerente , quò sua , inquit , peccata miserum auehunt ? quem fugit ? quòve expellente ? cur nauim è Sinis aduentantem noluit expectare ? eccam , intento illam in mare digito demonstrans , sibi quidem Deo obiiciente spectabilem , cæteris minime , quamuis longo prospectu oculos in mare contenderent , vt quæ adhuc abesset longius ; Malacæ quid velit , miser nimium nouit , mortem ignorat , quæ vix reducem occupatura est. At mortem cuiusmodi ? nec vltius effatus , audientes variis , cogitationibus implerat , cum ecce paucis inde horis nauis quam notauerat digito , apparet. Mercator fugitiuus aliquot ab reditu diebus , cum refarciendæ nauis lignatum isset , à prædonibus , cultris confissus est.

30  
Postrema Xa-  
uer. ærumna.

Soli tunc post nauium discessum Xaverio , vna tantum in portu residua , quis credat eò vsque necessaria defuisse , vt cogeretur per Antonium à S. Fide mendicare quod sustinendæ vitæ sufficeret ? confirmat id tamen testificatio Lusitanorum trium qui aderant , huiusque nonnulli , nautarum accusant barbariem , per quos Præfectus Malacensis vtpote famulos , sanctum quanquam longe absens affligeret. Quod etsi non pernegem , sed malim etiam referre ad illam Dei clementiam masculam , qua tractat durius , quos amat tenerius , videturque tunc illos abiicere , cum eos penitus animo recondit ; exaggerandis videlicet illorum meritis ad gloriæ cumulum , & posteris consulens ad tolerantia documentum. Verum tam ardua , & celebranda fors , non est nisi magnarum mentium , velle abiectos mori , omnisque caduci solatij exsortes , defectos suorum auxilio , exterorum miseratione , cælo , terræque in speciem inuisos. Huiusmodi obitum dispensante annos illius & momenta Deo , fortitus , est Indorū Apostolus , quem ethnicis quoque , Mahumetanis , & Barbaris tota India venerandam , si mors inter illos vbiuis locorū oppressisset quanti ad eū & quam mirabiles futuri erant concursus populorum ? at enim huic desertam hanc solitudinem contentionum metam esse voluit Deus ; huc illum tam procul euocatum , tam ærumnosus itineribus perductum , nobilitatum splendidis & corroboratum miraculis , in ipso votorum exitu & conspectu , sanctissimi ambitus iam iam fastigia prehendentem ; destituisse visus est omni ope , & duris commissum casibus , vni sustinendum patientiæ reliquisse. Qui suam illi , tam liberaliter detulerat operam interpretes ; etiam illiberalius subduxit , siue aliquo metu exterritus seu quod quidam

quidam ai  
eundi per  
contra pa  
fractus , g  
iactabat ,  
num prox  
tas per leg  
tium quo

Goa qu  
diturum ;  
tantibus ,  
in cælo ,  
sex circun  
mus , annu  
iis quinq  
ac horam  
Deus & A  
feruit. Tan  
ceps cogit  
uit ; temp  
cus mare  
& desider  
turno tæc  
Deo ater

Die No  
corripitur  
ægotis , l  
stri , à Ne  
qui fauce  
portumqu  
petua nar  
hibebatur  
rogauit , v  
miserico  
per aquil  
transferri  
& palea  
modius :  
tium. Qu  
foret arbi  
porrexit,  
Nec supp  
dem, qui  
tur , & e

quidam aiunt, suadentibus Lusitanis, fixus nihilo lentiùs in proposito eundi pergebat vir sanctus, cum à nauarcho item nusquam apparente contra pacti fidem desertus est. Nec his quoque tot aduersantibus infractus, generosos conatus in regnum Siani retulit vbi fama inter nautas iactabat, legationem publicè ab Rege ad Imperatorem Sinarum in annum proximum adornari. His ardentem curis ac desiderijs, diuina bonitas per legatum alium conuenit, hoc est mortis vicinæ certissimum nuntium quo ab eo in cœlum vocabatur.

Goa quidem abscedens, iam inde præceperat, nunquam se illuc rediturum; familiaribus nonnullis, & Cosmo Annesio nominatim, sciscitantibus, ecquando inuicem reuisuri? in vita nunquam, responderat, sed in cœlo, vel vt ferius in valle Iosaphat. In Sanciano prætetea Lusitanis sex circum adstantibus; vasa, inquit, ad iter in cœlum, & mortem paremus, annum insequentem pars nostrum maxima non videbit, & vero ex iis quinq; ue illo anno, in quibus ipsemet, obiit. Restabat diem denique, ac horam beati ad cœlos transitus prænosset. Sed neque id illum celauit Deus & Aghiarus nauclerus, fuisse sibi ab eo indicatum iureiurando asseruit. Tam dulcis, & amica parati præmij denuntiatio, omnes eius deinceps cogitationes, ab Sinis in quibus penitus habitabant, in cœlum reuoluit; tempus omne quod morbo præcessit, in eo ponere, deambulare secus mare, erecto in cœlum aspectu & animo, totusque, beatis lacrimis & desiderijs incendi, nihil iam nisi de morte, colloqui, de vitæ huius diuturno tædio, de illa nunquam desitura, nullis interpungenda labeculis, Deo æternum potitura, eundemque æternum amatura.

Die Nouembris vigesimo, eoque dominico, sacris operatus, febris corripitur, quodque illic tolerabilius nihil esset, in nosocomium cum ægrotis, hoc est in nauim se recipit. Verum longo quotannis quadrimestri, à Nouembri ad Februarium, cum finem illum infestent aquilones qui fauces portus, & insulam tribus milliaribus distantem interfluit, portumque ipsum eodem impulsu vexare soleant, fluctuatione illa perpetua nauicans vir sanctus, mentem in Deo tranquille, & integrè prohibebatur defigere. Quare postridiè Ludouicum Almeidam præfectum rogauit, vt se in terra deponi mandaret: proiectum in littore conspicatus misericors, & beneuolus Lusitanus Georgius Aluares, ferre non potuit, per aquilonium frigus sæuissimum, virum talem tam indignè iacere; transferri iussit in suum mapale non longe à mari, exiguo colli è ramis & palea instructum, cœli quidem iniurijs peruium, sed deteriori commodius: Die insequenti dolor lateris ingrauescens, pleuritidis fecit inditium. Quare ab Aluare rogatus vt venam laxari pateretur, velut in eius foret arbitrio qui sibi tectum præbuerat, mittendo sanguini brachium porrexerit, quanquã gnarus chirurgos cuiusmodi possêt is locus cõmodare. Nec suppetebat alius præter nauis chirurgum, in arte nouitium ac rudem, qui venam secuit adeo imperite vt conuulsis neruis animo linqureretur, & exinde cibum omnem horreret, quem sane horrorem lenire non

31  
Obitus sui  
prænosset tē-  
pus.

32  
Supremus  
Xau. morbus.

poterant, pauca (quod vnum aderat) amigdalæ exeunti è navi à Præfectoro pro delicatis bellariis donatæ, haud tamen vetuit hic casus quin alteram venæ sectionem eodem brachio admitteret, quæ cessit priori non multo felicius. Ibat morbi vis quotidie in peius sed prostratis naturæ viribus, sua tamen ori, & animo tranquilla serenitas mansit; pertigitque vir sanctus ad diem 8. & 20. Nouembris, fixis modo in cælum, modo in crucem, quam nunquam è manibus dimisit oculis, vbertim flens, & Christum morientem suauissimè alloquens. Post hæc præsentem cum semper animo hæctenus constitisset, tantisper exerrauit, vix vt delirium putasset, cum nisi pia & diuina, suumque in Sinas transitum memoraret; inde voce ac viribus defectus, cum obmutuisset per triduum, videreturque statim animam acturus, resumpto mox spiritu ad sacra colloquia rediit, quorum vtinam particulæ aliquot, quas ederemus superessent, specimen deliciarum cœlestium, quibus incipiebat iam tum frui; sed tugurij fores obstrepentium molestiam deuotans occludi iusserat, & refert Antonius à S. Fide latino tunc sermone vsus quem ipse non caperet, iteratseque sapius illud *IESV fili David miserere mei*, &c. ad Cœli Reginam *monstra te esse matrem*, quodque in ore familiare illi fuit. *O sanctissima Trinitas*. Ad extremum absque vlllo cibo exegit biduum, ornamenta sacra quibus ad altare utebatur, & scriptos ab se de Christiana doctrina codices (erat hæc diuiciarum eius summa) reportanda in nauim curauit.

33  
Moribundus  
abstanti iu-  
ueni exitium  
prædicat.

Morituro adstabant quem dixi Antonius, & alius iuuenis quem in Sinas ducendum, Goæ sibi comitem legerat: hunc vultu, & oculis figens conturbari est visus, eique condolens, bis cum fletu exclamauit, ah miser! vidit enim eius obitum infelicem, quo sesquianno post absumptus est, cum aliquanto prius in libidinum omnium cœno volutatus, demum plumbea glande occubuit; adeo non ante virum Dei prænuntiatio futurorum quam vita deseruit. Dies fuit Decembris secundus hebdomadæ sextus, non vt perperam aliqui notarunt septimus, anni 1552. hora de meridie altera, cum optatissima Dei voce inuitatus in gaudium Domini seruus bonus & fidelis, animaduersus est ab iis qui aderant, in Christum de cruce pendentem aspectum intendere; inde vultum gaudentis, induere, mox in dulces effluere lachrymas, cum quibus in illud Regis Vatis erumpens carmen diuinæ securum fiduciæ, *In te Domine speravi non confundar in æternum*, vna placidissime beatam animam efflauit. Annos vixit quinque supra quinquaginta; in Societate religiosæ Ordinis adscripta duodecim; decem in India cum septem mensibus: specie fuit liberali, statura supra mediocrem, egregia corporis constitutione, nec magnis laboribus impari, sed ex iis immoderatius exhaustis, emaciata, gracili, & iam in canos albicante, vt tradit Faustus Rodericus, qui in Amboino egit cum eo per sex menses familiariter, ore ad pulchritudinem virili, nec nimium candido, aspectu iuxta vt multum amabili, sic & reuerendo. Frons eius ampla, nasus decens, vergentes in cæsum oculi, capillus & barba fusci castanei; scribit tamen hoc anno ætatis vltimo,

omni

omnino se i  
nudis vt plu

Audita b  
oris totius  
to, quam ca  
nerabundi r  
bi opem im  
uertente. I  
ac ne tunc  
nemo funel  
sæpe mem  
excidere: f  
num, eius d  
sulis, & na  
tur postea  
dolendam

Scimus  
riorum au  
diebus san  
Imo quot  
eamdem ic  
consensio  
dolores al  
latis temp  
gustis qu  
corpus vt  
Religioso  
ræ Franci  
pere iact  
poscebat  
manus co  
coleret, d  
hominibu  
nunquam  
affolent,  
vt laxant  
reuchere  
cuius rac  
tulo crux  
effossa h  
memoria  
tum illi c

Tertio  
Antoniu

omnino se incanuisse, mos illi fuit pallio non uti, sed veste disincta, & nudis ut plurimum pedibus incedere.

Audita beati Apostoli mors, naui multos exiuit ad eius tugurium, ubi oris totius habitum mirati adeo formosum, ut videretur viuenti ac beato, quam cadaueri propior, circum in genua procidunt, deosculantur venerabundi manus, nec de illius æterna gloria dubij, regnantis in cælo sibi opem implorant, pietatis intimæ repentino sensu quemvis alium præuertente. Iacuit ad horam diei Dominici decimam insepultum cadauer, ac ne tunc quidem villo funebri ritu, nedum pompa cohonestatum est; nemo funebre illi humanitatis officium exsoluit, præter vnum quem sæpe memini Antonium cum nauarcho, aliisque duobus, quorum nomina excidere: solitudinis huius causam facit Scriptor quidam earum regionum, eius diei intolerandum frigus, quo prohibiti sunt Lusitani è suis casulis, & naui prodire. Sed fuerit cæli aut animi frigus (quod intelligitur postea clariùs) certè Deus latere noluit tanti viri iacturam nec fuisse dolendam tam leuiter, nec eius honorem tam promiscuè habendum.

Scimus sacram Christi de Cruce pendentis effigiem ligneam, Xaueriorum auitum pignus, eius anni quo fato functus est singulis, Veneris diebus sanguinem sudasse, mox ubi viuere desiit sudorem illum aruisse. Imo quot casibus & ærumnis conflictaretur vir sanctus in India, toties eandem iconem, in paterna viri sancti domo cruore vndique stillasse, consensione mutua gemini amoris, ita duos inter se copulantis, ut alter dolores alterius doleret. Quod obseruabatur à domesticis diligenter, collatis temporum quibus sanguine madebat articulis, cum aduersorum angustias quas passum Xauerium ex Indicis literis discebant. Humandum corpus ut mos Sacerdotum induitur; talari magna ex parte detracta & Religioso studio inter sepelientes dissecta, quorum vnus præmium operæ Franciscus Aghiarus nauarchus, calcem sibi sumpsit, eoque se tanto opere iactauit ut inde cognomentum à caliga siue ab ocrea duxerit, & poscebat sanè grati animi ratio, ut destituto officii omnibus viro sancto manus commodaret, eiusque memoriã pignore aliquo seruato perpetuam coleret, duo enim illi vaticinatus fuerat beatus Apostolus, ut eius artis hominibus sat rara, sic multum optanda, nunquam futurum ut egeret, nunquam ut in mari periret. Indutum Georgius Alvarez capaci ut Sinæ assolent, claudendum curat sarcophago, quem viua calce multa referciit ut laxante se anno ad reditum erosus carnibus, nuda secum in Indiam ossa reueheret. Locum tumulo delegit collem è portu modice assurgentem, ad cuius radices mercatorum nauigia ferè applicabant. Illic medio in pratulo crux erat lignea quam Lusitani defixerant, ab hac spatium breui in effossa humo sacrum funus deponunt, ac ne vnquam illius intercideret memoriã, struem prægrandium lapidum ad caput, & pedes, monumentum illi constituunt.

Tertio ab hinc mense, naui ad reditum accincta, Præfecto insinuat Antonius à S. Fide, de tollendo secum in Indiam beato pignore, mittit

Præ

34

Crucifixi effigies lignea toties sanguinem sudat, quoties Xauerius grauius aliquid patitur.



35

Trimestri calceiua sepultum cadauer integrum reperitur.

Præfectus de suis, num carnes eatenus absumptæ ossa colligi paterentur. Is ad locum profectus sarcophagum referat, iacentis faciem calce amota purgat, explorat, & cernit tam integram, vt si foret tunc primùm corpus tumulo conditum; ac ne quid incerti ad nauim renunciet, sinistrum femur diligentius inspicit, quod cum pariter integrum comperisset, frustum carnis ex eo ad genu decerpit, ex qua velut recenti ac viuida fluxit sanguis. Re igitur iam non ambigua, carnem illam ad Præfectum refert, digito vno longam, magna voce vulgans P. Francisci corpus, non expers modo putredinis esse; verum adeò integrè formosum, vt esset simile dormienti, narrans quicquid tum oculis, tum manu, etiam & cultro probasset. Traxit rei nouitas vniuersos, nec auditis contenti; curiosiùs vndique perspectum, agnoscunt non solum integrum, sed tactu molle, & viuaci colore; vestibis quoque intactis penitus, nec vlla calcis iniuria læsis; quodque magis attonitos perculit, miram expirans odoris fragrantiam, & rebus quibusvis odoratis tam longè abfimilem, vt palam esset, è cælo duci. Atque hic demum sero licet redire ad sese increduli, erubescere seipsos, & venerari mortuum, quem contempserant viuentem; deffere etiam multis lachrymis nonnulli, & veniam pscere, reosque se mortis illius dicere, quod in extrema egestatis morbi que redactum omni destituisent subsidio, vt aucuparentur gratiam Præfecti Malacensis. Quare à Prorege Indiæ Alfonso vere dictum, Aluarem Ataidem tum suis Malacæ vexationibus, tum vero suorum in Sanciano crudeli barbarie, P. Franciscum occidisse, ac ne obscurum remaneat, quo fuissent in eum superstitem animo, qui nunc ad eius mirabiliter integrum, & fragrans cadauer iugebant; reddo hic (tamen si dispudet) vnius eorum, cuius nomini parco, atrocem stylum quo sancti mortem Præfecto Malacam significat, die ab ea quinto & decimo. *Hic, inquit, M. Franciscus mortuus est, & moriens nequaquam miracula edidit; sepulius est in hoc litore confusus, cadauere illius cum cadaueribus aliorum promiscuo. Cum hinc bonis auibis recedemus, feremus illum, si erit qualis ferri possit, ne Malacenses mercatores exprobrent nos esse minus quam ipsi sint Christianos.* Sed mittamus huius memoriæ acerbam nimis, trucemque barbariem; vt ergo gratiæ quam excelso gradu staret apud Deum Xauerius, corruptionis immunitas patefecit, tum vero in nauim vltro eum thesaurum imponi expetunt, quo essent Indiæ regna omnia locupletaturi, passisque iam velis, cum aptius aliud ad manum non esset, eundem sarcophagum, reiecta in illum quam ademerant calce, in nauim inducunt. Caterum discedens è Sanciano Xauerius, visus est præ se fugare typhones procellosos, quorum erat illic quam alibi vsquam exitiosior nauibus rabies, diu siquidem illic in posterum, nec tenui aura tractum illum perflarunt, quin & in vicinos fuere multo mitiores. Visus item de cælo portas illas Sinarum antea impenetrabiles referasse, quas viuenti pulsare dumtaxat indultum fuerat, & ad earum limen occumbere; paucis enim post annis Lusitani, Cantonis aperto aditu miscere cum Sinis cœpere commercia



commerci  
 Sacro  
 Malacæ  
 vetera  
 gratulati  
 amanti  
 vrbe inf  
 pergebat  
 nobilitat  
 Christia  
 etu venci  
 bro, qu  
 mi lude  
 quentiss  
 citatis st  
 causarum  
 simi hor  
 munere  
 posuit,  
 succollat  
 pulsæ st  
 ex iis qu  
 ab illa in  
 ciues ca  
 illum m  
 Illatus e  
 res, reti  
 ad male  
 tius diu  
 illustri  
 capulo p  
 aditu vel  
 cralem in  
 est, ac ru  
 viuacem  
 terram  
 cerarint  
 vsque A  
 ra, qui  
 is vt er  
 Malaca p  
 spexisset  
 templum  
 tas, qu



commercia, & Christi præcones, immortalitatis semina ibidem mittere.

Sacro naus superba pignore ad vicesimum secundum Martij 1553. Malacam tenuit, vbi etiam nostris hætere quenquam discedens Sanctus veterat; haud tamen defuit aliorum pietas religiosæ erga redeuntem gratulationis officio perfungi, præ cæteris vero Iacobus Pereira eius amantissimus, & constantissimæ in eum fidei, pompæ incubuit, qualis in vrbe institui valuit, quam eius scelerum vltix lues, etiam tum depasci pergebat. Occurrit igitur exscensuro, ad portum cum Clero vicarius; cum nobilitate quicquid supererat populi; quodque magis mirandum mixti Christianis etiam ethnici, communi cum iis in sanctum Apostolum affectu venerationis, licet erroribus diuersi: & quidem infami Ataidis probro, qui tunc nihilo quam olim segnius suo sacrilegio inhærens cum domi luderet, audito Xauerij ingressu, è fenestra prospexit, & festum frequentissimi populi cum accensis funalibus concursum subsannans simplicitatis stolidæ damnauit, moxque se ludo cum suo iudice seu cognitore causarum reddidit. Verum Xauerius dissimulauit impietatem perditissimi hominis, & afflictissimam ciuitatem antiqua beneuolentia & nouo munere profecutus, beneficium ingens huic eius festæ supplicationi reposuit, vt enim primum in ædium vicos pedem intulere qui sacro feretro succollabant, pestilens morbus repente constitit, tam manifesto depulsæ stragis documento, vt cum multos quotidie lues absumeret, inde ex iis quos iam afflauerat interierit nemo, nemo ex iis qui fuerant eatenus ab illa immunes deinceps ictus sit. Ad hæc famem quoque haud minori ciues calamitate depascentem eodem suo aduentu expulit, cœpitque post illum magna statim annonæ, & comæntuum copia Malacam inuehi. Illatus est in templum B. Deiparæ de Monte, quod nostri tametsi absentes, retinebant. Sed Malacam, haud scio quod latens fascino ageret ad male habendum sanctum Patrem, etiam defunctum; nisi hoc potius diuino consilio factum putem, quo foret viuentis & virtus illustrior, & mortui gloria latius splenderet. Hoc eò dico quòd suo capulo productum cadauer quo in Sanciano conclusum fuerat, in sacrarij aditu velut quoduis è vulgo est conditum, vbi humo egesta fossam sepulcralem iusto breuiorem præbente, vi multa intrò, satis indigne depresso est, ac ruptæ licet adactu illo ad humerum carnes, sanguinem mitterent viuacem, & suaueolentem; iniectam nihilo incautius sancto corpori terram calcarunt tam fœdè vespillones, vt non vna plaga illud lacerarint, latueritque illic inglorium, & honoris expers à Marrio ad vsque Augustum. Hoc mense Goa Malacam reuerterat Ioannes Beira, qui cum sociis duobus à Berzeo in Molucas insulas mittebatur, is vt erga sanctum singulariter affectus, imperare sibi non potuit, Malaca prius recederet, quam beatæ ipsius animæ sacrum spolium inspexisset. Accendebat hoc desiderium opportunitas cubiculi, quo ad templum illud Deiparæ proximo utebatur, tum honoris magnifica nouitas, qua illum dignabatur Deus, integritate corporis palam conseruata

36

Malacam relatum, mox pestilentiam ab ea expellit.

N n

euiden

evidenterque comprobata; quam optabat ipse loco digniori honorare. Quamobrem Iacobo Pereira socio, paucisque aliis eius capacibus gratiæ multa de nocte ad locum veniunt, sepulcrum aperiunt, effodiunt cadaver, & quinque post menses quos extra loculum in vdo illo nudum iacuerat, æque vt prius integrum, fragrans, ac viuidum cernunt; nisi quæ calcati desuper cum humo lapides sinistro vulnus impresserant lateri: lineum vero pannum quo ex qualicumque miseratione iniecto, faciei parcitum fuerat, madentem cruore velut recens expresso. Creditum ab iis piaculo simile si tanti pignoris decus, & pretium sub terra delitesceret diutius. Capsam igitur illi Pereira elegantē adornat, intus Sinēsi fultā damasceno, puluino ad caput extructā pretiosissimo, Attalico aureo opertam. Corpus in eam reconditū, seorsum quidem à publico, loco tamen decenti positum est. Qui honos quàm gratus Dei seruo venisset, luculento Deus ostento docuit. Accensa fuerat ante sacrum pignus candela cerea, horas decem pro ceræ modulo arsura, eaque suo cum candelabro ad maiorem ornatum in Sinenſi pelluuiio statuta: dies arſit octodecim totos, & ceræ pondus; ex ea in pelluuium defluæ, candelæ integræ pondere maius fuit. Dum autem nauis expectatur repetitura mare Goam versus, idonea Beiræ ad Molucas se dedit occasio, duobus ex Sociis F. Manuelem Tauoram sacri custodem depositi reliquit, quod is cum F. Petro Alcaceua paulo post ab Iaponibus Christianis Goam misſo, nauis Lopis Noronia sublatum solenni paratu Goam asportauit.

37  
Nauis ferens  
Xauerium, bis  
miraculo nau-  
fragium eua-  
dit.

Erat Lopis nauigium vetustate attritum, si quod aliud eo in littore, & vsque adeo infidum, vt nemo omnium rem illi & merces, nedum vitam auderet credere. Denique vix ferme Goam peruenerat cum ipso in portu crebris hiatibus vltro aquam accipiens, seipſo demersum est. Vbi tamen rescitum, corpus sancti Patris ab illo vehi, certatim omnes eius vecturam præripere, comportare in illud suas merces, certoque confidere, vel miraculo, si res exigeret, ab naufragio seruandum; quod prorsus haud semel inter discrimina extrema contigit. Transuersum horrenda tempestate in fyrtes impegit, tam altè infixæ in eas carina, vt nulla inde ars illud euelleret, at hic præter omnem expectationem, cœlique tunc habitum, vehémentissimus illum à prora flatus arenis exemit, puppique aduersa, eundem retro per sulcum tamdiu egit, dum ex iis vadis liberum extaret, quod ne alia putaretur quam Dei manu factum, expeditam periculo nauim, qui expedierat ventus repente deseruit. Nec multo post in ipſo aditu Zeilani Sinus, tanto impetu ad cæcos scopulos allisit, vt resiliente extra gomphos remone, saxo carina inhæreret, fueratque ictu omnino deſſipanda, nisi foret iam tum Dei beneficio sustentata. Nautæ, vt summis in periculis secures corripunt, malumque sed frustra rescindunt, & leuari nauis nisi iactura non poterat, furente interim vndique fluctuum verberare, ac eam tantum non, aut dissolvente, aut euertente; inter quæ tandem ad vota confugiunt; Sancti opem exposcunt, productum è cubiculo nauarchi loculum, in foro staruunt, & multis circum accensis faci

facibus, v  
quàm ve  
naufragio  
carina it  
quo agni  
transitum  
cornu, C  
Sanctum  
incidunt  
die vix v  
nauim re  
Et primo  
curatoris  
nandam  
vbi consp  
batur ex  
clauso, m  
Berze  
Goani, d  
decretum  
prorex o  
quatuor  
obuiam e  
illa, tum  
lætis fra  
attigit G  
duum, &  
introitus  
cato, flo  
ad pomp  
numero  
centis, a  
rum inst  
diam ex  
in vrber  
talico ve  
nauigij l  
ægrotos  
cuius tar  
tur. Ve  
conuenc  
Vbique  
in ampl  
re illum

facibus, velut adhuc viuens proiectos in genua cerneret, & audiret, fletu  
quàm verbis prolixius supplicans, ne tot sibi addictas animas sorberi  
naufragio pateretur. Vix ita precati fuerant cum auditur violentus sub  
carina stridor, simul nauis in sinus alueo soluta exilit ad pergendum; ex  
quo agnitum est diffractum scopulum, inter duas partes, medium nauis  
transitum præbuisse. Hinc viam alacres sequuntur flexoque Comorino  
cornu, Cocimum applicant vnde populus omnis effusus est, suam erga  
Sanctum reuerentiam testaturus. Post vsque Baticalam prouecti ventos  
incidunt reflantes à prora, quos ambagibus variis conati exire, leucam eo  
die vix vnā absoluunt. Quapropter præfectus in scapha cum paucis  
nauim remigio præuertit, vt Goæ proregem, ac nostros, aduentantis san-  
cti primo nuncio recrearet: Baticalæ interim vxor Antonij Roderici pro-  
curatoris regij, dudum lecto affixa in spem venit se Sancti aspectu perfa-  
nandam, euicitque ab suis tametsi ægrius, vt in eius deferretur nauim,  
vbi conspecto beati corpore, illico valuit; cumque de poderis quo vestie-  
batur extremo limbo tenue frustulum impetrasset, eo theca religiose  
clauso, morbos multorum difficiles, & depositos sanauit.

Berzeo humanis exempto, Melchior Nunnius successerat in Collegij  
Goani, & prouinciæ cura, id enim iturus in Sinas Xauerius obsignatis  
decretum litteris in omnem euentum reliquerat. Nunnio igitur iubet  
prorex celocem armari, hanc ille tribus cum sociis & seminarij alumnis  
quatuor conscendit, & leucis viginti Baticalam versus sancto corpori  
obuiam occurrit; cui dum in celocem transfertur ex nauis Noroniæ; tum  
illa, tum sex aliæ quas illic detinebat ventus, ore omnium machinarum  
latis fragoribus salutem dixerunt. Martij quinto & decimo Rebendam  
attigit Goano in sinu. Leuca non plus ab vrbe mediâ, vbi eius diei resi-  
duum, & noctem substitit, dum ei in urbem inuehendo solennis paratur  
introitus. Postridie mane Christo patienti ante maiorē hebdomadam di-  
cato, flos nobilitatis Lusitanæ, ex portu procedit actuariis sex, magnificè  
ad pompam exultis, magno circum graudiorum funalium collucentibus  
numero; sequuntur aliæ celoces item, duodecim, cum optimatibus tre-  
centis, accensas faces gestantibus, suâque singulæ cantorum, & organo-  
rum instructæ simphonia. Hæ duos vtrunque digestæ in ordines; me-  
diam excipiunt actuariam beati corporis vectricem & lenta remigatione  
in urbem deducunt: extabat è puppi sub tentorio feretrum, Pereiræ at-  
talico vestitum, cereis cinctum ardentibus, & ludentibus hinc inde ad  
nauigij latera vexillis; vniuersa in littus effusa ciuitas, ne suos quidem  
ægrotos tenuit, & quos sui non ferebant pedes, aliorum brachia tulere;  
cuius tam propensæ, ac religiosæ mentis quæ merces fuerit postea dice-  
tur. Ventum erat in portus conspectum, moxque in iis quicumque  
conuenerat commotiones animorum quas nullus satis repræsentet stylus.  
Vbique lacrimæ, vbi que in genua prosterni, & passis brachiis sanctum  
in amplexus vocare, opem eius contentis vocibus quærere, deprædica-  
re illum & beatam profiteri Goam quam è cælo Deus tanto vt aiebant

38

Corpus Xau.  
Goæ cum pō-  
pa excipitur,  
miraculis cla-  
ret.

thesauro dignaretur; fuere quos moræ impatiens pietas, in Mare ad Sancti celocem adigit, vt eam contingerent, oscularentur, adnatarent, & nanti comites ad littus fierent. Illic Prorex suis cum Accensis, & Satellitio, cum senatu, Magistratibus & reliquis ex nobilitate solenni ornatu conspicui, suo elatum è nauigio ambiunt, vnâque suo sub vexillario adolescentuli dum sacrum pignus attollitur, crucifixi attollunt effigiem fama insigni venerandam, quam seruo ipsius obuiam portarant, & carmen Zachariæ *Benedictus Dominus Deus Israël* decantant. Procedere incipit supplicantium agmen suis ordinibus: præibant in veste candida pueri nonaginta coronati, manu ramum oliuæ præferentes, sequebantur misericordiæ sodales; deinceps cleri ordo sacer, inter quos Beato corpori Societatis Patres humeris subibant; pone cum Magistratu & populo Prorex: ducebatur per vias pompa pretioso fulgentes stromate, stipataeque tam denso spectatore, vt accensi, & milites vix turbam semouerent supplicantium incessui obstantem, è fenestris domorum, & tectis impluebant in sanctum perpetua coronarum è rosis missilia. Sed triumphalem hunc Goam ingressum condecorauit magnificentius prodigiorum editio quæ Deus in serui fidelis gloriam contulit. Ac illa in primis diuini odoris fragrantia quæ sancto de corpore expirabat, afflabatque etiam distantes longius, singulari vt notant actorum tabulæ, oblectamento sensuum ad suauitatem, & incitamento animi ad religiosam pietatem. Illa deinde quorundam sanatio, qui se ad sanctum suum Patrem conspiciendum deferri curauerant; siue, quod aiebant, ab eo vt conspicerentur; imo in iis quos certa mors, si commouerentur, lecto continuit, Antonia Pereira trimestri ex morbo in extremis laborans, implorato tunc Beati auxilio, repente conualuit. Puellam lustrali cereo ad mortis conflictum iam iam obsignandam, mater sancti meritis commisit, sacro in eius honorem nuncupato; eodemque temporis momento, puella omisso cereo valuit. Demum in S. Pauli, quo beatum Pignus illatum est Societatis templo, cæcos, membris captos, leprosos, aliisque afflictos morborum generibus, repentinis curationibus saluti restituit: nec putem vsquam sanctorum aliquem tam copiosa laudatum panegyri, vt tunc eo in templo Xauerium celebrauit populus vniuersus; alius alia narratione mutua prosequentibus, nota sibi virtutum illius decora, & prodigiorum miracula. Hos inter præcipue nominatur is de quo nos aliàs, Ioannes Eirous, sancti olim Meliapore, Malacæ, & apud Molucas socius, tunc vero Franciscanus, qui vbertim, ac pie lacrimans referebat palam, animi sui occultatos ab se recessus improbos, à Dei famulo intime perspectos, sibi que obiectos, & prædicta sibi ab eo varia quæ rerum successus liquido firmasset. Collocatum est sacrum corpus in aræ principis sacello, quod erat contra vim conferti populi munitum, sed protrudentis se turbæ incursum perfractis repagulis, vt tumultuosa sedaretur ciuium pietas, in omnium oculis ter sanctum corpus in pedes erectum est, incredibili motu animorum & fletuum; ibidem quin etiam vt satisfaceret omnibus,

aspectu;

aspectu  
bus, de S.  
virgine P  
taque h  
loco poli

Inde a  
plum ma  
exhibuit,  
à Præfili  
ridicæ, d  
Quanqua  
bilitatis,  
& tactui  
viua & ec  
que sepu  
neritatis v  
ra Goanu  
to, cum  
humaretu  
munis san  
ex vulner  
tanti cont  
viuidns,  
meros cap  
dis pedibu  
tium ocul  
decerptit  
desiderara  
dam dete  
pridem vi  
euenire,  
quoque l  
bantur. I  
ipsa, & e  
eruperit,  
& quadri  
Talem  
nunc etia  
cubitum  
cui visum  
cietatis te  
religiosæ  
euenta p  
minus illu

aspectui omnium indultum triduo patuit, Sacrum interea maioribus ritibus, de S. Cruce solenni cantu fecere Canonici; die proximo de Beatissima virgine Patres Franciscani, quos sanctus vnicè viuens dilexerat; expletaque hoc modo publica pietate, nocte dominicum subsequenti, editiori loco positum est ad Euangelium maioris altaris.

Inde aliquanto post in Sacrarium translatum, dum instauratur templum magnificè, eandem quam à principio immunitatem à corruptione exhibuit, & perennante hodieque miraculo exhibet. De quo idem idem à Præsulibus Goanis, & Archiatris regis confectæ sunt probationes iuridicæ, donec adscriberetur inter Sanctos publicis honoribus colendus. Quamquam hæc putredinis expers integritas, summam non habet mirabilitatis, quam habet mollitudo, & tractabilitas carniū succi plena, & tactui cedens, vt solet in viuīs corporibus; idque post trimestrem in viua & edaci calce, iteratamque in nuda, & humida fossa mensium quinque sepulturam; ad hæc quæ pectore ac ventre clauduntur viscera, teneritatis vdae & quasi recentis, vt studiosius explorans Ambrosius Ribeira Goanus Vicarius ipsemet comperit, anno à Xauerij obitu iam quarto, cum in vulnus impressum sinistro lateri dum irreuerenter Malacæ humaretur, inseruit digitum, per se ipse periclitaturus, quod fides communis sanciebat; sanguis etiam, & aqua retractum ab eo digitum, eodem ex vulnere secuta tinxere; quod idem vni ex nostris fratribus eadem tentanti contigit. Collo item exsudans subiectum capiti puluillum sanguis viuidus, & florens tinxit, dum in loculum breuiorem compresso in humeros capite vi coarctaretur. Alias denique populo flagitante, cum nudis pedibus conspectui omnium permissum fuisset, ac religiosis venerantium oculis coleretur; mulier digitum pedis morfu pro osculo libauit, decerpitque ex eo frustillum, quod asseruandum in sacras reliquias diu desiderarat; sed fluens continuo ex morfu cruor pietatem eius improuidam detexit; quod extrema, summeque distita in parte corporis, tam pridem vita, & calore cassi, planè non potuit, nisi miraculi perpetuitate euenire, quo carnes illius non intactæ modo, & suaueolentes, sed suis quoque humoribus fluidis perinde ac viuerent molles, & teneræ seruabantur. Iam color natiuus, & oris lineamenta beato corpori vsque aded ipsa, & eadem mansere vt Franciscus Diaz Caruallius, ad eius aspectum eruperit, exclamaritque ter eum viuere, etsi dudum antea illum nosset, & quadriennium ab eius morte tunc abisset.

Talem Deus Xauerium continuo prodigio conseruauit, seruatque nunc etiam secularem post annum centesimum, nisi quod rescisso ad cubitum minutus est brachio, Claudio Aquaniua Societatis Præposito, cui visum decere vt India particulam illam Xauerij Romæ, primatio Societatis templo redderet, à quo totum olim accepisset. Sed hanc speciem religiosæ venerationis, minus Deo, & Sancto placuisse coniecturam euenta præbuere, vt quæ Toti aded excellenti Partem sui adimeret, ac si minus illud corrumpebat, non tamen integrum esse veller. Goæ nihilo-

39

Corpus Xau.  
corrupt. ex-  
pers perseue-  
rat.

40

Xau. brachium  
dum Romam  
detertur, na-  
uim à piratis  
inietur.

minus nostris qui præerant, atque ipsemet sanctus, morem obedientiæ gessere: Nouembris tertio, anno sæculi sexti & decimi, decimo quarto, referata post tot annos arca, præcisum est è sacro corpore brachium, quo, dum Romam defertur, nihil propius abfuit, quam vt India priuaretur, nec tamen frueretur Roma. Portabat illud Sebastianus Gonzales Probationis Goæ Rector, & Romam Procurator, auriti veli cercuro mediocri vehebatur; nec prædonum incursionibus obstituto, quæ illa maria oberrabant; cum ecce tibi piraticus Batauorum myoparo plenis velis aduersum ingruere, nostrorum cercurus credere de se actum, quod & hæretici Bataui, & Regi Catholico perduelles, Orientis Indias obtincenti, nostris nec ad fugam vela, nec arma suppeterent ad defensionem; iacturam nostri iam inchoauerant, ne pretiosa gazâ hostis ditesceret, cum succurrit animo Xaverij brachium, quo satis potenti præsidio tueri se possent, Gonzalem rogant, hostium oculis illud obiiciat; sancto supplicat; si minus sua, qua essent indigni, gratia seruari; at saltem ipsius, qui esset alioqui tam nobili sui parte in manus impiorum venturus. Instabant cercuro sic propinqui piratæ, vt perciperentur eorum minæ, vocesque iubentium nauigio cedere tanquam funditus expugnato; cum prodit ad nauigij marginem in eorum conspectum Gonzales cum Apostoli brachio, proiectis in genua cunctis qui cercuro vehebantur; nec adhibita sancti inuocatione, obiurgat tantum sceleratos, minatur illis Xaverij nomine, vetat imperiosè ulterius tendere. Quæ velut Dei, & sancti vox, myoparonem piraticum plenis rapidum vela ita illico fixit; vt duratum circa illud mare, gelu subito, videretur, cercurus liber Vlyssiponem feliciter tenuit, stupente ad miraculum, & syderato prædone Batauo, qui tantæ spectator nouitatis, causam illius ignorabat.

41

Immensa de  
Xau. sanctitate  
fama apud  
Ethnic. Mau-  
ros, Christ. so-  
cios, &c.

Neque vero hoc vno, nec omnium maximo, sanctitatis fidem Xaverio suo conciliauit Deus; tot prodigiis Europam, Asiam, & Americam impleuit, vix vt vlla sit in iis ciuitas, quæ non aliquo illustri gloriatur; præmam tamen hac item in parte intra cancellos actorum stylum, nec ponam nisi memoratu præcipua, quæ inter Orientales Indos à sancto patrata sunt, si prius obiter indicaro quanta eius esset meritorum fama, & veneratio mortui ac viuentis apud omnes mortales etiam moribus barbaros, & superstitionum cultibus Ethnicos. Vtque ab his initium faciam; Alfonsus Leo Barbuda, qui cum imperio, Lusitanis subiectas Africæ oras lustrauerat; testatur in regnis Mozambici, Sofalæ, trans Cuamam fluiuium, & circumfisis insulis, Xaverij nomen, perinde celebre, & sanctum, vt ipsa in India fuisse; rogasse de illo multa idololatrias barbaros, tanquam de viro iis locis nominatissimo; nec mirum, cum sint Goa, Cocinum, Malaca, & aliæ in quibus egit Xaverius vrbes maritimæ, Africæ totius Asiæque emporia, nec potuerint qui eo confluebant partim ipsimet non cernere, partim non audisse ex iis qui viderant Xaverij decora, quæ suis in patriam reduces admirantibus narrabant. Quare illam vbique nactus erat famam, vt eum haud aliter sua lingua vocarent, quam magnum Patrem, miraculotum Magistrum, cœlestem hominem, denique, terræ  
Deum

Deum: &  
tria multis  
illum de go  
reuerentem  
desiderium  
non noram  
bat memo  
prorsus, qu  
ni, vel Et  
tem; quæ  
quibus De  
huc 1615,  
bitus, quæ  
Iaponiæ v  
barbaries o  
steria diuin  
stianos voc  
Iapones, f  
vulgauere;  
cum admitt  
tæ ac merc  
soleret, ac  
diffusæ rat  
vectorem f  
obtempera  
omissis nau  
gisse cum f  
bat) instar  
cessisse bell  
bulentissim  
fente mari  
sancti haud  
erat nauarc  
Huic ment  
cro Baptisi  
retinebat,  
do, nam er  
vellent esse  
cto Patre p  
standum; f  
recta sibi i  
trema vitæ  
publicis ca  
lue, Mauri

Deum : & fuere quos vna eius videndi cupiditas; relicta cum familiis patria multis milliarium millibus ad eum pertraheret, vellentque omnino illum de genibus affari; datoque illius manibus osculo fronti suæ demissè, reuerenterque illas imponere. Quod præsentia illius si erat apud illos desiderium tam ardens, & veneratio tam prona, qui nisi auditu de illo non norant; multo sanè venerabilior, & amabilior eius inrer illos vivebat memoria; qui eum quandoque apud se habuissent. Fidem superat prorsus, quod ij etiam qui Christiana, & Christum oderant, vel Saraceni, vel Ethnici, amarent tamen Xauerium, admirarentur eius sanctitatem; quæ vsu tactuve triuerat pro factis asseruarent, iisdemque illum quibus Deos suos impertirentur honoribus. Saxumano in portu adhuc 1615. monstrabatur lapis ab Ethnicis, præcipuo in cultu ab iis habitus, quod ex eo quondam Xauerius populum docuisset. Amanguccij Iaponiæ vrbe, toties euerfa, atque restituta; semper tamen pepercit barbaries domui, quam incolerat Xauerius, & quò festis diebus ad mysteria diuina; sexto vero hebdomadæ die ad religiosam flagellationem Christianos vocarat. Vbi vero editam in Europa viri sancti vitam, accepere Iapones, statim illam patrio donatam sermone, caractere item proprio vulgauerunt; legebaturque haud magis auidè à Christianis, quàm Ethnicis cum admiratione & applausu. Naui porro cum illo eadem, tam certa vitæ ac mercium securitate, adibantur pericula, vt eius vecturæ duplo quàm soleret, ac triplo exsolueretur nautus, nec vlla, nauis quassæ, inermis dissutæ ratio haberetur; putarenturque extra naufragij aleam, qui vectorem secum haberent magnum Patrem, cuius meritis, atque imperio obtemperarent venti & maria. Narrabat Mahumctanus se olim validis, ommissis nauibus, inter se foederatis, munitis, ac propemodum nouis, legisse cum sancto, vetustam, & vndique (vt simili vtar quo eam depingebat) instar malograuati rimosam, & hiantem conscendere; idque sibi cessisse bellissime, reliquas omnes, medio in sinu tempestate haustas turbulentissima; suam absente Xauerio vix mare quietum duraturam, præfente maris irati victricem, naufragium vitasse. Vaticiniis autem viri sancti haud fuit leuior apud Infideles quàm apud Christianos fides. In iis erat nauarchus Saracenus, cunctis Indiæ portibus memoratus, & notus. Huic mente præfaga Xauerius dixerat, non prius moriturum, quàm sacro Baptismate lustraretur. Quod ipse tam ratum; & indubitatum animo retinebat, vt vrgentibus subinde Lusitanis de Mahomete impio eiurando, nam erat alioqui bonam mentem fortitus, consueuisset respondere, ne vellent esse de se solliciti, obiturum se certò Christianum, hoc se ab sancto Patre promissum tenere, quo falli non posset, sed in vitæ exitu præstandum; sinerent suum se cursum peragere, nec iter è terris in cælum recta sibi inuiderent. Quod ita prorsus infelici euenit feliciter; sub extrema vitæ periodo, Baptismo expiatus, obiit Christianus. Iam vero publicis calamitatibus, pestilitate, annis sterilibus, procellis, morborum lue, Mauri iuxta, & idololatræ, non minus ab sancto, quàm ipsi Christiani

stiani remedia orabant, confluebantque procul, ut anathemata ei appenderent & piis donariis gratam miraculorum signarent memoriam, quibus prædicabant ab eo se fuisse seruatos. In ora quin etiam Comoranesi Occidua, quidam è secti Maurosum populi ædem illi sacram dedicarunt, sui erga illum partim obstricti officij monumentum, partim ut domi apud se haberent, cuius præsidium rebus afflictis implorarent. Alteram quoque huic ædificauit, dotauitque censu liberali Trauancoris Rex, Mahometi pariter sectator. Goam ex varia sectarum colluue, promiscui, è longinquo peregrinabantur, ut venerarentur eius corpus & integritatem ipsius intactam, & vegetam suis probarent, & demirarentur oculis. Hos inter quidam à Magno Mogore legati, cuius aulam ingens Xauerij fama peruaferat, templum nostrum Goæ ingressuri, ut religioso officio illum inuiserent, non nisi detractis calceis, & crebra corporis proclinatione ad eius sepulcrum accedere. Iussus deinde viri sancti affinis dignissimus Hieronymus Xauerius Christi præconio id regnum excolere, summo illic honore affectus est, haud tam priuatis ipsius meritis etsi magnis, quam Xauerij nomini ac memoriæ delato.

Nunc ab isto de excellentia tanti Apostoli, ethnicorum sensu, venio adnouos Indiæ Christianos, quorum imprimis se mihi ingerunt gratulationes incredibili reuerentia illi exhibitæ, quoties ad illos peregre rediret. Effundebantur illi obuiam pagi, & oppida, procedebant manipulatum pueri Christianæ doctrinæ concinentes carmen; & matres cum filiis quos ab eius discessu pepererant, denique vniuersi sanctum Patrem festis vocibus inclamantes Quacumque vero Piscariæ in ora iter habuisset, insternebant humum quam erat calcaturus propriis vestibibus, magna eius dolentis, deprecantis & frustra vetantis honorem insolitum, verecundia, & rubore; sed erat inuito ferendum patienter, ne illius obsequij repulsa, refrigeraret feruorem, ac fidem recentis illius & neophytæ pietatis. Dein suis propinquantem pagis qui nobilitate, graduque excellent, in brachia tollere, & in Ecclesiâ mutatis vicibus portare, reliqui decussatis in crucem ad pectus brachiis consequi, & cantu vernaculo Deum, & sanctum laudibus sonare; post vero certatim quisque illum sibi domum abripere, seque tanto beatum hospite credere. Quod autem plurimi aliquod ab eo sui mnemosynum expeterent, nec quicquam iis dandum ipsi suppeteret, cogebatur eorum religiosa importunitate, schedas iis tradere suo nomine, ac manu, & pio aliquo documento inscriptas, quas & auro pretiosius asseruabant, & trans mittebant nepotibus hereditarias, & ad edenda miracula rato successu adhibebant. Postquam autem ad superos transit, maior quidam iis, haberi honor cepit quos sua ipse manu diuino baptisinate lustrasset, nec fidem nouerant luculentius profiteri, quam si se iactarent à P. Francisco Baptizatos: multis ei locis templa constructa sunt, procurataque tam procliui cultu, ut cum in ora Trauancoris populabundi Saraceni templa solo æquassent duodecim, illud solum restituerint indigenæ, quanquam accisi, & exhausti, quod fuerat

fuerat a  
vero fact  
grinatio  
agens in  
fuisse ex  
puteum  
regrinor  
lum ret  
uerio, v  
studia p  
retur X  
quaqua  
clarior  
id pati  
ac si qui  
quor re  
vsque a  
ipse tin  
præditu  
sanctita  
autem  
nec sine  
fium ne  
Christia  
ad sum  
tate, inc  
accitos  
cum int  
bant, i  
ambigu  
re, ex r  
quindec  
biculum  
lachrim  
calculo  
His  
vinci pa  
rum inc  
queat,  
addere.  
ria doc  
necatur  
ferme r  
ta inau



fuerat ab iis Xauerio non diu post quam obierat dicatum. Vbicumque vero sacra fuisset illi aedes, quàm frequens ad illam hominum esset peregrinatio coniciendum præbet Franciscus Nunnius de illa in Coulano agens in qua ipse curanda Vicariam operam commodabat; nempe illos fuisse ex littoralibus, & mediterraneis ad eam concursus, vt præter puteum, loco, & incolis commode affluentem, alius fuerit, vni peregrinorum vsui excauendus; & qui veterem ambiret Ecclesiæ suæ titulum retinere, huic fuisse magnopere cauendum, ne sacellum in ea, Xauerio, vel pictam tabulam poneret, quod eò statim ad sancti memoriam studia populi omnia verterentur, templumque in nomen transcriberetur Xauerij. Est in iis fateor quæ subdo, immoderatum aliquid, sed nequaquam tacendum; quod ex eo, Indorum de Excelsitate Xauerij tanto clarior fiat existimatio, quanto vltra fines iusti obsequij processit. Primo id pati non poterant, vt maior Xauerio affirmaretur in cœlo sanctus; ac si quis Apostolos memorasset; & hunc aiebant Apostolum, at enim quot regnorum? quot enim Christo, legeque ipsius imbuisset, ab India vsque ad limites Orientis? quot adduxisset ad eum populos? quot sua ipse tinxisset manu? num fuisset miraculorum potens? num facultate præditus omnium linguarum? num mortuorum suscitator? quid vitæ sanctitas? mors suppar martyrio; & exfors putredinis cadauer? quod autem huic statim non decernerentur beatorum honores, malè omnino nec sine querelis interpretabantur. Quamobrem Rex Bungi, Iaponensium nomine; Goanus, Cocinensis, Angamalensis Episcopi aliique, Christianorum Indorum studiis permoti, communi consensu supplices ad summum Pontificem super eo dedere literas, acceptaque ab eo facultate, incubuere absque mora ad cognitionem causæ instruendam, ad quam accitos qui sanctum olim norant, & illustre aliquid de illo audierant, cum interrogarent, num arbitrarentur esse Sanctum? indignanter ferebant, id ab se quæri, nedum iusiurandum de eo exigere, quasi res foret ambigua, & posset in dubium vocari. Postremo non debet mihi excidere, ex nouis Christianis vnum quendam Goa in Europam, miliarium quindecim millia enauigasse ad hoc tantum, vt in Xaueriano castro cubiculum cerneret, vbi sanctus venerat in hanc lucem, sparsoque piis lacrimis, & osculis, solo, & decerpto sibi ex parietibus illis sacris exiguo calculo, lætum ad suos reuertisse.

His Christianorum recentium religiosi obsequiis haudquaquam se vinci passa est, veterum antiqua pietas, tam Indorum, quam Lusitanorum incolensium Indiam: quod etsi abundè scriptorum testimoniis liqueat, sed placet eiusdem ostenta quædam insignia in argumentum hic addere. Præclarum illud quod Goa edidit, cum Xauerium in ora Piscaria docentem vulgasset rumor à Badagis captum, & immani barbarie necatum; vtque in rebus vtramuis in partem valdè insolitis, crescunt ferme res in ore narrantium vltra verum, describebantur & cruciamenta inaudita quibus compulsus fuerat diu mori, & robur animi excelsum

O o

quo

quo illa infractus pertulerat. Nulla vnquam clade consternatio Goa, & dolentius mœrens, Sarauenî palam & Ethnici eius vicem deflebant, nullus pæterea tota vrbe sermo, vbique viri Dei gesta, virtutes, miracula narrabantur, desiderabantur: nec vitæ illius examinandæ, tum scribendæ opportunitas vnquam maior, & numerosior testibus, aut testimoniis certior. Decernitur publicè in Lusitaniam ad Regem legatio, vt de illo Romæ Sanctis adscribendo per suos impetret. Quidam audenter animosi, in Bisnagam & Narsingam iter parant, quo se receperant barbari, vt sacrum Xauerij quem occisum credebant, requirant corpus, atque ad hoc si opus foret redimendum, summam conficiunt ducatorum triginta millium: sed melioribus nuntiis certiores effecti, cum incolumem viuere; vix tamen præ gaudio fidem nuntiantibus præbere, donec is paulo post sanum se illis reddidisset; tunc eius reditum publica lætitia profsequi, & Deo gratias cum ipso agere, velut cum ipso rediuiui. Nec vna hæc Goanis ciuibus, de rebus Xauerij, sermones suppeditauit occasio. Erat iis loquendi, & confabulandi argumentum hoc ferè continuum, ac semper nouum; quod per eum quocumque proficisceretur, noua patra- ret Deus mira quæ reuectis Goam nauigiis audiebantur & celebraban- tur: hinc de iis literæ in Europam crebræ, vbi pariter è sacris pulpitis, velut in India laudabantur. Xauerij nomine vtrobique passim glo- rioso.

Erat certe apud Lusitanos tū Occiduos, tū Orientales Xauerius, Lusita- niæ Indicæ, vt sic loquar fatum, eamque à Deo censebant, sui huius serui gratia fortunari: quod an. 1552. qui fuit viuenti vltimus, Ioanni Regi signi- cavit Præfectus vnus è nauibus, quæ cū socias præuertisset, Rexque quid noui ex Indiis Præfectum rogasset, respondit is, *Rex serenissime, apporto ex India P. Magistrū Franciscum viuere, dum quidem is viuet, nihil ex India nisi fanstum debet expectari, eius enim merito Deus Indiam tuetur, & fortunat.* Sic ille: ac Regi tam certo id erat persuasum, vt non dubitaret quæ ad Deum spectarent vniuersa (ex quibus aiebat aptas quoque esse regni commoditates temporarias) Xauerio credere, suisque disertè per Indias iniungeret, ab ipso vsque Prorege ad ministrorum omnium infimum, vt quicquid probasset Xauerius in Lusitanorum moribus corrigendis; in fouenda inter Christianos, propaganda inter ethnicos Christi fide; pe- rinde curarent; & in opus conferrent, vt si per se Rex præfens imperas- set; deinde vt illi, & iis quos ipse mittendos censuisset, quocumque ter- rarum, ac gentium, regnaque vel intra vel extra Indiam longinqua, naues com meatulque necessarios præstarent, quos fisco regio volebat imputa- ri. At biennio post cum de morte illius accepit quanquam haud tam eius quem nihil ambigibat cœlo frui, quàm sua, & Indorum causa ma- gnopere doluit; & Proregi Francisco Barreto Martij 28. anno 1556. mandauit, dum erat recens Sancti memoria eiusque in viuis oculati tes- tes; per omnem vbique Indiam iuberet acta legitima confici, iuridicis probationibus, iuratorum firmatam testium, de virtutibus, & miraculis

viri

viri sancti  
& Malaca  
landinus &  
iis rebus  
& Indiis  
stituta cop  
anno sext  
vixerat al  
taremus.  
nenfis, G  
bat, quam  
veneratio  
tus, sanct

De ser  
viam rede  
de genibu  
virum tan  
Pereira, v  
tum potui  
conspectu  
præfenter  
tanis nihi  
cultu, affe  
esse prop  
detracta p  
alij comp  
ab se conf  
opinioner  
Christian  
rant; vel  
quendam  
tis in Xau  
plurimis,  
nunquam  
uertisset;  
bantur vt  
quos Dei  
mensi inte  
men non  
mam, qui  
Quod tam  
lierint ead  
uerij corp  
teneri diu

viri sancti. Quod in præcipuis quatuor vrbibus Bazaini, Goæ, Cocini- & Malacæ diligentissime est curatum. Ex quo Turselinus, Lucena, Orlandinus & alij de Xauerio scriptores, ante annum 1615. narrationes suas iis rebus mutilas edidere, quas eo deinceps, & sequenti anno in Europa, & Indiis collectas publica documenta, Summi Pontificis auctoritate instituta copiosius expressere. Ex his, & vetustioribus aliis, superioris æui anno sexto, & quinquagesimo tabulis; scriptis item illorum quibuscum vixerat aliquamdiu, & egerat, ea excerpimus, quibus iam nota locupletaremus. Sed nunc in Indicis pergamus. Frater Christophorus Vlyssiponensis, Goanus Archiepiscopus imagunculam Xauerij ad pectus gestabat, quam aiebat se osculo sapius, sapius oculis admouere, suæque huius venerationis fructum tulit, cum mentem integrum duro calculo cruciatus, sancti ope mirabiliter est sanatus.

De se refert Gonfalus Fernandez (quem à Deo errantem largius; in viam redegerat) quoties vir Dei secum acturus ad fores pulsaret, toties de genibus adreptasse, domum ingressuro: nec se sat frontis habuisse, vt virum tantæ apud Deum laudis aliter domi exciperet. Iacobus autem Pereira, vsque adeo illi familiaris, & intimus, nunquam tamen sibi tantum potuit imperare, vt nisi aperto capite coram illo staret; eius vero conspectu, & auditu experiebatur, haud secus se animo incendi, vt si præsentem inspiceret Deum. Applicantibus ad portus barbaros Lusitanis nihil erat antiquius Xauerij honore, ornabantur festo & magnifico cultu, affectabantur, ambiebant, vt quisque maximè nobilis, ita illi adesse propius gestiebat. Confidendum si erat cum Ethnico Principe, detracta pallia substernebant ipsius pedibus alij, conuoluta in puluinum alij componebant, vt ei insideret; ac ne id vetaret fieri, contestabantur ab se consultò id agi, ad ingenerandam Ethnicis Sacerdotum nostrorum opinionem excelsam, & diuinam, quostantis honoribus prosequerentur Christiani. Vulgare illud domo exeunti vel consistere, qui forte aderant; vel sequi, & fixis oculis pro miraculo spectare. Fernandum quendam Rodeicum Vellium nullus præteribat dies, quin de obseruatis in Xauerio dotibus sermones misceret; quod ei fuit commune cum plurimis, sed peculiare, quod nisi cum fletu, & suauissimo sensu id nunquam faceret: quas vero in ædes vir sanctus, hospes quandoque diuertisset; quantumuis tenues, & vetustas, nullo pretio Domini adducebantur vt venderent: reiecti crebrius, & postulationibus exclusi, ab iis quos Dei, & Deiparæ nomine obsecrarant; ad extremum Xauerij nomen si interponerent, optata exorabant, nec erat tam durus quem eius nomen non fleteret. Votum omnium fuit inter eius manus efflare animam, quibus id boni obtigisset, augurabantur absque dubio saluos fore. Quod tam confidenter in animum induxerant, vt Lusitani cadauer sepelierint eadem fossa, ex qua tunc effossum deferebatur in nauim Xauerij corpus; securi, vt aiebant, illius animam non passurum Deum teneri diutius flammis lustralibus, cuius mortui corpus, sancti viri sepulchrum

pulchrum occuparet. Porro id sepulchrum vix credibile sit cultu quam honore, & religioso sit habitum. Lusitanus prædiues in Cocincinam Macao iens ac rediens, præteruehebat illud sæpissimè, sed nunquam nisi velis demissis, explosisque tormentis salutatum. Anno inde 1555, Melchior Nunnio Goa Iaponiam petente cum fœderatis nauibus bellicis, & mercatoriis, communibus studiis applicuere Sancianum, vbi exscensione facta nauæ, milites, mercatores, pulchro omnes supplicantium ordine sancti sui parentis sepulchrum adiere, cuius solum syluescens, cum fructibus, & spinetis liberassent, versis ad hoc in sarcula ensibus, prædiolum in quo corpus eius humatum diximus, cinxere aggere, ad staturam humani pectoris, tum vt inde arcerent bestias, tum ne loci eius memoriam posteris, ignoratio aboleret. Post hæc erecta ibidem cruce, sepulchrali fossæ aram translaticiam imponunt, in qua Nunnius rem diuinam fecit, splendido apparatu, ad cantus, & sonos musicos; hinc sacris vt erat indutus vestibibus concionem habuit de vita & gestis Apostoli; sed ei nec multa dicere, nec auditoribus percipere licuit, tantam vtrobique copiam lachrymarum tanti viri iactura ciente, vt si eo tunc loco cernerent morientem, mille demum impressis beato tumulo basiis, excerptaque ex eo ab singulis terra, quam inter amicos partirentur, conscensa nauis, cursum tenuere. Hic tamen habitus loco honor, nec primus, nec huius obiter vnus nauigij fuit, eos illuc quotannis concursus peregrinantium, Xaverij trahebat sanctitas, vt loco excubias Sinenses statuerint; suspicati tam multos confluere ad inuestigandum thesauri secretum, quem illic opulentus ex Europa mercator defodisset.

Deest adhuc famæ quam memoro, specimen aliquod opinionis quam de Xauerio nostri homines sublimem, & magnificam gerebant: & quidem omnes ipsius alumni, & imitatores, virique prorsus virtutis eximie: quos felix delectus ex Europa in Orientem destinasset, ea inprimis recreabat, sustentabatque spes, sanctum Patrem Franciscum videndi; dumque is Deum in Molucas, Iapones, & longinqua alia secutus, abesset Goa cum eò appellerent, extant suauissimæ illorum ad socios Conimbricam, & Romam querelæ, de suis illis optatissimis gaudiis remotissima eius absentia delusis. Ast vbi denique spectabant reducem, vna passim omnes sententia fatebantur, verba sibi deesse, quibus suam de illo præclaram mentem exponerent. *Ego, ait Paulus Valles, qui eius videndi desiderio Goa Cocinum nauigarat ( prætexens reddendas literas quas ad eum haberet ex Lusitania) primo aditu & assatu, impetrare ex me non potui, quin exclamarem, verè, verè seruus Dei est, & nunquam inueni similem illi. Proh! quantam vim exercet in animos, eius non modo loquentis, vox sed vel ipse conspectus? diuini obsequij accendit in omnibus ardorem;* additque prosequens, dies quinque cum illo tam iucundè versatum, vt perinde ac inter superos ageret, punctum sibi temporis viderentur. Nec dissimiliter Melchior Gonzalez de priore suo cum Xauerio congressu. *Goam, inquit, attigimus valde læti ob repertum illic P. M. Franciscum, cui parem*

*virtute*

*virtute in  
præterea  
prorsus n  
explicari  
rore, & so  
at si alior  
hic collig  
sensus, q  
ris Nunn  
nius de C  
tia virtut  
cum Xau  
nostrum  
architect  
care, de c  
ti fecit, l  
riam, su  
Oriente  
stolus vir  
tatem, P.  
sa postero*

*Iam S  
certius n  
loco Soc  
rum illiu  
Faber ill  
secundum  
ber post  
ad Xau  
betur ep  
tinet, n  
addo mi  
spectanti  
sancta o  
mandare  
in nomin  
istic Ind  
sti enim  
latiusque  
enim tan  
nia Rex,  
inuand  
perto, co  
rebus, A*

virtute inuenio neminem: amoris est in Deum tam plenus, & ebrius, ut nihil praterea in eo videas; habemus uiuentem nobiscum martyrem, & quod scribo prorsus nihil est, ad ea quibus re ipsa cumulat bonis quae à me non valent explicari. Vix eò adueneram cum in Comorinum profectus est, tanto meo amore, & solitudine, ut mihi viderer è Societate iam non esse. Ita quidem ille, at si aliorum Xaurij comitum de sanctimonia ipsius, in Europam scripta, hic colligam, literarum volumen conflauero; omnium loco sit duorum sensus, quibus ægre reperiatur alius diuinorum experientior, Melchioris Nunnij de quo paulo ante, & S. Ignatij. Interrogatus quandoque Nunnij de Gonzaluo Sylueria quid sentiret, cuius vitam celsarum excellentia virtutum, mortem corona martyrij decorasset, ac num videretur cum Xauerio componendus. Erat, respondit, Sylueria vir sanctus; hoc, nostrum nec ullus dubitat, nec ignorat: verum Xauerius ad illum, velut architectus ad opificem fuit; & profectus est eius animæ dotes explicare, de quibus à me opportunius alias. Xauerium autem Sylueria tanti fecit, licet vna de illo sociorum auditione sibi notum, ut oram Piscariam, suum diceret paradysum, optaretque in ea viuere, ac mori, nullum Oriente vniuerso arbitratus locum, eo sanctiorem, quem tantus Apostolus virtutis suæ condecorasset monumentis, quam sibi virtutis sanctitatem, Parauarum cum lacrimis narrationes assiduæ, & iis plagis impressa posterorum exemplo vestigia loquebantur.

Iam Sancti Patris Ignatij suprema de Xauerio existimatio sciri, aliunde certius non potest, quam quòd ex India in Europam illum reuocarit, suo loco Societati præponendum: quod testatur Ioannes Polancus secreto- rum illius & consiliorum omnium conscius, idque tanto ante Petrus Faber illi destinatat, cum primis Patribus Societati Præpositum daturis, secundum ab Ignatio, nominauit Xauerium; ut ab Xauerio vicissim Faber post Ignatium secreto pariter suffragio in Generalem legebatur. Hoc ad Xauerium de repetenda Europa Ignatij mandatum, quadam eius habetur epistola cuius saltem pars illa quæ ad reuocandum Xauerium pertinet, ne Societati excideret hic à me inserta est, sic ergo is scribit. *addo mihi, maius Dei domini nostri obsequium, & iuuandas istic animas, spectanti, opemque quam debent ex Lusitania expectare, fixum animo esse, sancta obedientia præcepto, inter tot alia, hoc item in Lusitaniam iter tibi mandare, cum primum se dabit nauigatio commoda, & hoc à te suscipi iubeo in nomine Christi Domini nostri, utque procliuus iis satisfacias, qui te fortè istic Indorum bono tenere satagent, edo hic tibi huius mei consilij rationes. Nosti enim primum, ad Christi nomen istic, in Guinea, & Brasilia firmandum, latiusque fundendum, Lusitania Regis pia imperia quanti sint; Principem enim tam probè animatum, & Christianis ardentem studiis, qualis est Lusitania Rex, facile conuicis multa præstiturum quæ ad Dei gloriam promouendam iuuandosque regionum illarum populos, necessaria sunt, si à te perito, & experto, coram de iis edoctus fuerit. Deinde cum tantopere intersit de Indorum rebus, Apostolicam sedem ex veris, & certis, digno teste grauique cognoscere,*

42

Ignatij literæ  
Romum Xa-  
uerium reuo-  
cantis.

ut illi tum noue, tum veteri Christianitati; animorum praesidia conferat, quibus aut nullo modo potest, aut agere admodum carere; huic pariter muneri, nemo te aptior, cum rerum quae istuc geruntur statum omnem comperium habeas, & hic in ea opinione sis cui multum deferatur. Scis quoque Indiarum bono quantum expediat idoneos mitti ad fructum qui variis ex locis, varie expectatur. Ad hoc inuenit plurimum tuus in Lusitaniam, & huc Romam aduentus; nec enim solum multo plures ad expetendas Indias adiucient animum, verum etiam inter istos delectum habebis certionem, & quis cuique Prouinciae futurus sit accommodatior perspicias melius. In quo tute ipse facile iudicas quanti sit recta collimasse, nec plene sufficiunt quae scribis ad formandum de iis indicium; te ipso vel simili opus est rerum aequae perito, qui coram, & usu, mittendos istuc perspexerit. Ad has rationes ex communibus Indorum depromptas utilitatibus, accedit, quod Regi animos suggeres, ad rem Aethiopicam tam pridem ac diu, sed incassum, nullo adhuc effectu motam. Congensi quoque, & Brasiliensi proderis non parum, quod praestare ex India, commerciorum defectu non adeo vales: ac si nostros quos regis tua istuc putabis praesentia egere; poteris illos haud difficilium, quin & commodius ex Lusitania, quam ex Sinis vel ex Iaponia regere. Caetera remitto ad M. Polancum, meque ex animo tuis apud Deum precibus commendo, precorque supremam ipsius bonitatem, ut nos sua profuse gratia dignetur, quo & perspiciamus quod ei potissimum placet & hoc cumulatius exequamur. Haec tenus verba sancti Patris, quibus addit Polancus eius scriba, priuatis suis ad Xaverium literis quae sequuntur. Prater illa quae sua epistola parens noster abunde complexus est (quam conducet vel integram vel ex parte proferre, si quibus fuerit satisfaciendum, de hoc in Lusitaniam regressu) sunt aliae item rationes non minori iis quas indicat pondere pendenda, & sciat R. V. hanc palmulam Lusitanis, Hispanis, & Italis pulsata tam dulce ubique sonuisse, ut sit nemo quin multum confidat, faustos hoc iter in Dei gloriam, & commune bonum successus habiturum. Estque haec eadem Patris nostri sententia, quod vel unicum possit multis, & validis argumentis par esse. Precor Iesum Christum D. N. ad summam suam gloriam, & obsequium omnia dirigat, Amen.

Haec dum Romae in Indiam scriberentur, fluxerat septimus à Xaverij obitu iam mensis; at si Deus fecisset, ad eum in viuis mandata Ignatij peruenirent, tunc prorsus liquido constitisset, quanto illum in pretio amissura haberet India, quanto lucrifectura Eucropa: tumultuatum profecto illic foret, ne eriperetur, etiam facta spe redeundi: sed si ab Europa prohibuisset eum illata vis; negatis ad transitum nauibus, erat plane aliquod Obedientiae insigne prodigium editurus. Scribens enim ad S. Ignatium, promptum se illi exhibuerat non semel ad omittendam, & Indiam, & Iaponiam, & Sinas, & quicquid haberet praemanibus, ut eius se pedibus sisteret, accepturus ab eo propensissima voluntate quicquid iubere placuisset; ad hoc autem, vel solum ipsius nutum satis fore. Nunc itaque aduersus obstituros, praeccepto Obedientiae reuocatus, per obiecta quaeuis profectionis impedimenta, & remoras, erat prorsus vel terra, ve-

mari, ped  
subiturus  
mendatio  
audiens  
hoc mun  
cohonest  
ctus Apo  
cultos; C

Sequa  
riorem e  
posito vn  
titudine  
regnaque  
quam co  
spatiis st  
mih ex a  
Trauanc  
rinum p  
tate voca  
B. Xaue  
prodigiis  
rio posit  
Frequent  
ferentiun  
tione, so  
trectatio  
qui Cot  
credatur  
re iusura

Degeb  
terarij m  
ximè ten  
non adri  
eximere  
tam stren  
basque C  
que fieri  
Patrum g  
& Nicol  
tibus ele  
citatem  
tium à D  
mento tu  
nibus, at

mari, pedes rediturus; Romam autem ingenti gratulatione, & honoribus subiturus, ut quem eius fama sanctitatis, & miraculorum, præuia commendatione, pro viro incomparabili celebrasset. Cardinalis à S. Cruce audiens reuersurum, præ gaudio fleuit, professus nullum sibi potuisse hoc muncio venire optabiliorem, & iam designabatur in vrbe pompa, ad cohonestandum illius ingressum. Huc vsque opinio sanctitatis qua sanctus Apostolus apud omnis generis mortales, barbaros iuxta, & moribus cultos; Christianos, & ethnicos magnificè claruit.

Sequamur nunc iis enarrandis, quibus illum Deus ab eius obitu clariorem effecit perpetuis admirandisque prodigiis; haud tamen inani proposito vndequaque omnia colligendi ut quæ styli complexum præ multitudine fugiant. Scimus nouo in orbe, eius miraculis deuinctas vrbes, regnaque attonita, patronum sibi eum adsciuisse, nec illum parcius colere quam colant imperia Orientis, sed vnus India, & paucorum annorum, spatiis styli claudere, prætergressurus omnia, præter insigniora, & quæ mihi ex actis de sanctitate illius publice conditis suggerentur. Quæ oræ Trauancoris ab ortu, ab occasu Piscaria in austrum porrectæ, ad Comorinum promontorium iunguntur, situm est oppidum ethnicorum, Cotate vocabulo, sex tantum milliariis à mari; vicina est oppido illi ædes B. Xauerio sacra, nec ornatu nec opere tot inter alias memoranda, sed prodigiis quæ absque numero ad eius effigiem (illic olim à P. Andrea Buserio positam) eduntur, si alia vsquam per Orientem maximè cehebris. Frequentatur peregrinatione, anathematis, & donariis ethnicorum, referentium inde tam manifesta votorum præmia, ut qui veteri superstitione, soliti erant suam testium fidem iuridicam, ferri candentis conrectatione, vel immersione manuum in feruens oleum probare, Sanctum qui Cotate colitur nunciarent, eorumque tam indubitato testimoniis credatur, quàm sæpe periuros contigit repentina morte sacrilegum lueri iusiurandum.

Degebat proximus huic templo ethnicus Beremalus nomine, ludi literarij magister, & poëta; superstitionis patriæ ut peritissimus, ita maximè tenax, animo tamen & moribus, quoad veri Dei fert ignoratio non admodum improbus; huic eo acrius studebat P. Buserius errores eximere, quod magno Christianismi honore ac lucro, exarmandi essent tam strenuo milite Brachmanes, & probabat quidem summopere suspiciebasque Christiana; verum sexagenario maiorem pigebat renasci, pudebatque fieri de sectæ suæ veteris magistro, nouæ discipulum. Seu tamen in Patrum gratiam, vel quod ita sentiret; Christianam legem, Xauerium, & Nicolaum Spinolam (qui nostris inde non longe præerat) poëticis cantibus elegantissimè laudauit, suis de cætero inhærens miseris dum felicitatem decantat alienam. Huius artamen suæ qualiscumque opellæ pretium à Deo, & Xauerio sanè ingens, salutem animæ, leui corporis detrimento tulit. Primum enim lepra toto corpore deformatum, deinceps bubonibus, atque vlcibus tam dire nerui cruciabant, ut membris omnibus iaceret

43

Miracula Xau.  
post mortem  
Cotate edita.

iaceret captus, frustra satagentibus medicis in aliquod saltem eius morbi leuamen. Quare mitius aliquid desperans, vitæ residuum parabat in doloribus trahere, cum ecce tibi nocte quadam adest Xaverius dormienti placidissimo conspecta, monet in ædem suo nomine sacram deportetur; illic sua coram effigie vngatur oleo quo appensus ardebat lichnus, sic valetudini pristinae reddendum. Ille vt diluxit monitis ad amissum pareret. Sed de suo adiungit, quod se ad limen ædis sacrae deponi iubet, ibidem hymnum in laudes Xaverij pangit; tum ad Sancti effigiem defertur, vngitur, mox toto corpore squamosis crustis lepra decidere; coire vlcera, reuiuiscere neruorum vigor; mundus denique, ac valens restituta fanitate frui. Altero vero ab hinc mense, festa Christianorum pompa, & applausu, beatiori fonte lotus Francisci liberatoris sui delegit nomine vocari, seque illi eodem in templo ædituum dicauit.

Probrosa ethnici, nobilis capitis iactura, mæsti; vbi cumque illum offenderent, sugillare; motum cerebro dictitare, exprobare animi leuitatem, quæ meritorum tot annos apud Deum, apud homines Magistri gloriam, & opinionem sapientis: Sectæ mutatione decoqueret, quid enim tandem in lege Christiana reperisse dignum hominis fide, mediocriter prudentis, nedum sapientia ipsius singulari? quibus vero Christianorum in templis, miraculum cerneret, aquæ olei vice perpetuo lucentis, vt in templis Pagodum?

45  
Aqua vice  
Dei ardet in  
lucernis.

Est, enim hoc inter alia sexcenta, palmare mendacium quo fraus Brachmanum sacrilega, stolidum popellum in cultum dementat idolorum; fingunt aquam ardere pro oleo ante illorum simulachra, & Franciscus quidem illorum irrisiones & querimonias deridens, hoc solum aiebat, se inter illorum, & Christianorum legem notasse discrimen, quod hæc tota veritas esset; illa quanta quanta, purum, putumque mendacium. Hærebat attamen illius animo, de aqua olei pabulum lucernis præbente, optassetque ex vero de Christianorum Ecclesiis affirmare quod de Pagodibus ethnici confingebant. Eodem igitur ad hoc in sua Ecclesia tentandum impulsore, quo ad augendam Xaverij gloriam, & fraudulentiam ethnicorum confundendam agebatur, aquam sumit lustralem; lampadem ea implet, nouum impletæ indit ellichnium; de hinc ad sanctum conuersus (nam perinde cum eius imagine, vti cum amico familiariter confabulabatur) Expecto, inquit, commissurusne sis, te ab hostibus tuis vinci; noruit illi miracula fingere; tu fac sciant te vera edere. Accendo nomini tuo hanc lampadem, vt ardeat effice. Arsitque planè statim igni admoto; neque illa vna, sed altera, & tertia in quibus idem handquaquam nutanti, sed præ lætitia gestienti experiri placuit. Tunc autem erumpere in oppidum, ethnicos quicumque occurrerent prouocare, ad spectaculum aquæ, in Christianorum Ecclesia non falso, vt eorum in templis, sed verè ac palam vice olei ardentis; Deum, & prodigij auctorem Xaverium laudibus tollere; pungere illos facilitate explorandi, quippe ab se narrari non dissita, vel nullius oculis probata, qualia ipsi venditabant; in proximo

mo rem e  
rare his  
abesset lo  
ethnici, v  
nihilò se  
periuntur  
tas cuiqu  
eodem m  
genua Ch  
dicant lau  
sparsa hi  
earumqu  
(ita nomi  
nos, quib  
fatieter  
cutus est  
re quot n  
ferit. Lic  
aquam c  
ardere.  
ratam, X  
rus & ip  
dit perin  
Totius, i  
consuera  
mirabile  
lucernas  
ministeri  
hic thau  
ædituum  
pergo.  
Sæuus  
ad cum l  
tes, o Pa  
cruciatib  
fidenter  
Sequitur  
arrosum  
plici plag  
neque au  
constitit  
affatus et  
Aiunt P.  
Goæ put



no rem esse, nempe ad Sancti effigiem, adessent, & experirentur. Delirare his senex principio creditus; cœtera, sibi cum belle constaret, & abesset locus aliquot tantum passus, accurrunt Christiani frequentes, & ethnici, vident, inspectant, tangunt, aquam meram olei usum dare, fraudem nihilo secius & præstigias veriti, præsertim infideles, ipsi per se rem experiuntur, simplici aqua, & novis ellichniis lucernas aptant, quam multas cuique sua vel infidelitas, vel curiositas suggessit, quæ omnes pariter eodem miraculo arserunt, incensisque vna omnium animis prouoluti in genua Christiani; sublatis in caput ritu suo manibus ethnici, Sancti prædicant laudes, Christianorum Deum præpotentem magnificè celebrant; spatia hinc prodigij fama per iunctam hoc promontorio utramque oram, earumque mediterranea, peregrinos undique ad sanctum Cotatensem (ita nominabant) magno numero acciuit, Mauros, idololatrias, Christianos, quibus sedulus, & gaudens ædituus miraculi præstantiam, novis ab fatietatem experimentis commonstrabat, quam & poëtico cantu profecutus est eleganti, lateque per Indias solito decantari. Longum sit dicere quot modis quam multorum vel pietas, vel curiositas hic sibi indulserit. Lichnos secum novos quindecim tulerat Manaparensis Parauas, aquam omnibus infudit, omnes accendit, omnes aqua vidit vice olei ardere. Obtulit Antonius Caiadus plenos oleo sexaginta ob recuperatam, Xauerij dono, videndi facultatem, sed alios quinque probaturus & ipse miraculum, cum aqua concinnasset, dies quatuor solidos vidit perinde lumen ministrare, ut quos oleum alebat. Denique Bellarius Totius, ibidem quoque ædituus, quoties oleum defuisset aquam lucernis consuere infundere, eaque semper lumen pro oleo nutrire. Nec minus mirabile quod multorum obseruatum est oculis, si quo casu extingui lucernas contingeret, accedentibus iterum accensuris, seipsis denuo seu ministerio potius beati genij omnes simul solitas reaccendi. Neque tamen hic thaumaturgus Apostolus, fixit beneficiis suis meram erga suum ædituum ac poëtam Peremalum: perstringo reliqua priusquam ulterius pergo.

Sæuus illum quandoque intestinorum inuasit dolor, & cassis penitus ad eum leuandum remediis, coram Xauerij consistens imagine ferre potes, ô Pater, inquit, æditui tui, tibi diu noctuque solliciti, tam acerbis cruciatibus diuelli viscera; nec manum admoues salutarem? paucis his confidenter queri desierat, simul desuit dolor nullo in posterum eius sensu. Sequitur lepidum, atque ut leue sit, minimè omittendum. Die quodam arrosus à muribus conopæum Altaris cum deprehendisset, & ex triplici plaga bene grandi coniceret minoris bestię non fuisse id crimen, neque aut grandem muscipulam, aut eius instruendæ haberet artem; constitit, vir simplicissimus, ad Sancti altare subiratus, & his illum verbis affatus est (quæ ipsemet testis, in actis iuridicis à se ita concepta dictauit) Aiunt P. Francisce obiisse te apud Sinas; te Sanctum fuisse; corpus tuum Goæ putredinis experts integrum asseruari; tui vero templi ædituus ego

P p

sum.

46

Alia ibidem  
mirac. in gra-  
tiam ægrot;  
nautarum fi-  
cientiū; nau-  
gantium; pis-  
catorum.

sum. Tibinè ergo videtur decere, vt tui altaris conopœum, forex arrodere ausus sit ? debes illum omnino, mihi mortuum sistere. Quacumque de forma hoc argumentum deprompserit, certo tamen quod voluerat euicit, postridie mane referaturus templum, ad illius fores reum murem mortuum inuenit, & quidem magnitudine admodum enormem. Quo eius supplitio magnopere gestiit.

Aquæ prodigio vicem Dei præbentis, & mutata natura, ignis pabulum factæ, cuius per se interitus est, vix aliud latius Xauerij gloriam inter illos ethnicos diffudit. Sunt tamen ab ipso & alia, in eodem elemento mirabiliter edita, in subsidium necessitatis alienæ. Illud notum imprimis inter nautas, quoties malacia tempestatibus interdum grauior, aquam omnem moris longioribus consumpsisset, quo mortis genere nullum nauigantibus incumbit crudelius; toties illos ad S. Xauerium & confugere solitos, & Sanctum iis opitulari consuesse, vel aquis marinis exempta salugine; vel immixtis extra ordinem anni, ventis; quibus in littora ignota, & insulas eiectæ naues, aquationem in iis facerent. Nec ab simili dono inter piscatores vtriusque hinc inde ad cornu Comorinum plagæ; si annus mare negasset pisculentum (vnde ferè iis victus suppetit) iacta S. P. Francisci nomine reria, tot referta piscibus ducebant, vt si forent in mari fecundissimo piscati. Iam sedatæ procellæ, conuersique in fauorem venti, eo numero sunt vt cogar hic paucis satisfacere lectori. Nauigabat Cocino in Bengalâ Manuel Sylua, ibant vna vectores, & mercatores quamplurimi, cum exorti de repente venti, maria euertunt, vela dilacerant, diuellunt malum, & antennas, puppim debilitant, nauimque propè omnino spoliant superioribus armamentis, vndas vero in montes attollunt, (sic qui aderant testes ex re vera, non amplificandi gratia se loqui aiunt) arte ergo & ope destitutis iactura fit omnium mercium, omnisque ponderis, nudum nauis cadauer cum semimortuis quos veherat, maris arbitrio iactatur, & fluctum omnem sibi retur lethalem; cumque nulla miseris spes esset aliunde, superos omnes in auxilium vocant, interque illos Xauerium. Mira res, & aspectibus omnium aperta & euidentis. Vnda imminebat formidabilis, nauim à latere incurfura, cum in clamato S. Francisci Xauerij nomine velut freno inhibita retro cessit, seque à nauis procul, ipsa resorbuit. Quo animaduerso, deinceps ad minas fluctuum singulorum, vno omnes clamore Xauerium in opem exposcebant, & fluctus aut scindebant se medios, aut aliò impetum flectebant: quæ sancti admirabilis tutela, ne fortuitis attribueretur Oceani motibus, si quando illum vocare negligerent, tunc vero vndæ quò natius rapiebat furor, velut deposito sancti viri metu, periculosè nauim illidebant. Ita continuato per fluctus singulos miraculi beneficio tandem incolumes in regnum Bengalæ, duce Xauerio sospitesque appulerunt. Nec adscribã plura in hocce genere, quod obsit sua narrandis multitudo, inter Sinas præfertim, & Iaponiam editis, quo nullus est vasto in Oceano, nautis horribilior tractus; hunc autem vt salui enauigent pro solenni habent pictam

Xaue

Xaueri  
tur im  
Iam d  
tas an  
redibat  
inonto  
cepit  
dem, n  
violent  
afflictu  
tos mer  
agebat  
succurr  
fentissim  
rent re  
ornande  
tas occ  
co mare  
oram le  
Coulan  
iustitera  
bat vari  
ab simili  
ne Ind  
singular  
obitante  
di valai  
robustæ  
sinum c  
in portu  
curini fo  
Xauerio  
gni auct  
cere, Jap  
Xaueriu  
triduun  
secus, ac  
Aspe  
Beatus I  
facturus,  
eius exem  
ster litera  
noctu ab  
bat sese,

Xauerij tabulam malo appendere cuius tutelâ tempestatum aut frangitur impetus, aut vindæ mansuescunt.

Iam de Xauerij in ventos imperio, nauibus in portus optatos, extra statas anni periodos deducendis, vnum aut alterum subiungo. Coulanum redibat Franciscus Rodriguez cum sociis nauibus, & Goducherini promontorij æstuosa, fyrtesque declinans, altum semper tenebat: Sed iis cœpit ventorum, imbrium, vndarum turbinibus vexari, vt fœderati quidem, nauigiis fulti munitionibus, per aduersa omnia tenderent ipse, tam violento impar discrimini, editioris loci se supercilio tegetet, mœstus, & afflictus quod efferato iam in procellas anno, mare illud occiduum in multos menses clauderetur, essetque sibi illic hiemandum. Dies in anchoris agebat duos, sortem lugens acerbam, & suo commercio damnosam, cum succurrit dolenti Xauerius latè orâ illa prodigiis celebratissimus, & præsentissimum quibuscumque angustiis eorum qui ad se fidenter confugerent remedium. Quare illi se ex intimo committens, vouet eius Cotate ornando templo cortinas aliquot, si eius beneficio Coulanum ante portas oclusos attingeret: vouerat, votique confestim fit reus; ponit illico mare, versus à puppi adspirat ventus, soluit Rodriguez, semperque oram legens (quod & tutissimis anni periodis intutum, & periculosum) Coulanum applicat. Sociorum naues quæ contra vim maris, cursui suo iustiterant, octiduo post apparent, sed occupatis quâ tempestat trudebat variis portibus, nulla earum Coulanum appulit. Simile aliud non absimili in causa promeritus est beneficium Gonzalus Mendez, natione Indus, Brachmanes genere, nisi quod habet quiddam præterea valdè singulare: transibat is quoque Cocinum versus, ex ora vna in alteram, sed obstante iam hiemis importunitate Comorinum Cornu vi nulla transgredi valuit. Naues septem quibuscum inito fœdere soluerat, quod essent robustæ, magno vterius conatu prætergressæ, inde sexto vix milliari, in sinum coniectæ sunt Cotati oppositum. Persuasus Mendez Cocinensem in portum euasisse saluas, eò dolentius infortunium ferebat, quod Tutucurini solus esset hiemem & lucra mercium, perditurus. Ardenter itaque Xauerio supplex, spondet se Cotate illius Ecclesiam donatio aliquo insigni aucturum. Paranti nihilominus in diem proximum è nauis merces educere, Iapothecis melius seruandas, spectandum in somnis se præbet Xauerius; hominem consolatur, verat merces mouere; sedatum iri post triduum ventos, & maria, Cocinum prosperè peruenturum. Quod haud secus, ac erat pollicitus dies quartus effectum exhibuit.

Aspectabili hac sui præsentia non enumerabo quàm multis adstiterit Beatus Indorum Apostolus, eorum vel animis, vel corporibus medicinam facturus, ne similibus historiam onerem, vel debitis mutilem, pauca solum eius exempla hic referam. Indus arte Catambis, vt vocant, hoc est magister literarum, Ioannes Fernandus nomine, impuris amoribus irretitus, noctu ab iis cum rediret, in ædem haud procul Manapare sacram, abdebat sese, vbi celebris prostabat B. Xauerij imago, lucem illic operiens

47

Multis videndum se exhibet in eorum salutem.

ne suo grandi malo sceleris sui inditium faceret: dormienti adest Xaverius pacatè admonet, detestabilem ei obiicit vitæ statum, rogat etiam ab eo resipiscat, insano amori remittat nuntium, æternam alioqui ei perniciem allaturo. Experrectus Fernandus, pro inani somnio monita negligit; sed nocte insequenti ab eodem scelere redeunti, eodemque in templo quiescenti, non iam placido vultu, sed iratum se sistit Xaverius, obiurgat, minatur; futurum ut ei caro stet nisi se ab illa infami consuetudine abducat. Sed neque tunc minis paruit sceleratus, tametsi animo pungeretur, nec posset has merum somnium putare; adeo impotens libido præsentis voluptate, fidem pœnarum sequentium tamdiu adimit donec opprimant infelicem. Ergo hic quod sibi intriuerat hoc edit: humor illi ex capite defluus vniuersum corpus, ita occupauit, neruos præcipue manuum, ac pedum, tanto ac tam informi tormento contraxit, ut linqueretur animo sapius, & commouere se nisi alienis manibus non valeret. Accedebat ad mali cumulum medicorum sententia, nihil ausa deinceps melius polliceri, quod experti viderent, nec iacentis naturam, neque artes suas, tenacitati humoris illius dissoluendæ sat esse. Occursant interim turpitudinum suarum condigna præmia legenti, visorum figuræ, & Sancti minæ quas spreuerat, quibus tunc effectui datis sera esse omnia videbat præter lacrimas, & pœnitentiam. Semestre duxerat inter cruciatus, cum spe corporis abiecta, prospicere saltem animo decernit: redit cum Deo in gratiam, vitæ omnis labes confessione serua expungit; pœnam illarum, morbum quo conflictabatur, mortemque adeo ex eo expectatam, quam erat commertus, libenter admittit; denique omnia si conualuerit in futurum spondet, & quoduis exitium potius quàm eiurata flagitia aditurum. Post quæ tertium illi B. Xaverius, ut alias quiescenti adest; docet morbi fontem ipsius crimina fuisse, quæ blandis in cassum curata remediis sananda fuerant doloribus corporis. Iam ab iis ad Deum, & ad se reuersus, speraret bene, quibus dictis, fausta illi manibus adprecatu euanuit, excitatusque Fernandez duplicibus gratiis profecutus est Sanctum animi sui, & corporis medicum, eaque præ omnibus ut profiteretur in posterum se castè victurum. Minus corpori, plus animæ contulit Xaverij species Malabarensi obiecta femina diuturno ex morbo languenti: hæc deuastato Nanginensis, patriæ suæ agro, omnibus ad curationem subsidiis defecta, valetudinem à S. Xaverio continuis precibus flagitabat. His instantem votis aspectabilis adit Sanctus, hortatur vehementer quod visum Deo foret, idem hoc etiam ipsa vellet; subdit Deo placere, ut viuus abeat, ipsique tam pridem iacenti expedire, futurum id non ita multo post; daturum se operam ut præsto illi sit Sacerdos è Societate, qui necessariis illam præsiidiis ad Christianè decedendum iuuet. Quo pariter tempore Iacobo Gonzalo inspirat excursions aliquas in oram Trauan-coris ut Christianos à barbarie, & strage superstites recreet; profectus Iacobus, & in Nanginensis interiora quoque se penetrans, agrotam inuenit, quæ probè conscia, cuius instinctu, & quamobrem adest, tenere flens,

manusque

manusque  
quod retu  
rata felicit  
bono neg  
agrotation  
tamen seg  
precibus,  
dem ab eo  
bili; spect  
vni ex Ecc  
patus puer  
gravi ali o  
restituend  
gisceret æ

Quid c  
didit? Hu  
cis quod  
festorum  
gendum,  
mam ex eo  
omnino el  
ter somno  
tum accio  
respondit  
nihil sibi  
festa ind  
nem illic p  
traturum.  
sum eius  
cens in b  
Ac fuit q  
imaginis  
tur agrot  
ab Sancti  
nono den  
tra suos c  
cinit ipse  
cepti mu

Cæcit  
ministrum  
clusus a  
to vsu ni  
coleret,  
aut serui

manusque attollens, promissi gratias B. Xauerio egit, visum Patri Iacobo quod retuli narrauit; indicatoque mortis die, sacris rite mysteriis procurata feliciter obiit. Cæterum corporis sanitatem quam huic magno eius bono negauit S. Xauerius, alteri concessit, Indæ similiter, & ex longa ægrotatione animam agenti, vsu iam linguæ, ac sensuum amisso. Haud tamen segniùs parentes quos iactura illius vehementer angebat, assiduis precibus, ac votis, pergebant illam B. Patri commendare. Quibus tandem ab eo quod tantopere viserant abstulerunt, sed modo prorsus mirabili; spectandum enim se variis locis, tum piæ feminae, tum eo in pago, vni ex Ecclesiæ ministris obtulit; turba, qualis inter nos dum viueret stipatus puerili, Christianam doctrinam discentium, & hunc minem præferens graui ali quo sollicitoque negotio impeditissimum; properare se ait ad restituendam ei feminae sanitatem. Quo temporis puncto velut expirasset ægrotans, voce, sensu, viribusque receptis momento sanata est.

Quid quod etiam Indo cuidam, vltro ac minime rogatus, oculos reddidit? Huius nomen Chambaratecura; occupatio quæstura Sanctæ Crucis quod est in oppido Colluci templum. Componebat quandoque festorum ignium diuersa missilia ad diem S. Crucis festa lætitia peragendum, cum in aceruum tormentarij pulueris scintilla incidens flammam ex eo ingentem corripuit, qua & miserè deformatus, & excæcatus omnino est, egitque multos annos cæcus; conspiciendum se tamen inter somnos aliquando huic sistens B. Apostolus, quærit ecquid ipsi gratum accideret oculorum vsu recipere? is ne vitam quidem gratiorem respondit, sed enim qui posset id fieri, cum præter oculorum cauum, nihil sibi de oculis restaret? de hoc inquit Sanctus, ne labora, iubetque sexta inde leuca perduci se Cotatem curet, ad ipsius ædem atque imaginem illic preces fundat, cæterum nihil prorsus ambigens oculos se impetraturum. Prima vix luce promissi auidus in viam se dat, familiari gressum eius regente, omni que illo itinere Sanctum rogans, & omnia pollicens in beneficij gratiam, si cæcus eò adueniens, reuerteretur oculatus. Ac fuit quidem haud ad eò subita impetratio spei datæ, nec primo stetit imaginis aditu, ad probationem, & meritam fidei nonum in diem differitur ægrotus, supplex, fiducia, & constantia plenus, fixusque non prius ab Sancti pedibus recedere, quàm esset promissi compos factus. Idque nono demum ex quo venerat die prolixè obtinuit, renatis momento intra suos orbis viuidis oculis, & quos amiserat nitore vincentibus. Cecinit ipsemet (erat enim poëta) versu patrio carmen, quo miraculum accepti muneris tota India vulgavit.

Cæcitate hac haud forte leuior alia, Ioannem Fonsecam Lusitanum ministrum regium detinebat; abductus à barbaris, & Cugneli conclusus alta rupe, vitam trahebat in tenebris, omni oculorum ablato vsu nisi ad lugendam seruitutem. At is Xauerium cum additissimè coleret, instabat apud illum perpetuò, vt se ab hac vita tam calamitosa aut seruitute eriperet; futurum sibi tolerabilius vna morte absolui, quàm

47

Oculos effos-  
fos excor, red-  
dit.

49

Captiuum li-  
berat.

diro sepultum carcere, quotidie mori. Audiuit clientem patronus beneficis multò etiam largius quàm efflagitaret; recreauit sua præsentia moerentem, confirmauit ad patientiam triduanam qui adhuc ipsi supererat carceris, post quem insperatò, contraque omnem expectationem, in libertatem amissam assertus est. Longè diuersos auaro Christiano impressit motus obiecta Xaverij species. Hic ædis quæstore quam Couiani sacram habebat Sanctus claris illustrem miraculis, vela quædam altaris, & tintinnabulum, pecuniæ modicæ pignus acceperat. Sed breui coactus est reddere. Xaverius ipsemet repetiturus adstitit dormienti, vultu irato, acerbè ac minaciter obiurgans; nisi quanto cyus in templum referret quod de illo in pignus non dubitarat admittere, grandi scœnore luiturum: terribili somnio inhorrescetus euigilat, apertisque oculis Sanctum videt sublimè ab se auolantem.

Hæc per se præsens Xaverius confecit; sed absque numero alia rerum partim suarum, partim sibi sacrarum ministerio, vel attactu. Pulvere ex fossa sepulchrali, qua Sanciani conditus est, segmentis castulæ seu superpellicei & sacerdotalium ipsius vestium, chirographis nominis, oleo ad eius effigiem lucente, mensuris Goani illius sepulchri, breuiario, coronæ globulis, edita censentur innumera, probanturque iuridicis tabulis ab eo miracula. Cruces quibus passim littora insigniuit vt essent terræ marique conspicuæ, & venerabiles nauibus, ac viatoribus, colebantur velut gloriosa ipsius trophæa, nec parcius ab Saracenis, & ethnicis quàm à Christianis, appensa ferebant donaria, anathemat, & omnibus scilicet acceptam ad illas à sancto gratiam monumento affixo testantibus.

50  
Ad crucem  
Xau mir.

Præter has, Cotate nominatissima colebatur ex qua S. Xaverij prodigiosa illa pendeat tabula, cruxq; ipsa clara prodigiis, adhibitaque à S. Patre veluti propria in effectiōnem continuâ mirabilium beneficiorū. Cœpit eius occulta in lucem virtus se prodere, cum humata eo in templo scœmina Cotatensi, Christiana in speciem, re ipsa ethnicis peiori, crux palam in omnium oculis, improuisum cruorem sudauit, sed ea copia vt ramis quinque per truncum deflueret. Quo permoti ostento qui aderant, cum de mulieris vita & moribus inuestigassent diligenter, magam, & magistram beneficiorū, ac peculiari olim dicatam dæmoni compererunt, nullo animi pœnitentis inditio mortuam, dignam proinde cuius execrabile cadaver sepeliretur asini sepultura, traditaque in prædam dæmonibus anima, discerpendum canibus iactaretur. Hinc multiplicis deinceps beneficentiæ exercendæ fons fuit Xaverio illa crux. Complexu solo, visum cæco restituit; contactu lethalem sanguinis eruptionem inhibuit; piscatorem egenum periculose ægotantem, qui præ illius tactu sacro, ethnicorum veneficia spreuerat; confestim restituit; & præter alia sexcenta paralyticum sanauit, sed modo non raptim transcurrendo. Erat is Dominicus Gomez, in Lusitanorum præsidio Cocini miles, huic ad S. Francisci propugnaculum excubanti, repentina humorum eluuiæ partem corporis sinistram ab usque capite ad pedes intercepit penitus sensuque orbauit,  
ne

ne linguæ  
vocem qua  
ætatis, &  
morbi per  
tiauerant  
quem vene  
Rectorem  
ce, penes se  
deraso, po  
signo cruci  
fuerat priu  
mo collum  
atque em  
latim malo

Cocini  
ne, parte  
te inter b  
mucaio in  
Christi fi  
retur ann  
tàm inuet  
nis experi  
crucem ic  
dò, nullis  
Xaverij,  
capite, m  
dæ carnis  
ad pellem  
oculis co  
septimest  
brachiis  
momento  
dum; sol  
crucem o  
que vlla  
basse suff  
tifex, Bea  
latus qua  
tos mens  
tanda fu  
fore tuti  
care, sed  
nodes d  
nulli sto

ne linguæ quidem intactis musculis, ut nisi difficile ac fœdè balbutiens vocem quæ sat perciperetur non posset exsculpere: hominem igitur id ætatis, & læua corporis parte captum, & validissimâ quæque remedia, morbi pertinacia eludentem, communi sententia pro insanabili pronuntiauerant medici: quamobrem spes omnes in S. P. Franciscum transtulit quem venerabatur peculiari cultu, factusque certior Cocinensis Collegij Rectorem Antonium Toscanum de prodigiosa miraculis Cotatenfi cruce, penes se assulam habere, eius ab eo frustillum obtinuit, quo in aquam deafo, post *Pater & Aue* utcumque recitatum aquam haurit, linguam signo crucis munitam pertentat, experiturque enodem, ac liberam ut olim fuerat priusquam paralyti ligaretur. Soluta iam linguæ vinculo, primo collum, deinceps brachia, & membra deinceps reliqua, motu defecta atque emortua, aqua eadem tingit, fugienteque ad aquæ contactus sigillatim malo, singula tam belle restituit, ut vnquam iuueni fuissent.

Cocini quoque Xauerij virtus prodigiosior eluxit in quadam icone, parte altera eius effigiem; altera Virginis exhibente, cum infante inter brachia filio. Erat hæc in manibus Luciae Vellanzani, Tamucaio in Sinis oriundæ, virtute eximia viduæ, olimque ab sancto Christi fide medictæ, ex qua de hisce miraculis cum iuridicè quæretur annos exegerat ætatis centum & viginti. Nullum obtulisses tam inueteratum, & peruicacem morbum, membranulla curationis omnis expertia, quin illa momento persanaret, seu partes affectas ducta in crucem icone obfignans, seu aqua spargens qua iconem merferat, hac modo, nullis præterea, adiecta precula. *In nomine Iesu Christi, & P. Francisci Xauerij, restituatur tibi sanitas.* Multos vidi (ait vnus pro testimonio) capite, manibus, pedibus, pessimè affectos; alios naribus frusta putridæ carnis eiectantes, cum purulento, & intolerabili fœtore; alios phtyfi ad pellem ossaque consumptos & cadaueribus concolores, meis inquam oculis coram vidi tactu illius iconis repente sanatos. Natam infantem septimestri partu, absque vllò vitæ indicio; aliam ex lapsu de gerulæ brachiis morientem, contactu iconis, & Xauerij inuocatione, Lucia momento restituit. Cæcam multos iam annos mulierem; mutum; surdum; solutis paralyti nervis, mensibus quindecim afflictam, icone in crucem obfignauit, adspersit aqua post immissam in eam iconem & absque vlla mora, sensibus, vsuique membrorum reddidit; quæ carptim libasse sufficiat, ut tria citius describam, quæ describit suo diplomate Pontifex, Beatorum honores Xauerio decernens. Gonzalo Rodriguez læuum latus qua cordi imminet profundè abscesserat, altamque vomitam multos menses alebat; absterrebat tamen periculi lubricum chirurgos à tentanda funditus mali sede, radiceque illius igni aut ferro extirpanda; fore tutius arbitratis, tenuissima diætæ & pharmacis humorem illū exsiccare, sed iis tam nihil actum est ad claudendum vlcus, ut etiam in carcinodes descuerit; ex quo accerrimi cruciatus, affectus cardiaci, & convulsi stomachi dolores assidui, quos inter contigit Deo sanationem miseriparante

51

Et ad eius iconem.

parante vt de Xauerij icone, ac miris ab Lucia Sinensi per eam editis aliquid inaudiret, veniretque in spem participandi eius boni: adit feminae domum, & ad pedes illius de genibus, calamitates suas narrat. Illa nihil cunctata, nulloque alio apparatu; ter pectus illius icone obfignat, iubens in nomine IESV & S. Francisci Xauerij sanum esse; quo eodem puncto, carcinoma emoritur (coit solidaturque vulnus, reflorescunt vires in integrum vt olim valuerant) priusquam morbus illas attereret: hoc primum, alterum sequitur in Maria Diazia editum, huius partem dextram paralysis ferè omnem, maximè brachium laxarat, quod cadebat ex humero pendulum, nec cruri insistere, nec passum progredi, nisi fulcientis auxilio poterat; augebat miseriam cæcitas, & expes vtriusque medicinae malum nisi ea miraculo fieret, vt euidenti prorsus, grandique facta est; ad se enim perductam pissima vidua, semel quotidie septiduo integro aqua tinxit cui Xauerij nomen pro more suo intinxerat, die septimo cum etiam oculos irrorasset, & in cruceem signasset, simul oculos cæca perspicaces, neruos paralytica firmos, & habiles recepit, valensque bellissimè, absque duce, aut fulcro in Societatis templum se contulit, vbi ferulas subalares, acceptæ gratiæ anathema archiatro suo Xauerio appendit. Tertio denique materiam præbuit Manueli Gonzales Figheredus, virtutem & ipse Apostoli expertus, malis curationum expertibus efficaciter salutarem, huic computruerat vtraque tibia, & ebulliebat in continuam verminationem & saniem, cum acutissimo cruciatu, quo pedem humi figere vetabatur; conati diu multumque medici malignum humorem in crura deciduum, arefactione præuerrere, hoc artis & operæ tutelere pteritum, vt neruis contractis, alterum altero fieret breuius, ad summam exitij, hominem inuasit cruentum ventris profluuium, quod exhausto vlcerebus, & annis ferme sexaginta, nero non mortiferum censuit: fuissetque omnino, nisi pia Sinensis adhibuisset morbis Xauerij manum, aquam bibit agrotus cui Xauerij iconem illa immerferat, statimque ex plagis, saniosis illis, & inueteratis, simulque ex disenteria valuit. Ingens quoque Cocini miraculum extitit ab alia Beati Xauerij Cotatensis apographa tabula. Eam commodum sibi, Gaspat Gonzalez secum detulerat, cum duabus ante mediam noctem horis in portum subijt: elapsa vix hora immane incendium Christophori Mirandæ proximas ædibus ipsius ædes corripuit, quod vento, tenebris, æstiuo ardore, materia lignea, feram opem non expectantibus, breui ab imis quæ corripuerat altius grassatum, primum famulam dormientem illico præfocat. Exciti strepitu vicini, aliò sua raptim comportare, vel confertim fenestris proiecta, igni subducere, quod editior Mirandæ domus flammis & carbonibus in tecta illorum plueret, ex palmarum aridis frondibus conferta. Ferrit imminens clades Gonzalem Xauerij memorem. Productam illius tabulam incendio obuertit, ipse cum omni familia, genu flexo, eius præsidium magnis vocibus implorat. Hic vero ex templo erumpentes fenestris, & tectis flammæ intro resilire, cohibere se parietibus, in seipsas concidere

cidere resiliere  
 imaginum  
 raritas; &  
 ergo depræ  
 venit, qui  
 peram cor  
 hoc, est o  
 ferendo co  
 hebat. H  
 optarat, e  
 nibusque  
 quo langu  
 sedulitas,  
 sequi expe  
 rus opinor  
 vt ad S. P.  
 gitat inter  
 lit, vitæqu  
 ces suas ho  
 chrum quo  
 cebatur. Fl  
 per genua  
 gerat cum  
 hac & em  
 exsoluenda  
 die pueri a  
 Sequam  
 rium in vi  
 non præter  
 tamen vt in  
 petrauit, &  
 quæ filiolo  
 tum oblat  
 ne, exorata  
 post eius, c  
 tem vocauit  
 inuisa, offe  
 nè multaru  
 te, quàm  
 accurrit &  
 Nunc de  
 lieris ethi  
 rum Sancti  
 dit, sed eo,



cidere refides, & extingui: fuit tamen sepulchri ad prodigia diuina, quam imaginum virtus potentior, illa inquam prodigia, quæ magis illustrat raritas; & possint à me vel centena, nisi tædio caueam referri. Vnum ergo depromo ex actis publicis admodum singulare. Goæ puer in lucem venit, qui nominalibus Ventura dictus est, significatione patria rebus perperam congruente, exilibus siquidem in modum digiti natus est tibiis, hoc, est ossiculis vna pelle contextis, & solutis præterea genibus, idcirco ferendo corpori planè inutilis, quod pedum vice reptando manibus trahabat. Hunc sibi alendum Ioannæ Fonseca matronæ nobilis pia caritas optarat, educabatque pro filio: quare ponè trahentem flaccidas tibia, manibusque serpentem absque mœrore nequibat cernere, nec longo illo quo languentem apud se habuit quinquennio defutura erat medicationis sedulitas, sumptusve misello infanti, si quid inde ad sanandum illum consequi expectasset. Cuius tamen nulla humanitùs patebat via, repensurus opinor pietatem matronæ Deus optatissimo euentu hanc illi aperuit, vt ad S. P. Xauerium confugeret: coram ergo puerum illi sistit, enixe flagitat inter tot eius caritatis, & potentia decora accenseri hoc etiam velit, vitæque dimidium innocenti illi semimortuo donet; sancit autem preces suas hoc voto se, suis manibus puerum per dies nouem ad eius sepulchrum quotidie laturam, & præstare occæpit illo ipso die, quod pollicebatur. Fluebat tertius voti dies & ecce inter brachia illius gliscere puero per genua & tibia vigor insolitus; petit humi deponi, quam vix contigerat cum in pedes, quod nunquam potuerat assurgit, eneruibus antehac & emortuis tibiis percommode nititur; quibus dum pergitur in exsoluenda voti fide, quotidiano carniū accessu auctis, nono demum die pueri annis, & corpori conformes extitere.

Sequamur ad vltimum, de mortuis dicere quos vita functum Xauerium in vitam excitasse fides publica confirmauit. Sed prius indictos non prætereamus, quibus naturæ vitio excludendis hac luce, obtinuit tamen vt in eam venirent. Sterilibus enim coniugatis prolem sapius impetrauit, & frequentes Cotate ad illius adem visebantur etiam ethnica quæ filiolos infantes illi dedicabant, eius precibus acceptos professæ, ac tum oblati ex promissione donariis, tum indito pueris Francisci nomine, exorata ex eo gratiam testata. Has inter ethnica, diu infœcunda; post eius, quas expetierat, precibus mater facta, Francisci nomine infantem vocauit, qua tam inaudita nomenclatione, suæque superstitioni tam inuisa, offensi ad furorem propinqui miseram pessimè, at non diu impune multarunt; omnes nocte eadem, mors oppressit. Qua suorum morte, quàm suscepti filij miraculo vehementius persuasa, in templam accurrit & salutis fonte cum Filio Iota Christianis accessit.

Nunc de rediuiuis in India quos suscitauit Xauerius; infans fuit mulieris ethnica in regno Trauancoris filius, quo post sterilem diu thorum Sancti precibus impertato, matrum se omnium beatissimam credit, sed eo, bimestri extincto, infelicissimam. Verum haudquaquam despe-

52  
Steriles Xau.  
precibus fecund.

53  
Tres mortui  
ad vitam reuocati.

rans meliora, in ædem Xauerij accurrit, filij cadauer secum portans, & ad illius effigiem dolore ac lacrymis perdita, querelis causam non precibus perorat. Hæccine nimirum illa esset digna homine pietas? matri miseræ tot annos sterili, prolem donare, illico rapiendam? hac scilicet lege in eos esse beneficium qui de ipsius confisi bonitate, suum illi animum, ac vota prosternerent? sibi optabilius futurum non audiri, & viuere sterilem quam accepto vix orbatam filio, æternùm lugere. Quæ illa dum quodammodo exprobrat, filium protensis ad Sanctum manibus, volebat ab eo vel recipi mortuum, vel reddi sibi viuum: auditur, extorquet seu precationis seu querelæ fructum; restituit Sanctus animam filio, & filium matri, quem gestans papillis affixum, refert se domum vociferans, & gaudio amens, narratque obuiis quibusque gesti miraculi seriem. Eandem æque feliciter sed reuerentius, & sensu valde religioso formam adhibuit alia fœmina: puellam pepererat mortuam Maria Miranda, Manapare; qui pagus est oræ piscariæ Comorino vicinus, parienti aderat è cognatis mulier, quæ infantis misera, luce hac simul & æterna æternùm canturæ, illam inter brachia sursum tollit, & madentibus oculis, Pater Xaueri! ait, qui olim hic animarum causa tam multa passus es, vt eas in cœlum induceres, certò si adhuc nobiscum hic fores, non ferres misellam hanc animam in sempiternum viuere infelicem; quanto nunc minus id tibi ferendum est, Beato, Dei præsentia, & potentia gaudenti, cuius beneficio nihil non potes, ad seruandam animam pereuntem; puellæ huic vitam corporis redde, & tui perpetuum memores, Franciscam de te vocabimus. Sic precata mox puellam cernit velut è somno vigilantem, oculos aperire; quæ ritè abluta Christi Fonte, Franciscæ nomine, dicta est, vixitque deinceps incolumis. Mirabilius aliud reuocati ad vitam pueri, qui Thoma Crucio patre natus, honesto in ora Trauancoris Manacorini ciue, post mensem Baptismo lustratus fuerat; sed die eodem, vomitu, & disenteria correptus, breui absumptus est: iacuerat mortuus horas septem, & sepeliendo comparabantur funebria, cum forte illic nescio quis familiarium, patrem videns, dolore, & lacrimis confici, cur, ait, sancto Cotatenfi pro illo aliquid non voues, vt quod aliis concessit, viuum tibi filium rependat? nisi non putas fore Christiano, quàm extiterit nuper mulieri ethnicæ largiorem, eius saltem exemplo confide securus, & audens petito: leue ac facile P. Francisco est, tali ac tanto, quod nobis arduum videtur, mortuum in vitam excitare. Ad hæc Thomas in cœlum suspiciens Xauerium inuocat, spondet eius templo grandis pecuniæ largam stipem, si petitionis compos fiat, & puerum Francisci nomine vocaturum: sub hæc aduertens in puerum oculos putat illum palpebras mouere, nec falso; nam propius conuolvens viuum apprehendit, & in cumulum gratiæ etiam valentem; neque hic prodigij meta. Paucis annis ter idem puer ex morbis lethalibus periclitatus est, ter suis precibus, & votis Pater, illum à Xauerio impetrauit, quod dum factitaret videbatur sibi per somnum spectare Xauerium coram Deo flectentem genua, orantemque pro pueri sanitate; postridie

comperi  
hoc cap  
Pontific  
continent  
colligi po  
tam anti  
rint, qu  
los diffu  
bi, ante a  
Beatorum  
gere; on  
sola mira  
lum.

Præst  
elaborar  
Deus mi  
ciam diu  
naturæ n  
rara, vit  
falsugine  
variis loc  
gros solu  
admiranc  
nis ocul  
specie nil  
racula ne  
gante pro  
manis pr  
fingendi  
originaria  
virtutum  
& qua D  
meriti m  
nus inani  
quæ sensu  
gio homi  
ex iis leger  
impressit  
poterant v  
re, rude, E  
illos sanct  
nes vero d  
humanum  
liquido ex

comperiebat incolumem, & bellè valentem. *Hæc pauca*, (vt claudam hoc caput cum cognitoribus R. Rotæ, referentibus de illo ad summum Pontificem, (*Hæc pauca de multis qua in processibus de P. Francisco Xauerio continentur, collegimus: nec dubium quin multo plura, & magnificentiora colligi potuerint, si tempore suo facta solemniter conquisitio esset, sed iam in re tam antiqua versabamur, vt ex illa ætate ad nostram pauci tantum superfuerint, quos visa est ad id diuina providentia reseruasse: Nam si extra cancellos diffundi libuisset, quibus me volui intra publicas tabulas circumscribi, ante annos septem, & triginta confectas, ad petendos Xauerio in terris Beatorum honores; si temporibus aliis, locisque extra Orientem colligere, omnia gloriosè ab sancto Apostolo peracta, magnæ molis volumen sola miracula conficerent, foretque forsitan is liber historiarum miraculorum.*

Præstare arbitror spectemus, quo pacto Sanctus ipse de se singulare elaborarit miraculorum, quam quibus miraculis aliorum bono, fecerit illum Deus mirabilem: iam ergo virtutes illius aggredior ad quarum excellentiam diuinam, sapiens æstimator mirum nihil dixerit eorum quæ supra naturæ mensuram, & ordinem gessit. Sunt illa eius stupenda fatcor & rara, vitam functis donare, sedare nutu ventos & maria, demere aquis saluginem, easque potui aptare; longinqua prospicere & futura; linguis variis loqui ignotis & barbaris; locis variis eodem tempore adesse, integros solum in fugam exercitus fundere, aliaque numero, & magnitudine admiranda; ob hæc attamen sola qui Xauerium suspicit, huic Holofernis oculos imputem, per quos de illa formosissimæ Iudithæ cœlesti specie nihil eius animum rapuit præter Sandalia. Sunt illa Xauerij miracula non ipse Xauerius, nec eget cothurno gigantis, vt appareat gigante procerior, sed quia paucorum est rebus pretium dicere, quæ ab humanis procul, diuini aliquid sapiunt; essent primum noui hominibus fingendi oculi; tum sanctimoniam excellentis, pulchritudo cœlesti, & originariæ veneres, magistra manu diuini Spiritus depingendæ, cum ea virtutum habitudine inter se mutua quæ illam componunt sanctitatem, & qua Deo archetypo suo similiores sunt: illic splendent luculentius meriti maiestate, ac pretij nomine. Quod cum sciam optari haud minus inaniter, quàm cogitare de exprimendo coloribus animo, & rebus quæ sensum fugiunt pingendis; liceret saltem quod ars docet, de vestigio hominis, integrum hominem metiri: & sanctitatis ad hoc vestigium ex iis legere, quæ decem per annos Apostolicis excursionibus, peragrato impressit Orienti. Sed enim obducta magnam partem latent: quid enim poterant virtutis heroicæ insignia decora apud hominum genus obtinere, rude, Barbarum, belluinum, ad memoriæ perpetuitatem; si erat apud illos sanctitas Christiana, non modo peregrina sed etiam Barbara? homines vero de Societate cum eo aliquamdiu versati, vt in rebus supra morè humanum modumque subuectis, præter suam admirationem, nihil satis liquido explicant, aiunt se argumento succumbere, suppetere sibi tot ac

tanta, vt præstet ea tacendo reuereri, quam stylo deterere; beatum sibi vnumquemque visum, cui vel breui spatio obrigisset in eius cubiculo hæ-  
rere; vno eius aspectu solitos qui eum adiissent mutari penitus, & inarde-  
scere ex eo diuiniore flamma, quàm ex diuturna, & ignita meditatione:  
quem ex Societate amandarat Franciscus Mansilla, pro testimonio iura-  
tus, dixit, quod ad Patris Magistri Francisci vitam attinet, talem reuera  
fuisse, vt nemo illam ageret, nisi qui Spiritus Sancti gratia plenus esset, sicut  
ipse erat, Insuper tot sibi de moribus, & vita eius, deque laboribus maximis,  
quos pro Deo pertulit, dicenda suppetere, vt finem eis nunquam imponere  
posset, proinde plura quam vllus queat imaginari ab illo fieri possibilia, pro  
Deo effecisse, passumque fuisse. Erat præterea vir sanctus, vt post videbi-  
mus, ad subducendas mortalis cuiuslibet oculis, quas de cælo ducebat diui-  
tias, tam solers, & diligens, vt quos eius exciuisset fama, & in oculatam,  
quæ auditu de illo acceperant mirabilium vestigationem misisset, diffi-  
mulata virtute sagacissimè falleret, ac de vno exterioris hominis aspectu,  
ab iis vnus è vulgo haberetur: nobis attamen tam multa ingerit Aposto-  
lica viri virtus, vt si minus à nobis valeant tota sui amplitudine explica-  
ri, liceat saltem, quod solent pictores designandis in vngue corporibus,  
plura de iis significare quam edere

§  
Caritas Xau-  
erij erga Deum.

Sit ergo nobis eorum initium Caritas erga Deum, sanctitatis anima,  
& radix qua nituntur cæteræ florentque virtutes, quæ cum & animi  
latentis, & exerentis se, in lucem præstantium operum, argumentis se  
prodat, vtrisque Xauerij proceritatem metiamur. Ac prius quod atti-  
net; incendebant illius animum tam ardentes flammæ diuini amoris, vt  
corpus etiam vaporarent: vultu ait summus Pontifex, adeò inflammatus  
vt angelicam prorsus caritatem representaret. Pectore, quod erat illius  
incendij fornax, tantopere æstuans, vt cogeretur illud gelida temperare,  
interdum etiam se illa immergere. Cumque is, etiam per urbem, defixis  
in cælum oculis, animo in Deum incederet; fiebat sæpius, vt igni quo  
adurebatur ferendo inæqualis compelleretur illum veste à pectore di-  
ducta ventilare, quod de eo notum, & pictis illius hac specie tabulis  
peruagatum. Imo Goæ in foro, & Malacæ, & ad maris littus, inter con-  
templandum, & concionandum, visus est vestem cum impetu diuulsam  
laxare, ad captandam frigidiorum auram ardori quo præfocabatur vt cum-  
que leniendo. Narratum alias eius iter Amanguccio Meacum; ærumno-  
sum illud per vepreta, & aspera saxorum, quibus nullo sensu doloris  
cruentabantur illi pedes, diuinis interea meditationibus attento, & quæ  
corpori infra se posito fierent minimè aduertenti. Contigit etiam vt  
Goæ alienato in Deum animo, per urbem incedenti, in platea furens oc-  
curreret elephas, qui clathris erumpens, omnes in metum, & fugam &  
clamores agebat; Sanctus item longè magnis vocibus vrgebatur, caueret,  
& fugeret, sed Deo inhærens incustoditus esse non poterat, propius licet  
incurrere bellua intactum præterit. Hæc porro caritatis extra sensus per  
diuinorum amoena rusticantis, beata alienatio, erat Xauerio tam fre-  
quens,

quens,  
flet, nec  
dilectus  
Goæ  
dium,  
ri se co  
rò iis h  
condico  
Goani  
tia exer  
Proreg  
perit i  
& arde  
& adm  
mobile  
quibus  
absced  
vultu a  
redit,  
sibi pe  
te veri  
eadem  
rat, &  
ctoris  
omni  
vt cum  
bris, f  
gis aff  
Domu  
ité am  
humo  
fulum  
nulla c  
dum il  
deprel  
oculis  
dio spe  
turus,  
in hor  
dehin  
Malac  
cum v  
dam i  
efferr

quens, vt faciendo ad aram, & agendis post sacrum gratiis sui potens non flet, nec trahente aut succutiente ministro ad se prius rediret, quam eum dilectus animæ mitteret ab suo complexu liberum. Eximium illud quod Goæ accidit: consueuerat Sanctus post sumptum sub meridiem prandium, suam quandam in latebram ad latus cubiculi, campanaria in turri se condere, horasque illic duas solitarius cum Deo transigere; sed raro iis horis precandi spatium finiebat; nec erat in eo satis suus. Quare condicebat cum adolescente annorum septemdecim, Andrea nomine, Goani seminarij alumno, sibi que socio, quoties esset ad animarum negotia exeundum, vt se post horam alteram admoneret; die igitur quodam Proregem adituro adest iuuenis hora de meridie secunda; ingressus, reperit in humili sede, decussatis ad pectus manibus, ore inflammato, & ardentibus oculis, contemplatusque tantisper cum magna voluptate, & admiratione, monet elephas horas duas; surdum ad hæc, atque immobilem, contentiori voce, pedum & forium strepitu excire nititur; quibus minime ad vsu sensuum reuocantibus mentem Deo affixam, abscedit iuuenis; ne, inquit, è cœtu beatorum illum dimoueret, vbi de vultu angelis simili conuiciebat illum diuersari; duas alteras post horas redit, Patrem validè pulsat, & succutit, vt tandem reciperet sese, qui ægre sibi persuadens horas duas fluxisse; vbi etiam quatuor cognouit, repente versus palatium contendit. Verum domo vix pedem emiserat, cum eadem illa impressione actus, quæ horas quatuor in momenta illi coegerat, & extra se in Dio habitans, corpore nihilo secius vagabatur, sed vectoris animi experite cœlosque interim peruadentis. Errauit diu Goa omni variis vicorum ambagibus, sursum, deorsum & gradu tam concito vt eum robustus adolescens vix consequeretur, dum appetentibus tenebris, sibi tandem, & sensibus redditus, animaduertit seram fore Proregis affatus poscere, & filii mi Andra! inquit, fiet aliàs quod hodie nequit: Domum alacres repetamus, diem hunc Deus sibi vindicauit. Sed his alia ite amoris illicia virum sanctum in Deum longe potentius rapuere, quibus humo auulsum cum animo corpus, multas horas pendebat in aëre circumfusum splendore flâmco, & oris specie qua vero propior Seraphini vultum nulla exprimeret: testes prodigij complures, iidemque spectatores, alij dum illum rimis storearum, quæ cubiculi eius erant parietes, explorant, deprehendunt cubito à terra subuectum, radiantis facie, & scintillantibus oculis; quod Manapare in ora piscariæ sæpius contigit Thomæ Fernandio spectare; aliis per syluas dum eum requirunt, cum iis se abderet precaturus, sublimis in aëre cernitur; quidam in porru Teuanapatano, & Goæ in hortudo, obseruarunt primo immobilem, fixoque in cœlum aspectu; dehinc humo sursum paulatim attolli: alias, Meliapore præsertim & Malacæ, multi ad aram operantem, maximè ad Sacrificium, vel eius esum cum veniret, videre abstractum à sensibus in altum sustolli. Demum quidam inter colloquendum cum eo de diuinis, obstupere coram sursum efferri, animo corpus cœlum versus trahente: nam illa Goæ olim celebra-

brata, nunc omnibus nota sunt, cum illic populo sacram diuideret hostiam haud parcius ipsemet particeps gratiæ quàm eius dispensator; præter morem enim de genibus ex reuerentia, vitæ panem distribuens, illius amore quem tractabat præ manibus inflammabatur eo vsque, vt extra se fieret, flexisque vt erat genibus, abstrahebatur palmis à terra tribus, suspensusque hoc modo in vacuo diuinam vt cœperat Eucharistiam partiebatur in populum. Quibus vero tunc, & quantis perfrueretur delitiis, nihil attinet dicere, vel coniciendum proponere: nulli dubium est, si qua in terris, cœli felicitas, hanc esse omnino, profusæ afflatu caritatis à seipso abstractum, in Deum transfundi, illoque sorberi penitus bonorum Oceano, quibus ad satietatem ebrius, ne sui quidē meminert; tunc demum quæuis longinquitas temporis punctum est; tunc orbis vniuersus, ad maiestatem, & amplitudinem præsentis in Deo spectaculi euanescit; cibi, somni, quietis, aliarumque vicissitudinum non percipitur strepitus; sine sensu corpus, velunt anima peregre agente; sine vsu ac motu sensus; sine ministerio naturæ debito, inferiores animæ facultates. Quorum omnium exemplum, & expressa imago Xaverius; insuperque illius admirabilis inter quæuis; aduersa lætitiæ, ac securitatis qua mortem si alibi vsquam fomidabili schemate inter naufragia proxima obiectantem sese, spectauit oculis non modo irretortis, sed etiam lætis, & exuberantem caritatis intimæ voluptatem dulci lacrimarum profusione loquentibus; quam sereni erga Deum amoris, fiduciam sæpius expertus, de enauigato Zeilani sinu Malacam inter & caput Comorinum, Romam ad Socios, peculiariter sic scribit. [Ego in illa horribili tempestate, obuersante licet ob oculos morte, ea gaudebam animi voluptate, cuius eo defunctus periculo, parem nunquam probaui. Pudet me hominum qui viuunt nequissimum, tam prope tunc à morte disunctum, mei non satis capacem gaudij, tanta perfusum copia dulcium lacrimarum] Mauro quoque in insula, vitam trahentem inter vitæ discrimina ærumnosam, idem amor liquabat in fletus ita continuos, vt si durasset illic diutius de perdendis oculis periclitaretur. Erant eæ denique voluptates quibus illum diuina implebat caritas, vt humanum supergressas modum, optaret inhiberi, ac minui, quod se illis fruendis sentiret imparem. Hinc illæ sub aperta nocte inambulantibus in hortulo Goani Collegij, duas inter ædiculas sancto Hieronymo, & S. Antonio sacras, auditæ voces *satis est Domine, satis est*, cum simul vestem, exedenti vitalia æstui laxaret.

56

Affiduas  
orandi,

Nolim tamen post lectos de immensis Xaverij laboribus tres libros, quæ iis subiicio lecturum, apud se fingere nihil ei fuisse residuum temporis ad orandum, & agendi fatigatione dies illi tam solidè conditos, vt præter minutias otij succisui precatiōni nihil daret: scribit quidem ex ora Piscaria, vel solos pueros quibus Christiana tradebat rudimenta, nullam sibi ad cibum, ad quietem ad pensum diuini officij partem horæ vacuam reliquisse. Ex Iaponia pariter, à primo diluculo ad noctem, non licuisse ab

doceri

docendo  
suum ani  
Demptis  
Deus ven  
securis in  
la, & dud  
in templū  
supererat  
quamuis  
ab hospiti  
flexis ad  
diis quib  
corpori s  
Malacæ  
maio rem  
imagine  
ctus, cap  
deerant a  
ram aspe  
haustibus  
vero Sac  
id spatio  
retur, sib  
tatibus,  
Antoniu  
arā mini  
illocebra  
detulisse.  
quotidia  
cij, quo  
magnis  
re, addeb  
cti, quo  
nempe i  
compen  
Deo affi  
sensisse:  
opere an  
Deum ar  
cumque  
ageret,  
amoris i  
cuius vic  
vel accer

docendo aut disputando respirare. Haud tamen ullus abibat dies quo suum animo non daret pabulum; interdum Apostolus, noctu anachoretas. Dempstis enim illis duabus tribusve somni auari horis, reliquum sibi Deus vendicabat: in naui stata illi erat à media nocte ad solem precatio, securis interea de naui sua nautis quòd eam dicerent P. Francisci tutela, & ductu seruari. In vrbe S. Thomæ somno breui refectus, obrepebat in templū tacitus, & ad Reginae Déiparæ religiosam effigiem quod noctis supererat traducebat: nec loco abstinit, propositoque illuc redeundi, quamuis, vt diximus ante, pessime à dæmonibus concisus. Manapare suo ab hospite diuersis per noctem temporibus obseruatus, semper genibus flexis ad Christi pedes in crucem suffixi cernebatur, micantibus è facie radiis quibus totum conclaue collucebat. Goæ, vt plurimū in templo, breuè corpori somnum, animo multarum horarum captabat contemplationem. Malacæ sacrarium pro cubiculo habuit; pro strato stoream: inde aram maiorem adibat, & coram Augustissimo Sacramento, & Virginis matris imagine noctem de genibus traducebat, nisi cum interdum labore fractus, caput aræ in gradus proclinabat. In regionibus barbarorum vbi deerant aedes sacræ, nonnunquam etiam in ciuitatibus Christianis, stellarum aspectu ad cœlestia illectus sub dio iucundas exigebat noctes, magnis haustibus illam ducens voluptatū quas memorauimus vbertatem. Quoties vero Sacri esset facultas (quod fere sub auroram facere consueerat) certo id spatio metiri non poterat, quòd ipse, tunc minimè suus, diuina pateretur, sibi que illum ocyus seriùs restitueret Deus, sed iis delibutum suauitatibus, vt in ministrantes quoque disfluere. De se quidem narrabat Antonius Andrada iuuenis miles; rogatum ab eo aliquando, vt sibi ad aram ministraret interiori perfusū dulcedine sibi eatenus ignota; & ea captū illecebra, cupiditate illius regustandæ suum viro Dei ministerium crebrius detulisse. Indulgebatur per ea tempora hominibus valde occupatis, vt quotidiano penso Ecclesiastici muneris, satisfacerent recitatione officij, quod trium vocabant lectionum. Hoc legis priuatæ commodum magnis licet diuinæ gloriæ negotiis obrutus, nunquam sustinuit adhibere, addebat quin imo singularum horarum initiis hymnum Spiritus sancti, quo dum creatorem Spiritum inuocat, notabatur ore ipso incendi, nempe illo quem poscebat igne iam venas animi vibrante. Sed potui compendio melius precatationum eius complecti articulos, scribens, Deo affixum perpetuo illius amorem, nulla vnquam morarum interualla sensisse: suspexere illum, neque immerito eius familiares, reuersum ab opere animarum, vario illo & distracto: non habili solum collectoque in Deum animo ad orandum se statim contulisse, verum in iis item quæcumque tractaret exterius, nunquam ab eo exerrasse, totus in eo quod ageret, nusquam extra illum, pro quo id ageret, nec agens modo amoris instinctu; sed ipso in opere diligens auctorem operis, & scopum: cuius vicibus nullis intermissi amoris eminebant subinde in vultu indicia, vel accensus color, vel vnius è cœlo Genij, aut Beati, venerabilis species, quam

quam negabant permulti se firmo posse obtutu figer, tacita illius reuerentia inuitos quodammodo ipsorum oculos reflectente. Nostris identidem, vel aliis colloquens, leni vocantis susurro excitus, quâ mentis lucè repentina, quâ subitis affectuum motibus percepto; ne astantes grauaret, segregabat se ab iis quantocyus, auditurus quid se vellet ac poscetet Deus; requisitus deinde inueniebatur, aut æternis cogitationibus occupatus, aut in syluæ recessu cruento se verberare discerpens: Intimam quoque prodebant flammam scintillæ affectuum crebræ, & preclarum frequentium ignita iacula latinis plurimum apta verbis, ne caperentur ab audientibus, quarum vna hæc erat. *O sanctissima Trinitas!* vsque ad eum illi vtitata vt eam Piscariæ, Trauancoris, & Molucensium incolæ familiarem habere ex eo didicerint, nec desunt qui narrent, etiam cultores idolorum illic, & alibi maxime Barbaros, mito aliquo euentu, periculoso, aut molesto percussos, sustulisse in cælum oculos, vt factitare Xauerium viderant, & *O Sanctissima Trinitas!* exclamasse, ignaros quid dicerent, suspicatos dumtaxat verba esse ad reuerentiam, & inuocationem numinis Sacrosancta. Ad extremum hic mentis habitus & consuetudinis cum Deo perpetuæ fingebat etiam amanti ludos, vt quod vigilans serio actitaret, quasi ludens per somnum retactaret. Hinc sæpe aut illæ per nocturnam quietem ad sanctissimam Triadem eius voces, aut hæc *ô mi I E S V!* *ô dulcis I E S V!* *ô I E S V* cordis mei, & similes. Quin ne febrî quidem vehementissima, extra se abreptus, extra Deum exibat; inhærens illi etiam tum, cum apud se non esset; semel præcipue animaduersus est, triduo integro delirans nihil nisi de Deo, aut cum Deo loqui, tam scitè id atque sapienter vt ardere magis accessione caritatis, illius animus, quam æstu febrili caput videretur.

57  
Caritas Xauerij inuicta malis.

In c. 1. 22. ad corint.

Immensam Magni Xauerij caritatem, interiorum nobis affectuum probavit hætenus argumentum; alterum expendamus, quod caritatis eiusdem actiuosa vis in apertam lucem excellentium operum refusa nobis suppeditat. Hanc de legitimo summeque perfecti dilecti discipuli, defendamus æstimemusque sensu, *Perfecta inquit, caritas, foras mittit timorem.* Nam qui præter Deum in rebus nihil agnoscit boni, extra illum re nulla vel possessa gaudet, vel dolet amissa, sic neque appetere, nec metuere aliquid extra Deum potest. Prius autem quàm illa memoro in sensus, famamque se proferentia, intimæ effecta caritatis, commodum hic ponam de S. Xauerio, quod de Abrahamo Chrysostomus, cuius vbi narrasset discrimina, & calamitates inter Barbaras gentes ad quas illi dux fuerat Deus, hæc subiicit, *Cave putes illum quia facile paruit Deo, omnia illa sine doloris sensu pertulisse, etiamsi enim decies millies iustus fuisset, sicut re vera erat, homo tamen erat, obnoxius naturæ affectionibus, quanquam nihil horum eum deiecit.* Non fuit profecto sensus obtusio, stuporue ingentus, sed generositas amoris, quæ Apostolum nostrum vocanti Deo præstitit obsequentem, cum destinatus in Indias, decreto eodem, in mille pericula, & ærumnas mortesque assiduas mitteretur, quæ summus Pontifex

in

in hæc  
mini no  
illis orb  
calidas  
sæpen  
dibus a  
sæpe n  
pellus  
morbis  
rem q  
quod a  
Qua  
sigillat  
regrina  
vel sol  
period  
virum  
ritiam  
animor  
rem, in  
animar  
mare I  
etiam  
bus &  
roni p  
co, and  
ceps in  
fertam  
pertus  
ne tot  
sus ho  
rum, t  
nem.  
imo &  
tumqu  
literis  
ctauit.  
lum n  
ambitu  
salute  
mentis  
inde I  
dius p  
ceps.



in hæc verba collegit. [Incredibilia videbantur, quæ propter nomen Domini nostri Iesus Christi tolerauerat, per diuersa etenim regna, in vastis illis orbis terrarum spatiis, semper pedibus, & sæpius nudis, per arenas calidas pergebat: per spinas longissima itinera conficiebat: contumeliis sæpenumero, probris, & illusionibus, quin etiam verberibus, & lapidibus appetitus, in periculis hostium, in periculis itinerum versatus sæpe naufragus, vigiliis, frigus, & nuditatem, sitim, famemque perpessus erat, contractis, ob assiduos, & intolerabiles labores, grauissimis morbis: nec enim Apostoli exemplo, animam suam faciebat pretiosorem quam se, dummodo consummaret cursum, & ministerium verbi, quod acceperat, testificari Euangelium gratiæ Dei.]

Quæ si voluero aut euoluere ad probationem fusius, aut enumerare sigillatim, retexenda hic fuerit illa eius immensa & ferme continua peregrinatio, tot prope periculis, quot gressibus consista. Si enim spectem vel solas procelloso in mari navigationes; susceptas video inuitis anni periodis, quibus nauigans quiuus, parum differret à naufrago: pudebat virum timotis, & probri minime ferendi, Christi videlicet caritate avaritiam ire audentius, & lucrum vile in naufragia quælibet, mercatores animosius agere; quam Apostolicum Nuncium, æternitatis negotiatorem, in commercia salutis nationibus barbaris inferendæ, & emptionem animarum Christi sanguine transigendam. Tradit P. Ludouicus Frøes mare Indicum vsu longo edoctus, illic æquè horrendum audacissimis etiam nihil esse, vti Malaca in Iaponiam iter, adeo est ventis, tempestatibus & naufragiis famosum; at hoc tam nihili Xauerius fecit, vt Myoparoni piratico, se illuc vehendum commiserit; pirata duce, eoque ethnico, ancipiti adedò successu, vt crebo nihil esset procliuius quam vt præceps in mare proiiceretur à nautis aut esca piscibus, aut volucribus desertam in insulam. Iis demum horrere cladibus profectionem illam expertus est vt cum in Europam nostris eam describeret, vereri se dixerit ne tot, ac tam diræ mortis imagines, eorum animos frangerent, & retusus hoc metu sanctus eorum amor, securam in terra inter studia literarum, tam crebris in mari mortibus inter studia caritatis præferret stationem. Quanquam dictum paulo post corrigens, sperare se ait meliora, imo & credere, futurum scilicet, vt æquis passibus scientiæ stadium virtutumque decurrant, nec minores edant in excellentia Instituti, quam in literis progressus, quod sanè, Deo laus, vti expectauerat, sic è cælo spectauit. Nam de Iaponibus si agatur, ad eos plurimi de Societate non solum nauigarunt, sed illic tandem adepti sunt, quam tanto quæsierant ambitu, atrocissimam pro Christo mortem, & pro multorum mortalium salute; qui ardor hac etiam ætate ita creuit, vt ex quo Iaponia cruciamentis immanibus, pænisque non antea auditis in Christianos armata est, inde Iaponiam & pergant plures quam antea nostrorum expetere & cupidius prensare. Fuit Apostolo in Molucas ex India cursus non adedò anceps. Illuc Meliapore à Deo tam certo inuitatu acciri se credidit vt si

R r

naues

Bulla Rationi  
congruit.

58

Pericula, &  
perpeff. Xan.  
in mari.

1417

naues deessent, cymba leui & vno remige pararet terribilem illum in Oceanum se dare: sed mari secundo cum eò appulisset; ex Amboino, Ternate, Mauro, aliisque maioribus insulis per calamitosa discrimina in alias traiecit, ter naui allisa naufragus; semel tabulæ ex suo correptæ naufragio inhærens, triduum fluctibus iactatus, quoad semianimis in littus, Deo opem ferente eiectus est. Sed audiamus ipsummet, de suo periculo philosophantem potius cum suis fratribus, quam narrantem. [Nauigatione, inquit, vsi sumus minime secunda: multa tum piratarum, tum tempestatum pericula adiimus, illud maximum: ingenti naui vehebamur, quæ tempestatis impetu in syrtes abrepta tria millia passuum ita confecit, vt inum gubernaculum perpetuo arenam perstringeret. Quod si vel in latentes scopulos vel in vada inæqualia imegisset (quod omnes ne accideret, in momenta extimescebamus) certè naufragio interissemus vniuersi. Multum ibi lacrimarum vidi, multum sollicitudinis, & angoris, cum omnes mortem præ oculis instantem cernerent. Verum noluit diuina bonitas nos perdere, sed periculis erudire, vt vsu docti intelligeremus quam infirmæ sint opes nostræ, quoties aut nostris viribus, aut præfidiis nitimur. Nam vbi senseris quàm fallaces sint opes tuæ, & humanis opibus omnino diffusus, in illo rerum omnium Moderatore, qui vnus pericula, eius causa suscepta, facile propulsare potest, spem omnem posueris, tunc vero planè experiaris Dei imperio ac nutu omnia gubernari, & quantumuis vitæ discrimen præ cœlestibus gaudiis, quæ in tali re, ac tempore diuinitus impertiri solent, esse contemnendum. Quanquam ne mors quidem ipsa pertimescenda est iis qui diuina illa voluptate perfruuntur. Et si autem sit nescio quo modo, vt periculis perfuncti, eorum magnitudinem nullis verbis consequi possimus, manet tamen iucundissima diuini beneficii memoria, quæ nos dies noctesque stimulat ad labores pro optimo domino vel suscipiendos libenter, vel fortiter perferendos.]

59  
Pericula, &  
perpeff. Xau.  
terra.

Iunxit mari aduersus Xaverium suas etiã terra æquè crebras, sæuasque tempestatas, quarum eæ quamuis grauissimæ, fuere tamen leuiore quæ regiorum ministrorum mouit cupiditas æstuans, Malacensis potissimum Præfecti de quo iam aliàs, sed & Goæ, in ora Piscaria, & Molucis, multas in hoc genere habuit vorandas, excoquendasque molestias. Harum alij meminere; malim tacitas præterire, ne culpa paucorum, in omnes adspargatur, hos lucri fames rabiosa: ex Europa abreptos in Indiam, rei vndeuis faciendæ, vel rapiendæ incubantes furore vrebant ebrio, & miserabilium incolarum carnibus saginabant. Hinc semel, pessumdata, & proculcata salute cum aliena, tum propria, ne Sanctitatem quidem reuerbantur Xaverij, quem tanto ducebant inimiciorem quanto cupiditati suæ religiosius aduersantem, & huc apte ac velut consequens pertinet, quod Simoni Roderico per literas maiorem in modum suadebat, quos haberet in aula Lusitaniæ amicos, à petendo in Indiam transitu, tanta illos cura & sollicitudine dimoueret, quantum esset eorum saluti sollicitus: nam quo magis optimis conditionibus illuc mitterentur, eo esse aiebat sempiterno

terno igni  
nihilominus  
promontoria  
terent. Hæc  
mærore  
pertulit  
lius erga  
tolerandi  
villo vnq  
riora: qu  
fomnij v  
rum præ  
baris: du  
ponderi  
ceretur;  
non min  
illam reg  
leuissimu  
dit. Ade  
putabat p  
promptu  
Subiugat  
trione tep  
semel pr  
ropa, da  
excolend  
expeteba  
tam long  
pulchrè  
illas adit  
rebus Xa  
ad Chris  
hic Hebr  
induxit.  
tia inuict  
inferre,  
terricula  
Mauri &  
lucum in  
pla sacril  
perstitio  
situ, per  
to pretio  
ventura

terno igni propiores. Cui & aliud eius egregie consonat; nempe seruari nihilominus illos posse; sed hac lege, vt in itinere nauim frangerent ad promontorium bonæ spei, & suum in Indias aduentum, morte præuenterent. Hæ Xauerium vt dixi quasi placidæ temperatates iactarunt potius mœrore animi, quàm supremis vitæ, lethalibusque periculis. Quas vero pertulit in conuersione gentium barbararum, fuere eiusmodi vt totam illius erga Deum amoris, experirentur generositatem: iis enim pro Deo tolerandis gaudebat tantopere, vt esset hæc eius constans precatio, ne se vlllo vnquam eximeret aut periculo aut labore, nisi mittendum in asperiora: qua in re admiror vehementer, cum in mentem redit arcana illa somnij veteris imago, quod illi sæpius in Europa Deus immiserat, laborum præfagum quos esset exhausturus, in adducendis ad Christum barbaris: dum sibi humeris portare Indum videretur, eiusque grauiissimo ponderi tam ægre sufficere, vt anhelus, & sudans, fractusque expergisceretur; vt enim ex parte, somnium firmiter exitus, ex parte profecto non minima fefellit. Portandâ sanè non modo Indiâ sed aliis item vltra illam regnis quæ per innumerabiles ærumnas Euangelio peragrauit, ne leuissimum quidem inuictus Apostolus festi animi signum vnquam dedit. Adeoque, vt scribit ipsemet, postremum vitæ annum, laborum reputabat pri num, accingi tum demum denuo ad aggressionem operis ardui promptus & alacer, cum posset ab eo magna partæ laudis gloria cessare. Subiugata Christo Sinarum monarchia, meditabatur Europam à Septentrione repetere vbi Tartarorum vastitatem statuebat sibi ob oculos, qua semel primis fidei satibus grauidata, reuisura illum esset confinis Europa, daturaque illi delectum florem Sociorum quos destinaret Tartaris excolendis; remissura vero ipsum in Africam quam incredibili desiderio expetebat; vel in Asiam iterum & in mediterranea Orientis. At enim tam longas, & difficiles vias, quibus sibi & Euangelio pandebat cursum, pulchrè dictum ab vno ex eius familiaribus, quotquot essent post eum illas adituri, quantacumque paterentur & agerent, arbitrarios prærebus Xauerij & ærumnis lenes, & faciles, tantumque se in perducendis ad Christum hominibus ab eo differre, quantum Iosue à Mose, quorum hic Hebræum populum in promissas sedes mari vasto, ille angusto fluuio induxit. Nunc de singulari aliquo ostento, caritatis illius ad Dei negotia inuictæ ingentes spiritus metiamur. Parantem Molucis Euangelium inferre, iris minacibus dæmones exterrebant; ille haud pluris eorum terricula curauit, quàm deinde venæna quæ ipsi à barbaris insularum Mauri & seruitutem perpetuam quam à Sinis amici ariolabantur. Molucum intrepidus adiit, Maurique insulas; illic spectantibus ethnicis templa sacrilega, arasque subruit, & simulachra comminuit publicæ superstitioni prostantia. Pacisci ausus cum nauarcho de suo in Sinas transitu, perfidiam illius nequaquam extimuit, et si prouum videret ne dato pretio deiceretur ab eo in mare: nam quæ Sinas ingresso sibi essent ventura quam flocci faceret Iacobo Pereira significat inuirans illum ad

eosdem Sinas, vbi esset inquit in aula Pachinensi vel Christi mysteria Regi prædicantem, vel catenis onustum visurus in carcere. Amanguccij, & Funaij assiduis neophytorum pulsatus indiciis de Bonziorum in ipsius necem coniuratione, armatisque ad hanc per diuersa loca insidiis, nunquam tamen abstinuit publico, nunquam diurnis, nocturnisque disputationibus, & concionibus quibus illorum fraudulentam doctrinam contuellebat, & mores damnabat belluinos.

Neque id modo, sed & Iaponiam, suas delitias, & beatitatem vocabat suam, Deo calamitosum illud inter ærumnas, & pericula vitæ genus, miris animi gaudiis diluente, exorbenteque molestias corporis interiori voluptate. Quod planè diuinum purgatarum mentium arcantum licere non putem hic tacite obiri, cum sit ardua moturis & inextricabilia successu, ad conuersionem animarum perneccesarium, mihi que sexcentis eorum constet epistolis quos ardens caritas in laboriosa salutis alienæ procuratione exercuit: Nimum homines in media solos barbarie, orbe plus medio seiunctos à fratribus, sine lare, & pane, & extremis quoque subsidiis; interea dum concionando, baptizando, diu noctuque insudant; in operæ præmium, vexationibus, exiliis, proscritionibus, verberibus affectos, & confectos, sic tamen beatè viuere, & hunc eorum statum, quo miseriores vulgus nullum agnoscit, iis affluere de cælo lætitiis, vt cum eas nituntur exponere, Deo ebrios arbitrere: & ea loquantur, quæ soli intelligunt, qui significatu illorum fruuntur, nobis qui tantum ab iis absumus videntur peregrina, & tantum non barbara: Lidem vero ad reficiendas corporis aut animi vires, in Collegium aliquod vbi secesserint, animaduertunt fluenta illa beatarum dulcedinum, pleno sibi alæo iam non ire, sed anne modico, videnturque sibi ex Oceano in fontem transisse, estque hoc reipsa, quod tanto ante scripsit Apostolus in quo etiam sibi Apostolicos viros suppare voluit. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Obseruatum à me similiter, quos habet aliorum salus occupatissimos, (ratione saltem professi muneris) tantum abesse, vt inde animo dissipentur, & exarescant in contemplatione diuinorum, vt hæc potius merces videatur illius occupationis; & illa occupatione, mens ad contemplandum aptè comparetur. Vtcumque vero sit, experti nouimus eiusmodi homines, statim vt se primum ad meditandum collegerint, in Deum altius subire, citra illam quæ solet præire ratiocinandi sollicitudinem, quò sanè aut nunquam subiissent, aut serius, si procul ab iuuandis aliis egissent. Nunc ad Xauerium redeamus, cuius robur inuictum caritatis non stetit intra victorias malorum tantum minantium, & longe terrentium; sed in tolerantia quoque præsentium tam ineluctabili, & immota, vt ad grauiora Deo se semper accinctum sisset. Quod ab suo ad Deum accessu primo, se præstiturum susceperat, cum (vt olim Apostolo gentium) Deo longam perpeffionum grauium seriem monstrante, quæ illum pro sua gloria manerent, plura & plura his addi poposcerat, nedum

2. Cor. 1.

vt

vt eorum  
insulis app  
sus alibi f  
supplicium  
quæ situs, q  
custodia, c  
ignem barb  
At qui salu  
manifestis  
cepto obse  
in arbores  
interea cu  
eius etiam

Estque in  
tutes incor  
inhibuisse,  
silirent, du  
profiteri: qu  
& barbari  
non morti  
cautum Sa  
dientiam  
illum inui  
compotem  
annis Mar  
ne nunc c  
Euangelij  
Martyrij,  
tiam fund  
nerius, post  
largiaris.  
optionem  
que hoc M  
per se obi  
sperati re  
racula, mi  
terioris ig  
retum ma  
affectus,  
B. Cypria  
est quicqu  
prorsus X  
ficat. Na  
terpres, a

vt eorum prospectu horreret. Amanguccij, Meaci, & in vna ex Mauri insulis appetitus est lapidatione; bis vulneribus in ora Tranancoris; cæsus alibi fustibus; ictus alias sagittis; bis in Iaponia furente populo ad supplicium raptus; ab Saracenis & Badagis in tractu Piscariæ ad necem quæsitus, quibus tot hostium apertis, cæcisque odiis, impar neophytorum custodia, cum locorum commutatione, parentis optimi vitæ consuleret, ignem barbari subdebant ædibus quibus suspicabantur illum se abdere. At qui salutem innumerabilium hominum ex eius vita incolumi aptarat, manifestis illam seruabat miraculis, ipseque Christi sapientissimo præcepto obsequens, declinabat insectantium rabiem vel fuga, vel nocturno in arbores ascensu, vel antris rupium, & rudetum latebris, cum ardens interea cupiditate martyrij, sæpe in Æthiopiam adire tentauerit, quod eius etiam Apostolici Nuncij facultas pertinebat.

Estque ite hæc, vt paucis notata, sic raro laudata, inter Sancti huius virtutes incomparabilis; fundendi pro Christo sanguinis incensa desideria, sic inhibuisse, ne præscriptas vnquã fortitudini Christianæ ab ipso lineas trāsilirent, dum, vt loquitur Martyr Cyprianus, *nos confiteri magis voluit quam profiteri*: quam obrẽ Deo minime abnuente, mortem inter ignotos populos, & barbariem ethnicam si forte incideret venabatur; præsentem exibat, non mortis, quam ardebat metu, sed mortis Deo minimè placituræ, incautum Saulẽ recogitans grandi suo edoctum malo, ireliorem esse Obedientiam victimis, non modo alieni, sed proprii sanguinis, si quis Deo illum inuito libauerit. Quam mentem, dicere liceat, haud satis desiderij compotem, visus nunc etiam B. Apostolus in cælo retinere: paucis retro annis Marcello Mastrillo peregrini cultu spectandum se præbuit, velut ne nunc quidem peregrinandi satur, sed morte interceptos seminandi Euangelij labores optans protendere; formulam dictauit flagitandi à Deo Martyrij, ore proprio latinè his verbis expressam. *Oro suppliciter vt gratiam fundendi pro te sanguinem quam Indiarum Apostolus Franciscus Xauerius, post tot exanilatos labores consequi non meruit, mihi licet indignissimo largiaris.* Putarunt autem viri sapientes Xauerio datum vt Martyrij optionem substitueret sibi suo loco, Mastrillum carissimum; haberetque hoc Martyrij negati solatium, vt illud per amicissimum obiret, quod per se obire non obtinuisset; vnde ab illo de repente, restituta Mastrillo desperati remedij valetudo; & ex Europa in Iaponiam iter per assidua miracula, milliariorum octodecim millibus toto Oceano deductum, vbi superioris ignaros consilij, firma tenebat expectatio gerendarum illic ab eorum maximarum; eò tamen vix pedem intulerat, cum Martyrio est affectus, vt quem ad hoc vnum eò duxisset Xauerius. Verum si ex vera

B. Cypriani sententia, *qui se tormentis, & morti sub oculis Dei obtulit, passus est quicquid pati voluit; non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt*; prorsus Xauerio virtutis handquam meritum defuit quæ Martyrem efficit. Narrabat frater Ioannes Fernandus, eius in Iaponia Socius, & interpretes, ab eo Regem Amanguccianum, ethnicum, & vita omni fœdum,

60

Ardens martyrij desiderium Xauerij.

Ep. vlt.

1. Reg 15.

Ep. 37.

316 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij,*

ab eo tam acriter confueuisse reprehendi, vt inhorresceret ipse, tam asperas reprehensiones barbaro redditurus: quem suum metum cum ex oris pallore, ac tremore totius corporis, nimis certò argumentaretur Xaverius, seuerè indixit, ne quid eorum quæ ipse dixisset, omitteretur à Fernandio, aut molliretur verbo leniori: ego, inquit Fernandus, parebam iubenti, sed barbari ferrum instare ceruicibus perpetuo credebam, mihi quidem fateor timendum sed P. Francisco exoptatissimum. Præter hæc non modo apud Indos, sed alia quoque extra Indiam regna, & remotissimas Insulas, testatum fecere summo Pontifici Rotæ Ro. Patres *peragrasse illum varia infidelium loca, non minus vt pro Christi fide sanguinem funderet, quam vt fidei lucem genibus inferret;* & conantibus à quærendæ mortis consilio auertere, pari humilitate, ac robore satisfaciebat; indignum se asserens tam excellentis doni, inuidebatque Societatis hominibus, ad conuertendum Maurum profecturis, opimam illam sortem, quòd eas insulas Mauri nomen speraret mutaturas & appellandas quandoque Martyrum Insulas, sic mortem martyrij studio quæsitã, Euangelij præcepto declinatam, ab hostium gladiis, venænis, lapidatione, telis aut ignibus nunquam adeptus est; & toties corona martyrij, nunquam merito caruit; cuius tamen hic meriti finibus haudquaquam comprehendo pericula maris & fluminum; & ferarum in syluis, & alias ingruentis illi assidue interitus figuras, vt nec illud Apostoli *quotidie morior*, quod etiam sibi voluntariis augebat pœnis, ex quo eius vitam doctor grauissimus Martinus Nauarrus, non dubitauit Martyrium dicere: postremo nec illa de æstucataris animi deliquia & cruciamenta, de quibus ad amicum, [ mihi vita, inquit, horrore est, & optem vehementer, potius emori, quam tot malorum otiosus spectator viuere, quæ aduersus Deum perpetrantur, nec posse illa efficacibus remediis sanare.]

61

Caritas Xau.  
rege egentos.

Amori erga Deum, germanus est in proximum amor, qui vt est bonorum quæ animæ & corpori confert duplex conditio, ita bifariam se prodat; quantus vtrobique Xaverius fuerit videamus. Et corporibus quidem ægrotorum exhibenda ministeria peculiare suas vocabat delicias: certe quam ad ea ferebat alacritas, & strenuitas qua se totum iis dabat argumento erant nihil esse illi iucundius. Hac ille refici curatione corporis voluit, post molestissimam è Lusitania in Mozambicum nauigationem, è naui exscendit in nosocomium, ægrotis militibus qui ad multa centena illic miserè iacebant, tam sollicitam adhibuit operam, vt qui ex iis fuere superstites, eorū vita illius potissimum accepta ferretur caritati. Ad hæc alias item quoties è mari, Bazainum, Goam, Coulanum, Cocinum, Malacam reuertisset, vt terram attigerat, dilata nostrorum reuidendorum voluptate, adibat illico ad ægrotos in nosocomiis, suoque aspectu & alloquio solabatur; pergebat inde ad saluandos Patres Franciscanos, (quos solos in Indiis cum eò venit repererat) post vero ad Patres S. Dominici, cum illuc è Lusitania appulissent, singulorum manum flexo genu deosculabatur, fraterno affectu, & reuerentia famulari. Demum hinc

ad

ad nostros  
ægrotus? e  
ficia, quæ  
dicabat pa  
introspicie  
cebat deliti  
bus singula  
fufis, salga  
per vrber  
obligandis  
tollere, po  
sitis genib  
squalorem  
Quid lecto  
fos? quid  
quælibet o  
riam cura  
rem, quo e  
ægrotis, d  
fouendam  
tam, eò er  
occupasse  
in illud qu  
noctem p  
geret. In  
cebat, vt  
suã seu ma  
omnium  
aduolabat  
priori sua  
redactus  
defectum  
leuament  
Goæ qua  
proforun  
diximus  
vbi peste  
cedebat  
compon  
eræ inter  
illorum  
adescent  
dos salu  
tione, &

ad nostros in Collegium festinabat, primoque interrogabat, ecquis domi ægrotus? eumque ante alios visibat. Eâ porro erant in ægrotos eius officia, quæcumque possent eorum egestatem, & morbum leuare, emendicabat passim quæ illis deerant, & ipsum in iis cui sua nauabat obsequia introspiciens Christum Iesum, ne parandis quidem in eorum vsu parcebat delitiis, foro igitur auaro aut vacuo, iisdem gallinas, aureis duobus singulas emere; corrogare ab Lusitanis, ad hoc in eum largiter profusus, salgama & dulciaria varij generis ex Europa aduecta; circumferre per urbem saccum ad pannos veteres tegendis miseris colligendos; & obligandis vulneribus, lacera linea: proiectos in compitis inter brachia tollere, portandos in nosocomium, vbi solenne ipsi fuit eorum pedes positis genibus lauare, & comportare ad hoc ipsum aquam subinde longius; squaloremque ac sordes, ex afflictissimis eorum corporibus detergere. Quid lectos sternere? purgare familiares trullas? pannos abluere sanios? quid cibos iis coquere? hunc enim industria caritas in abiectissima quælibet opera subornatum, etiam coquinariam docuit; imo & manuariam curandis vulneribus medicinam, & eo quidem in opus lætiorrem, quo essent greuelentia visusque foedioris. Parum illi fuit affectum ægrotis, & operam donare, nisi paucillum id commoditatis quæ sibi ad fouendam vitam necessaria omnino erat iis daret, quin & ipsammet vitam, eò enim vsque non rarò illum caritas adigit: quem primum in nauim occupasset morbus, huic nosocomium Xauerij cubiculum erat, colligebat in illud quam multos caperet, dum ipse interdum distineretur iis iuuandis, noctem partim orando, partim anchorario in fune interquiescens exigeret. In nosocomiis cui lectus deesset, concedebat suum, nec suum ducebat, vbi alius eo eguisset. Imo in qualibet lectorum copia, tenuem suâ seu mattam seu stoream humi explicabat ad pedes ægroti qui grauius omnium periclitaretur; & ad quemuis illius aut cæterorum gemitum aduolabat opitulaturus, aut consolaturus. Denique in mari menses duos priori sua navigatione, grauissimè nauiseans, in terra prope ad extrema redactus debilitatem naturæ, charitatis robore expugnabat, trahebatque defectum corpusculum per varia iacentium obsequia, quos si minus alio leuamento, vel solo aspectu mirum in modum recreabat. Neque vero Goæ quam alibi maiorem duxit vitæ suæ curam cum in hospitalem leproforum domum ministraturus se contulit. Nec in Amboino quo naues diximus contagio mortifera infectas appulisse nec Manaræ, aut Malacæ vbi peste contactis, sui periculi negligens, suam operam probauit: accedebat haud segnius in sanctos quam ægrotantes officium. Abluere, componere mendicato vt plurimum linteo, sepulcro locum vbi ades faceræ inter barbaros deessent effodere, humoque sepultos contegere, & pro illorum requie Psalmorum pensum rite ad tumulum recitare, si vero adessent Lusitani, occasione vti tam plausibilis argumenti ad percillendos salubri metu & prouido illorum animos, socij cadaueris meditatione, & aspectu, & sermonem de morte habere. Mos item huic fuit quoti

quotidie post Sacrum, multis precibus Deo functorum animas commendare; noctu urbem, noctu & pagos obire cum tintinnabulo eiusque pulsu, & magnis vocibus ad leuandas precibus earum poenas homines excitare.

Ægrotos sequuntur carceres, singularis & ipsi, Xaverij cura; etsi non par ubique illius materia, Goa Indiæ tribunal & Prægis sedes vberem præbuit & laboriosam: statum iis diem quot hebdomadis dicarat, quo illorum saluti potissimum; nuditati deinde, egestati, & fami tum illorum, tum familiarum opportuna stipe prospiceret, æquaret illorum nomina cum creditoribus; & ut erat Præfecto & Proregi mire gratiosus, iis veniam impetraret quos calamitas faceret miseratione digniores. De illius in pauperes amore, vniuersim illud abunde sit, Patrem ab iis communi nomenclatione appellatum, eratque prorsus, & effecta, & opera, ex æquo omnium illorum Pater; quicquid pia bonorum liberalitate, vel amicorum beneuolentia accepisset, per illius manus transibat in pauperes. Ex Lusitania in Indiam nauigans nullo rogatu induci potuit ut cum Sosa Præfecto mensæ accumberet, missam tamen ab eo ex eadem mensa quotidie sportulam minimè reiecit, sed eam egentibus in navi diuidebat, nulla inde sibi seruata particula; dum ipse interim corrogato à vectoribus pane victitare: vestem quoque ex panno Goa in Piscariam proficiscens cum ad anni rigorem defendendum accepisset à Sosa, itemque lectulum; vtrumque pauperibus donauit sollicitior eorum incommodis quam suis: at si grande quid censetur largiri quod tuum est; maius, nihil tibi seponere; maximum, subductis etiam tuæ necessariis, vitam fouere alienam; quid autem, & quantum (verba iudicum pono consultissimorum à quibus probata est illius Sanctitas) *Post hac omnia cum nihil amplius habeas quod pauperibus tribuas, ab aliis emendicare, quod iterum possis in eos effundere? quod Xaverius præstitit qui cum omnia sua iam exhauisset, nihilque sibi reliquum fecisset, mendicus ipse pro aliis fiebat, ad aliorum arcas precibus accedebat, & piis blanditiis ut sibi darent quod mendicus ipse aliis mendicis traderet extorquebat.* Emendicabat enim perpetuo non modo arctum panem, qui posset pauperibus circumforaneis ad leuandam famem sufficere; sed subsidia familiarum honestarum, quas mercaturâ deuectas in Indiam, & locupletatas, hora vna tempestas multorum annorum quæ sitis opibus spoliat: puellarum item quas vel eò delatas à genitoribus, vel ex gregariis militibus, & nautis ibidem genitas, parentum obitus omni orbasset vitæ subsidio, & statuisset in lubrico nundinandi pudoris inter multitudinem emptorum, quam nimis facilem, regionis illic mollities obiicit. Præter has ethnici, & Mauri, quibus domi bene & commode fuerat; instincti diuinitus, eodem tempore, salutem animæ apud Christianos, alendis corporibus com meatum apud Xaverium requirebant. Ipsa vsque ab Iaponia vir Sanctus scripsit in Indiam addictos sibi, confidenter hortatus neophytis illis aliquid opis porrigerent. Cogitarent hos esse primos Iaponiæ Ecclesiæ lapides, horum complures  
tun

tum claros  
machinatio  
euerfos; se  
tyres egest  
alios Lufi  
nere, ac li  
mulauit ta  
illi se exhi  
quæ luctri  
ipsum ven  
promissa i  
sua pignori  
Perpuli  
Piscariæ in  
dissecerat  
Docuit ea  
ris quotid  
rem collat  
let armis  
trauit mir  
quibus fil  
proximu  
aquis sal  
dissipauit  
vitæque  
nusquam  
bat, totu  
que pileo  
tunc vero  
suauissim  
profert P  
infelicem  
nesta illo  
mi habui  
curauit, &  
ret. Magi  
in vulga  
tem. Er  
ferus atq  
ferens D  
querebat  
is cui ad  
se ait eq  
gum pla



tum claros sanguine, tum ante baptismum diuites; post, vel Bonziorum machinatione, vel tyrannide principum ethnicorum, bonis omnibus euerfos; sed eo dignius largitatem piorum promeritos, quod semimartyres egestatem illam Christi causa ferrent alacriter, Petrum Syluam inter alios Lusitanum sollicitauit ad partem tam sancti operis, & per se vt genere, ac liberali animo nobilem, sic pietate egregia Christianum, extimulauit tamen ad expandendam Iaponensibus illis manum, fideiussorem illi se exhibens, quicquid in eos infunderet, centies tantum recepturum, quæ lucri, ait, opimitas, in mentem Malacensium Præfectorum ante ipsum venisset nemini. Sed extare de illa solennes tabulas, & iurata promissa in Euangelio, quibus suam Deus obstrinxerat fidem, & verba sua pignori dederat.

Perpulit eadem caritas virum Dei ad curandam annonam miseris oræ Piscariæ incolis, quos infidelium crudelis barbaries in desertos scopulos disiecerat, fame alioquin illic absumentos quò ferrum hostile effugerant. Docuit eadē inter neophytos iudicem agere, litesque illorum decidere, horis quotidie bene multis, affabilitate inexplicabili, & patientia in eam rem collatis, ne vt prius quàm fierent Christiani; suum quisque ius vellet armis, & singulari certamine vindicare. Iam quæ tanto numero patrauit miracula cum ferme spectarint calamitates publicas vel priuatas, quibus filios suos premi, ferre non poterat; vocari libenter caritatis in proximum, & fiduciæ in Deo prodigia: hæc ille tempestates sedauit: aquis saluginem abstulit; subduxit in portum naufragos, pestilitatem dissipauit; vertit in fugam exercitus: ægrotos, & mortuos, valetudini, vitæque restituit; hæc & iis similia libris præcedentibus sunt narrata, nusquam vero quæ subdo. Goæ Sacris confessionibus populi aures dabat, totusque in eo versabatur, cum repente, vt erat tunicatus, & absque pileo, in vicus è templo excurrere, dum certum offendit hominem; tunc vero illum complexu stringere, mulcere verbis, & osculis, spebus suauissimis in Collegium secum pellicere; vbi miser, veluti rediuius, profert Patri poscenti laqueum, quo sibi necem parauerat. Eò egerat infelicem egestas familiæ pereuntis, nec sustinebat coram, fame inhonesta illos interire: vt consolaretur eum Sanctus, & conciliaret Deo, domi habuit per aliquot dies, & mensa communi recreauit, dehinc stipem curauit, & commodam occupationem, ex qua victum sibi, & filiis peteret. Magis mirum videtur quod sequitur vt in leui editum argumento, & in vulgarem solummodo commoditatem potius amici quam necessitatem. Erat huic equus perelegans, & æque generosus, verum vsque adeò ferus atque indomitus, vt nulla vi & arte possent ei soleæ induci. Quod ferens Dominus permolestè, occurrenti forte Xauerio valde sibi familiari querebatur, narrabatque dolens, de pulchra, sed intractabili bestia, at is cui ad opitulandum alicui sat erat eius inopiæ conscium fieri, cupere se ait equum inspicere, stabulumque cum Domino ingressus, equi tergum plana manu mulcere, hisque omnino verbis eum compellare. Ca-

balle frater ! quando tam pulcher es , cur tantum refugis ferreis soleis calcari ? num decet parere te tuo Domino , cuius es , & cuius ære tu aleris ? sub hæc iubet acciri fabrum ferrarium , qui ferocitatem expertus calcitronis , vix adigebatur vt rediret , ne præter iacturam operæ , & temporis , aliquod etiam infortunium referret. Venit tandem licet ægerinè , equum reperit excipiendis soleis mansuetum , & docilem , quæ illi facilitas in posterum mansit.

62  
Caritas Xau. in  
animas.

Or. 3. de laud.  
Pauli.

Superest videndum Apostoli ardor in æternam salutem animorum , quàm longè ac latè , quanta incendia miscuerit , qui temporariis corporum subsidiis , & commodis vires exeruit tam magnificè liberales : hoc si minus explicare valuerò , coniciendum saltem dabo. Ac satisfacerem opinor proposito , si quod Chrysostomus in Apostoli sui laudanda caritate mirabiliter attollit , persuaderem debere de Xaverio quoque intelligi , *quasi uniuersum* , inquit , *mundum genuisset* , *sic perturbabatur* , *sic curabat* , *sic omnes in regnum Dei festinabat inducere* ; *docendo pollicendo* , *medicando* ; *tum orando pro ipsis* , *tum etiam ipsis supplicando* , & *terrendo* , & *demonibus corruptores animarum fugando* , *aliquando epistolis* , *aliquando presentia* , *nunc sermone* , *nunc rebus* , *per discipulos* , *per semetipsum conabatur erigere labentes* , *stantes vero firmare* , *humi iacentes attollere*.

De Xaverio certe , ipse qui viderat , qui spectator atque obseruator laborum fuerat , quos in subiugandis Cruci Christi , tot regnis exhaustis insuperabiles , & humanis maiores , ille inquam scriptis consignatum reliquit , fuisse omnino supra naturæ vim quod duraret in viuis Xaverius ; tantis oneribus non fuisse naturam absque superiori præsidio parem : summum eius miraculorum non fuisse , excitatos in vitam mortuos , sed eiusmet vitam annorum duodecim immensis laboribus minime oppressam ; tot enim ab suo ex Europa discessu ad beatum in superos transitum exegit : Idem sensit Alexius Menesius Goanus antistes & Indiæ Primas ; post , Lusitaniæ quoque Prorex , qui *pro magno miraculo reputauit* ( refero eius verba ) *vt tam paruo tempore tot gentes conuerteret* , *in tam dissitis inter se Prævinciis* , & *regionibus* , *nam innumeris pene populis omnis generis* , *sexus* , & *conditionis* , *quos prius in fide instruxerat* , *sacrum ipse Baptismum imperituit*. Hos tamen nisus tam arduos , & continuatos , animabat quæstus salutis alienæ non modo vegeta sanitate , sed etiam alacri , & erecta , vt qui erat ardor purgatissimæ caritatis , naturæ inductio , & procliuitas genij censeretur. Quem virtutis absolutissimæ apicem Xaverio asserit testimonium Melchioris Nunnij , raræ in diuinis prudentiæ , & qui omnibus nostris in India præfuit. [ Ita ( inquit , nam reddo quod scripsit ) ita Magister Franciscus , fidei propagandæ , concionibus ad Christianos , ad Saracenos , & ethnicos suam operam dabat , vt eum putares ex procliuitate ingenij , & naturæ pondere agere , non virtutis imperio , vel studio partæ , vel diuinitus infusæ , adeo nequibat aliter viuere , nec iucundè aliis occupari , nisi adducendis ad agnitionem , & amorem Dei hominibus : in hoc versabatur , oblectabatur , acquiescebat totus , vnde cumque

cumque  
te aduola  
quod eff  
petenda  
ptum fib  
Barbaros  
minem c  
lucriface  
rum, & c  
vel horar  
re potuer  
Indiam.  
Socotora  
promont  
Nagapat  
venit Co  
teriora m  
maritime  
to, Cocin  
ex quo pr  
netq; par  
Cori flex  
ex qua D  
mandelo  
tem circu  
que , Am  
nautis qu  
in Morot  
Macazar  
noctij lin  
versus pr  
contacto  
lano situ  
inde Goa  
ripam fl  
censem ,  
laterariis  
rium ad q  
nitatis pr  
Amangu  
caput Me  
guccium  
annorum  
Apostolic

cumque spei scintilla emicaret, inferendæ in regnum aliquod fidei, repente aduolabat, & auertentibus subinde amicis ab aperto vitæ discrimine, quod essent ea loca sex & septem milliarium millibus turbulentissimo petenda Oceano, & immanibus populis habitata; respondebat promptum sibi esse vel centies mori, vt animam vnã æternæ morti eriperet. Barbaros ipsos præsertim Iapones ingens detinebat admiratio, cum hominem cernerent ex orbe altero ad hoc vnum venisse, vt suam ipsorum lucrifaceret salutem. Planè affectantem illius itinera in quæstu animarum, & consumptos in illa menses annosque numerantem, deficiet dierum vel horarum paucarum spatium, quod rebus gerendis reliquum habere poterit. Ex Lusitania primo tractu mensibus tredecim peruenit in Indiam. Hyemauit Mozambici; Melindam ad latus Africæ attigit; inde Socotoram è regione Arabiæ, Goæ denique in portum subiit. Hinc ad promontorium progressus Comorinum, oramque omnem Piscariam, Nagapatano tenus pagatim atque oppidatim Euangelium sparsit. Post venit Cocinum; & Goam redux, Piscariam denuo lustrauit, eiusque interiora mediterranea; tum regnum intrauit Trauancoris, cuius tractu maritimo prædicatione Christiana, & conuersionibus hominum peragrato, Cocinum, & Goam repetiit, prouectusque est in Cambaiæ regnum, ex quo præterlegens quicquid Indi fauces, & Cocinum interiacet (continetque partem occidentem indiæ ad mare potissimam cis Gangem) Cocino caput Cori flexit, & in Zeilanum traiecit Insulam; postea Vaccarum, & Manarã ex qua Nagapatanum vertens peregrinatus est ad S. Thomæ in Coromandelo, vnde sinu transuerso Malacam nauigauit. Exin ultra æquantem circulum descensu, hemisphærium ingressus est australe, Bandam usque, Amboinum, Nuliagram, Vlaten, Baranuram, Rosolaum, & alias nautis quoque ignotas & absque nomine Insulas. Tum & Ternatem, & in Morosiam, ac Morotaium (quæ duæ sunt Mauri insulæ) Celebem siue Macazarem, & hinc rursus Ternatem, & Amboinum, iterque cis Æquinoctij lineam remensus Malacam reuisit: illic sinu exceptus Occidentem versus promontorium circuiuit, & applicuit Cocinum, quo vix prope contacto, cursum iterauit in oram Piscariam & regnum Candiæ in Zeilano situm; post Goam & eodem in littore paulo superiore Ba zainum: inde Goam, Cocinum, relectoque itinere Goam, & Cocinum: ex quo ripam fluuij radens usque ad promontorium, in sinum subiit Malacensem, vbi versa prora in Septentiones, rasisque Sinarum quibusdam laterariis insulis, Cangoximam tandem Iaponiæ appulit, Goa milliarium ad quinque millia semotam. Iacto illic in regno Saxumæ Christianitatis primæ fundamento, penetrauit se in regna Firandi & Suui, cuius Amanguccium princeps est ciuitas; illinc pedes bimestri spatio, Iaponiæ caput Meacum attigit, vbi dies moratus perpauca, repetita via Amanguccium remeauit; euocatusque in Bungense ac Figense regnum, post annorum duorum inuicta cum Bonziis, de quibus narrauimus, prælia & Apostolicos sudores, mari se reddidit, & Sancianum insulam libauit, sed

322 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

tempestate abreptus in deuia, ventorum arbitrio in Mindanaum delatus est, quæ vna est hodie inter Philippinas maximè Australes. Habent gentis illius monumenta Christi cultum sibi ab Xauerio promulgatum. Inde Malacam & Goam reuisens, Malacam postremo nauigauit, Sincapuram fretum, & plagæ Sinenfis aliquot insulas, vnde breuem post moram in Sanciano denique constitit, quæ fuit peregrinationum eius meta, ex qua in sedes beatorum quietas euasit. His itineribus, & ea quam texui ferie, vitæ annos ferme duodecim exercitos duxit magnus Apostolus, quibus nec Iaios, Acenos, Malaios, nec multas accenseo insulas, quòd gnarus licet iis quoque ab eo affusam Euangelij veri lucem, tamen adhuc rescire distincte nequiuero quo tempore illuc nauigauit: iungat qui potest tot milliaria, tot terrarum, & maris spatia in certum numerum. Abundè mihi sit dixisse tot itus ac reditus si conferantur in longum ordinem, æquatuos multoties immensitatem maioris circuli quo Geographi terras & maria ambiunt, nec tamen iis in itineribus minus aliquid agebat, & leuius quàm ipsum iter. Quare item in illum scitè cadit, quod se Chrysofomus de Paulo non augendi causa, sed vere professus est dicere. *Omnem quanta est sub cælo regionem quasi volitans circumiuit, non simplici labore velut in vacuum itinera percurrens, sed peccatorum spinas pariter euellens, & verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem inducens, ex hominibus angelos faciens, quin imò ipsos homines, quasi ex demoniis in Angelos prouebens.* Omnino qui gestis illius attenderit, quot centena hominū millia, sic enim disertè designat in bulla Pontifex, sacro Baptismo expiarit, Christi regnum quam latè porrexerit, vix intelliget aliquid temporis ad iter, esse illi reliquum potuisse. De se quidem non semel affirmavit, si locis decem eodem tempore, præsens decuplam dedisset operam, futurum tamen, vt ne illis quidem quæ tunc maximè vrgebant satisfacere valuisset, verum vnus vt erat, tam multorum explebat vicem; vt quod semel ingenti prodigio, prope Sinas Baptizans gigantis statura comparuit, videatur id illi decem iis annis fuisse perpetuum quibus tot intra & extra Indiam populos Sacro fonte purgauit, non proceritate illa semel eius corpori ad ostentum diuinitus adiuncta, sed vastitate animi generosa, & actiuosa vi, quam rebus gerendis æquare nemo absque miraculo sperasset. Iam si Apostolum fieri, constat centies mille infidelibus ad fidem conuertendis, quam multis Xauerius suppar Apostolis fuerit, vel eorum solummodo nomine quos manu propria baptizauit? si vt ipsemet an. 1554. scripsit, decem illi annos addidisset Deus, tantis sanè principiis, in fidei propagatione respondissent progressus non impares; sed residuo sibi non plus triennio, velut præfagus breui, æuis instabat infimis precibus apud Lusitaniæ Regem & Ignatium vt magno numero ad se auxiliarias operas mitterent, spondens fore vt illos omni officio, & obsequio coheret, haberetque seipso cariores: etsi autem velut futurus sæculo superstes cogitationes semper in grandia mitteret, & longinqua; sed festinabat agendo, nihilo segnius quàm minimè crastinum visurus.

Hom. 1. de  
Laud. Pauli.

rus, fieb  
cibi ad tr  
dam cœl  
& mand  
ras illece  
auelli se  
cul aber  
tamen v  
mortalit  
operã an  
& abstra  
vt suauit  
craretur  
recitatio  
sumptan  
dat hun  
qui pute  
que num  
ciaria pr  
aquæ gu  
pueros, v  
seorsum  
guli vt c  
perciper  
gebat iis  
matione  
fariò, &  
ta iis tra  
gebat d  
Christo  
tur, vt  
phytis  
proditur  
tum est,  
tiata ab  
Christia  
feruido  
complu  
furentib  
Hac era  
autem f  
de illius  
solida  
cius num

rus, fiebatque interdum vt Sanctis laboribus iucundiffimè immerfus cibi ad triduum obliuifceretur, lautius illo faginatus quem Petro quondam cœlum appofuit, cunctantem arcana ftimulans adhortatione, *occide, & manduca*. Habent cupidiae animorum tam exquisitas in Deo, & uisceras illecebras, vt familiarem cum eo experti confuetudinem agrè ab iis auelli fe finant ad commercia falutis alienae; fed ab hoc nauo tam procul aberat vir Sanctus, vt iis licet voluptatibus mentis afflueret, haud tamen vinciretur, nec abftineretur ab fui laboris, & auxiliij copia cuius mortalium, vili, mendicor, pueris, prodigè commodanda; vbiuis illius operã animae fuæ bono aliquis pofceret, volebat ab orando, contemplan- & abftrecti ab fenfibus animi delitiis abfttrahi, adeòque ab cœlo, & à Deo vt fuauitates ab eo hauftas totidem rependeret gaudiis quot ei animas lucraretur: contigitque fubinde in officij diuini penfitatione, horæ vnus recitationem ab eo fepties abrumpi, & maiori quàm prius iucunditate refumptam, promptius iterum, quam fuiffet refumpta intermitti, Claudat hunc locum animaduertifio fanè grauis, nempe à vero abire longius qui putent mortales ad Chriftrum à Xauerio traductos, quòd prope abfque numero fuerint, non fuiffe ab eo nifi leuidensè, & obiter, fuperficiaria præparatione ad fidem institutos, fed fparfis in caput, aliquot aquæ guttis, hoc vno Chrifianis accenfis: fabulæ, & mera fomnia, pueros, virgines, maritas, viduas, mercenarios, feruos, & Dominos, fuis feorfum diftinctos claffibus, & horis feorfum docebat, efficiebatque finguli vt clarè non modo perciperent, fed contestarentur etiam clara voce, percipere fe figillatim articulos fidei, & officia hominis Chrifiani. Fingebat iis peculiari ftudio magiftros idoneos, quibus fuas in eorum informatione credebatur vices; quæcumque forent ad falutem credenda neceffariò, & agenda, fuæ cuiufque regionis fermone vernaculo ab fe explicata iis tradebat, patronos idololatriæ Brachmanas, Iogas, & Bonzios frangebatur difputatione affidua, & forti: nec locum mutabat quem femel Chrifto fubegiffet, nifi eius fides tam firmis iam illic radicibus nitere- tur, vt fufentare fe in pofterum per fe fe valeret: & vero ex tot neophytis dempta vrbe Tolo (idque ab breue tempus) non eft memoria proditum gentem vllam in damnatos errores recidiffe, è contratio certum eft, ciuitates & regna, quæ decennio integro poftquam Dei cultu initiata ab Xauerio fuiffent, nec Sacerdotem viderant, nec peregrinum Chrifianum; tam viuaci tot annos memoria, myfteria fidei, vfuque tam feruido mores feruaffe Chrifianos, vt fi pridie tincti forent. Scimus & complures in mancipia abductos, fidem Chrifto inuictam tenuiffe, & furentibus incallum ethnicis Dominis vita maluiffe quam fide cedere. Hac erant animi firmitate quos Xauerius ad Deum conuerterat: quod autem fpectat eorum numerum fcribunt iudices dicti ad cognofcendum de illius fanctitate, ex communi fama, feptingenta millia exceffiffe, eaque folidæ vfque in præfens pro Chrifto constantiæ: ita quidem illi. Sed eius numeri non poffe fummam nifi valde incertam iniri certum eft: nam

324 *De vita & gestis S. Franc. Xaverij*

etsi compertum est, illic eum duodecim, alibi quinque ac viginti, rursus aliis locis etiam quadraginta, & ad centum hominum millia Christo peperisse, (quæ definiuntur non vacillantibus numeris) verum quis diuinando assequatur quam multi fuerint, quos suis tum ipse literis, tum actorum ipsius iuridicæ significant tabulæ, cum aiunt, die vno, oppidum integrum Christo adiunxisse? cum eum vocem, & brachia repetenda toties Baptismi formâ, & aquâ fundenda defecisse? de regno Trauancoris secus mare, constare totum ab eo Christiano cultui mancipatum. Ex Malais, Acemis, Iaiis; ex Mindanao, Macazare, ex ignotis vasto Orientali Oceano insulis, in quibus legatione pro Christo functus est, quis dicat quot dona quot messes, quot prædas Christo retulerit? cum memoria supersit vix tenuis lustrasse illum ea loca, & in iis grandia gessisse. Lego passim in actis iuridicis testimonia oculata asserentium nunc P. M. Franciscum vniuersam urbem Sacro fonte lauissse, nunc vniuersam insulam, nunc regnum vniuersum, ex quibus quæ potest subduci ratio quæ non sit anceps & dubia? quare de illa tanti Apostoli caritate incomparabili, partaque immensis eius laboribus Ecclesiæ gloria, nihil posse videtur aut à me scribi, aut ab aliis optari vberius quam quod duo summi Pontifices Greg. X V. & Urbanus VIII. pronuntiant, cum in narranda eius morte hanc vitæ intexunt epitomen. *Demum vir Dei consummato feliciter peregrinationis suæ cursu, fama sanctitatis clarus & bonis operibus plenus, cum ei benedictionem Abraha Patriarcha spiritualiter elargitus esset, ut multarum gentium pater efficeretur, & filios quos Christo Iesu genuerat, super stellas cæli, & super arenam quæ est in litore maris, multiplicatos videret, & ex eis plurimos proprio sanguine laureatos ad cælestia regna premisisset, Orientalium Indiarum Apostolus, ab omnibus India regnis, totoque Christiano orbe appellatus, dum adiuuans Euangelio, in vastissimo Sinarum imperio querebat, assiduis laboribus quos ultra humanas vires, pro gloria Dei tolerauerat, confractus, in Insula prope Sinas, ad cælestem gloriam perpetuo cum Deo regnaturus enolauit.*

Apostoli caritas hætenus enarrata, quàm fecundis, & inexpletis arderet ignibus vtcumque spectauimus; quàm industria & solers fuerit, sequitur vt nunc admiremur: nobis enim se primùm obiciunt, ingenti numero ædes Sacræ quas Deo posuit; materia esto, & mole, initio tenues & angustas, parietibus ligneis, tecto stramine ramisque conferto; erecta interius cum altari cruce, & (si quæ conspicua, & insignis) effigie aliqua Deiparæ Virginis ornata: sed inter barbaros, quibus arborum trunci, pro venis marmorum; pro architectis necessitas; templa, & basilicæ videbantur: quodcumque in oppidum; & pagum, conuersione incolarum Christum intulisset, eiusmodi aliquod in eo templum statuebat, & notum in tractu Piscariæ, plus minus pro locis adornatas supra quadraginta dedicasse, itemque in altera regni Trauancoris ora occidua. Quod si minime daretur, in editiori saltem cliuo, grandem seiunctim à publico erigebat crucem, exindeque is locus fiebat incolis sacrosanctus

anctus, & in  
tuū aditus,  
crucibus q  
fufciperent  
paupere ac  
ne fidelium  
ambitu cer  
que curam  
ominus, vi  
ftianorum f  
tas horas p  
gustiis priu  
deponere,  
venerentur  
fidei odio,  
exempli in  
nouam fun  
aut portun  
de ramalib  
quatuor, in  
caperet ad

In cuius  
stria, sibi  
bus; Chris  
temperaba  
& ignem c  
Indorum  
pulpitis, q  
& damnato  
mentum)  
currerent a  
rantes, ma  
nes identid  
sublatis, &  
credere, ex  
quam diu  
sermone v  
pedestri, cu  
genas doc  
natiuam li  
vsurparet  
certius, t  
animi ser  
diuersitati

anctus, & inuiolabilis: vias præterea discursu hominū frequentes, & portuū aditus, & colles prospicuos, & vacua littora cōsecrabat, muniebatque crucibus quas præteruchentes nauæ salutarent, & piam aliquam ex iis susciperent cogitationem: porro quas dixi ædes sacræ, haud semper in paupere ac rudi natalis sui iacebant egestate; aucta numero, & religione fidelium pietas, reformabat illas, & decorabat identidem, & æmulo ambitu certabant populi, cuiusnam sacra ædes maximè splenderet, eamque curam à communitatum Rectoribus exigebant. Vtcumque nihilominus, vrbane an rusticè vestirentur, par vbiq̃ue illas & eadem Christianorum fides & pietas, magnifice ornabat. Illic quotidie adesse, statas horas precando, canendo, repetendis fidei dogmatis obire: illic angustiis priuatis & publicis, diuinam opem implorare; illic suos ægrotos deponere, vnde sapius redibant sani, eratque id adeò peruagatum, vt venerarentur illas etiam ethnici, & hōc propensius quòd ex iis vnus fidei odio, & communitatis probro, violatam eius Ecclesiam, pauendi exempli interitu luit: Neque illic solum ædificabat templa S. Pater vbi nouam fundaret Christianitatem, sed quamcumque applicuisset insulam, aut portum, extemporaneum in tractu littoris extruebat templum, vel de ramalibus, & cortinis; vel de nauis ipsius velo, palis aut arboribus quatuor, in modum tentorij explicato, quod nautas, vectores, mercatores caperet ad sacra obeunda, audiendumque Dei verbum.

In cuius dispensatione, altera versabatur caritatis eius exquisita industria, sibi enim statuto in dicendi regulam auditore, vt in vicis aut vrbibus; Christianis veteribus aut nouis concionabatur; ita se illorum attemperabat conditionibus, vbiq̃ue tamen & apud omnes Deum spirans, & ignem quo æstuabat interius, vultu prodens. Fuit cum tot millibus Indorum obsideretur ad audiendum vt cogeretur arbores habere propulpetis, quo videri ab omnibus, & audiri posset: felicitatem beatorum, & damnatorum æternos cruciatus (quod vnum ferme tractabat argumentum) repræsentabat imaginibus tam viuis, vt cum desisset, concurrerent ad eum Barbari cum fletu, stringerentque amplexibus, vociferantes, magnum esse, ac verum Christianorum Deum, imo & conciones identidem, ipso quoque hortante, interpellarent contestatione, qua sublatis, & in crucem ad pectus reductis brachiis, affirmabant se Christo credere, execrabantur idololatriam, & idola, spondebant se vitæ potius quam diuini amoris, & fidei iacturam passuros. Nec silendum putarim, sermone vti consueisse, iis quos alloqueretur accommodo; rudi, barbaro, pedestri, culto, prout esset auditor qui adstabat, sic vt mancipia & indigenas docens, qui ex vsu cum Lusitanis perpetuo, illorum vocabula in natiuam linguam ineptè, ac perperam detorquent, easdem cum ipsis vsurparet voces, eodemque efferret sono, tum vt perciperetur ab iis certius, tum vt iis esset velut vnus ex iis acceptior, quod ei tam bellè ex animi sententia processit, vt vsque ab Iaponia socios in India moneret, diuersitati auditorum sermonem quoque variè aptarent. Pridem vero

edoctus

63

Prædicatio  
Xau.

edoctus verbis Dei sementem nunquam ab se mitti euanidam, sed semper aliquo excipi, boni cordis, & optimi solo: nullum opportune importunè labi tempus sinebat eius faciendæ; in nauibus ad malum; in vrbibus ad forum; in vicis ad compita, vbiqumque vidisset otiosam coronam, insinuabat sese, sua illa iucunda, & miti comitate, interrogatosque *qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem?* ex caducis quæ tractarent, & triualibus, ad salutaria & diuina tollebat; in illis denique veritatis Euangelicæ æternis fundamentis tantum reponebat, vt profectioem in Sinas suam crederet fructuosam, (tamen si quod illi omnes occinebant,) primo statim appulsu coniciendus esset in vincula: versabat iam animo, Socios carceris, de Christo dicentem habiturum se illic auditores; eorum aliquem, iure, aut casu inde lapsum, vulgaturum facile quæ audisset noua; accursuros ad ea audienda, & exploranda literatos, pruritu nimiram curiosissimo quo laborant religionum externarum, eoque præcipue tempore, quo summus Imperator, indagatores sectarum varianum quaquam versum misisset; per hos tandem fortassis agnitionem veri Dei, Pachinensem aulam, Regisque aures subituram. Sic ille futura digerebat. Verum de ratione prædicandi, cui illigatus est quotidianæ quoque vitæ ordo mirabilis, recitandum est testimonium Ioannis Arriagæ, qui cum illo Goam ex Lusitania nauigauit; vixit cum eodem Meliapore & Malacæ, amicus in paucis, vtque se nominat, familiaris eius discipulus, [ hac, inquit, serie labores suos frugiferos P. Xaverius in Comorino promontorio contexebat. Expletis sub lucem canonicis precibus, iubebat vnum ex pueris crucem sibi præferre; percurrerebat cum eo vicos, requiritans, ecquis vbiuis illic infans sacro Baptismate, ecquis confessione lustrandus ægrotus, & cui mortuo patentandum? vbi quid istorum occurrisset, sursum manus, & oculos tollens, magna voce, ac velut concionabundas, fidei Symbolum, & decalogi præcepta recitabat, coactoque ad vocem populo tingebat, aures dabat confitentibus, ægrotis, & iis alleuandis Euangelium legebat; denique mortuos efferebat, iuuabatque illos apud Deum precatone benè longa, erat hic ipsi ad vsque meridiem rerum ordo; inter quas vnus ex eius discipulis aliquis collectos pueros sacris imbuebat rudimentis; quos ille ex publico fessus, iterato labore examinabat de penso discendi, quid quisque in eo profecisset: post hæc tantisper interqui escere hoc est recipere halitum orando, tum resecto modicè corpore, personam illico mutare & iudex effectus controuersiarum, litigantes inter se amica pace componere; sub serum diei, primisque sub inde tenebris, incolarum captare circulos, & in eum qui esset frequentior sese immittere, verbaque ad illos improuisus de Deo facere, si quem autem è suis neophytis vexaret Lusitanus, aut ethnicus defensor vehemens obstare vexantibus, & ab neophytorum libertate, bonisque iniuriam propulsare: festis diebus populum vniuersum in templum vocare, at si vetarent templi angustia, sub capax ramale, vbi ex edito ad eos concionabatur, & Malabarico illorum sermone mysteria fidei exponerat;

Exculto

Exculto  
nudipes;  
tasset, al

Huc  
pertingeret  
staret. E  
vitæ; br  
sua quan  
stituisset  
publicè le  
nerent qu  
cebant le  
maxime v  
diffusa, c  
rum præ  
mores eg  
tior, & fa  
iis deince  
ad erudic  
na in can  
ante Bapt  
cariæ tra  
testantur  
mulierum  
*Pater, A*  
non sine  
ter suo qu  
indiscrim

Percu  
vt præci  
principes  
mundi D  
gna illor  
cias man  
uaticoris  
Amangu  
impugna  
uis autem  
rorum tu  
ris, cum d  
haud tam  
hanc pest  
Cacilis A  
tam illam



Exculto his studiis oppido, pergebat ad aliud, pedes semper, plerumque nudipes; nec si quando perpeffionibus, vel immodica fatigatione agrotasset, aliam volebat medicinam præter libri alicuius pij lectionem.]

Huc usque Ariaga, fuit alia eius solertia, ut quò voce nequibat, stylo pertingeret; ubi per se, absens concionari non poterat, id per alios præstaret. Eam in rem multas elucubrauit Institutiones Christianæ fidei, ac vitæ; breuius, fufius, pro conditione vel nouitiorum vel prouectiorum, sua quamque regionis erudiendæ lingua, easque magistris quos sibi substituisset in cura populi tradidit: ea per hebdomadam sapius, tamdiu publicè legebantur, dum iterandi crebritate, hærent audientibus, tenerentque illarum nunquam obliterandam memoriam: in iis pueri discabant legere, quibus ad hoc ipsum, opusculum edidit lingua Indorum maxime vulgari. Earum aliquæ institutionum præsertim vna copiosius diffusa, complectebatur decem capitibus, ab Adami lapsu, ad Apostolorum prædicationem, quæ essent memoratu dignissima, interiectis ad mores egregiis documentis, hanc ut Indis illis agrestibus veniret gratior, & facilius disceretur, rithmis condiderat poëticis, quo factum ut ab iis deinceps cum voluptate cantaretur. Experimento enim compererat ad erudiendam plebem quantum interesset, Sacras preces, & fidei arcana in cantus simplices redigi, sic ab neophytis cantiones abstulit quibus ante Baptismum assuerant, factumque sensim, ut totus Malabar, & Piscariæ tractus maritimus, & sylvarum Molucenses (quod ipsi qui audierant testantur) nocturnis diurnisque cantibus barbarorum sonarent, virorum, mulierum, puerorum, domi foris, in agris, in nauibus, in piscatione, *Pater, Aue, Credo, Decalogum*, mysteria fidei alacritate mira canentium, non sine pudore salutari Christianorum veterum ex Europa, quæ S. Pater suo quibusque neophytis idiomate, rythmis idoneis dictarat, atque has indiscriminatim vniuersorum bono Xauerij caritas, artes adhibuit.

Perculiare sunt aliæ magisque insignes, quarum primaria hæc fuit, ut præcipuos conatus verteret, ad subiiciendos Regi regum ethnicos principes, tum quod esset Christo gloriosum vertices coronatos, & mundi Dominos, vltro eius pedibus aduolui; tum quod in regibus regna illorum integra; in dynastis totas crucis imperio, illorum prouincias manciparet. Qua excelitate capacis animi vir sanctus, Maurum Trauaticoris; ethnicos duos Zeilani reges; Piscariæ Satrapas; Saxumæ, Amanguccij, & Bungi reges aggressus est, & Euangelij machinis valide impugnauit; tentauit & Voum, magnum illum Meaci principem quamuis autem extra spem fermè esset, belluinam illam principum tum Maurorum tum ethnicorum licentiam circumscribere lineis Christiani pudoris, cum domi centum, foris quot immanis libido suasisset, vxores alerent, haud tamen commisit diuina bonitas, scrui sui contentiones aduersus hanc pestem exire cassas atque inutiles, duas enim principis sorores, & Cacilis Ærij Moluci Regis duos ex fratre filiolas, baptizauit; & cordatam illam sapientemque Mauram Neachilen, Regum Tidorensis filiam,

T t

vxorem

64

Lucubrat.  
Xau.

65

Reges Xau.  
ad Christum  
conuer.

1794

vxorem Teruatensium, Christo similiter adiunxit; & Reges Nuliagri, & Vlates, insularum Amboino affinium, cum eorum populis Ecclesie addidit; & propiorem Molucis, tota cum Insula Rosolao illius toparcham, cui suum Francisci imposuit nomen, & de Saraceno, vel ethnico, fecit tam serium, fortemque Christianum, ut profiteretur, si orbis vniuersus, nedum finitimi quibus vndique cingebatur Mahumetani reges, tentaret armis fidem reuellere, quam P. Xauerius sibi altè defixerat, frustra fore omnes mortalium conatus, quod Petrus Martinez Lusitanus ex eo audisse retulit. De Rege vero Maldiuarum habent tabulae publicae ex testimonio Petri Principis ipsius filij, fuisse à S. P. Francisco ad fidem perductum, initiatum vitali lauacro, & Manuelis nomine insignitum: habent quoque de Rege Celebis insulae (quam alij Macarem vocitant) fuisse ab S. Apostolo cum fratre principe, multisque clientibus baptizatum, cum germano ipsius, quod ex eius filia Leonora auditum saepius docet iisdem exactis Ioannae de Mello testificatio. Sic Deo placitum ut quae illum insula mouerat ad tentandum australem Oceanum, eius licet nouis rationibus deinde, ad praedicandum Molucensibus interuersi; laboribus tamen postea frueretur, quorum idcirco praetermissa est à me distincta narratio, cum eius itinera, & Molucensem expeditionem libro secundo describerem, quod nihil reperissem de iis expressius quam quod ea quam dixi regis filia significauerat. Subdidisse alios etiam Christo reges, & baptisimi sacrasse caractere certum est, de quibus etsi sigillatim, silent acta, & tabulae quod lapsu annorum interciderent eorum nomina, sed confirmat fides summorum Pontificum dum aiunt. *Multi illarum nationum Reges, & Magni principes, ingenti cum fidei nostrae emolumento, suauis Christi iugo colla subdiderunt.*

66

Omnibus omnia quam mirabiliter fecerit.

Restat nunc illam explicemus solertiae partem quam in reuocandis ad frugem perditis, Xauerij caritas mirabiliter occupauit; de qua forte non nemo absurdum putauerit, si dicam ab eo haud paulo validius agendi comitate, & suauitate amabili expugnatos, quam auctoritatis pondere, quae illi apud omnes & virtutum exemplis, & miraculorum reuerentia parta erat; adiungebat se promiscue omnibus familiari consuetudine: sed vsu magis domestico, cum iis qui pessimè animo laborarent: dissimulabat nosse, cuius essent farinae, impudici, homicidae, adulteri, sceneratores, executores diuinorum, & si quid detestabilius, ut copularet eos sibi affectu beneuolo, qui primus illi erat, ad inuadendos non multo post, sanandosque illorum animos, accessus: somniant ferè qui arma profitentur, se à pietate, & Christianis officiis immunes, verum inter Indos vitam agebant in omni licentia dissolutissimam, eorum se tamen inuito mori accommodabat Sanctus, vltro ad multa caecutiens & surdus, quae iuuetata illorum effutiebant improbitas, ne illos ab se auerteret, velut ab censore potius quam contubernali. Quaedam ex ipsis factu procliuia, interdum petebat, quanquam iis minimum egeret, sed opinionem fiduciae suae constare illis volens; deferebat vero etiam non rogatus alia commodi grauioris, dolens apud illos, quod se pro externo magis quam amico haberent

berent. Et  
hærent  
tiam si eo  
excusati  
cea; ecce  
planè con  
nomine ca  
cinnè ad  
litari calo  
litones co  
gavit mi  
exhibilare  
praeter br  
sactæ sar  
nihil: cla  
modaban  
leuabat p  
in contu  
gtauis, &  
condieba  
cos, & ob  
turi. Fal  
vno ludo  
Notatis  
tissimum  
rent folia  
deceret;  
litibus ha  
in Deum  
conditio  
inter lude  
sons; qu  
illa omni  
batur alie  
erat solit  
ut seipso  
lamentab  
ter pericu  
quam eff  
qui coran  
rum ordi  
petulant  
cum me  
ægré vno

*Liber Quartus.*

berent. Erant ipsi quandoque calcei dissuta cute tam laceri vix vt pedi hærent, optabat miles novos ei donare, habiturus non paruam gratiam si eos admitteret; ergo illos denique proferentem, & beneficium excusatione præuia ornantem, quod essent aluta non religiosa, sed crocea; excepit Xauerius hilari, multumque gestiens, & lepidum inquit, planè commentus es, vt offerendis calceis amicum obstringeres, coloris nomine calceos retineres? statimque calceos induit, & viden vt pedi concinnè adhærent? nec dedecet vt etiam ipse non incompositus, in militari calceamento compaream? vsus iis calceis tamdiu, quoad commilitones eorum aspectu conciperent, quanti faceret quæ ipforum erant, rogauit militem vt pateretur nigro tingi, ne cum in terram exscendisset exhiberetur à pueris. Nauim ex Collegiis in longinqua conscendens præter breuiarium, castulam lineam seu superpelliceum, & supellectilis factæ sarcinulam, nihil secum portabat; de necessariis ad victum profus nihil: classarij milites quibuscum vehebatur, loturo subuculam commodabant per vices tantisper detritum ex suis indusium; ita suam vna leuabat paupertatem, & eorum sibi conciliabat beneuolentiam, ad hæc in contubernia se dabat, inuitabatque se vltro cum iis ad mensam, non gtauis, & tetricus conuiuia, sed lepidus atque omnium horarum, & condiebat etas sermone iucundo, & hilari, quo illis suauius maledicos, & obscenos subtraheret, quibus alioqui absente illo fuerant indulguri. Fallunt vt plurimum vectores otiosi longa tædia navigationum vno ludo, vnum illis hoc opus, quo vitam cum tempore absumant. Notatis igitur vir sanctus qui essent maxime rixosi, & irritabiles, iis potissimum ad latus assidere; offensam præferre, si aduentante se occultarent folia, vel tesseras; non ignorare se quid iis liceret, religiosos quid deceret; non posse illos Monachorum ritu precari perpetuo, ludo militibus haudquaquam interdictum; sed rixis, fraudibus, & contumeliosis in Deum vocibus. Sic ipsi repetito alacriter ludo partes committere, conditiones ferre, ludere, ipsomet Xauerio iudice controuersiarum quæ inter ludentes nascerentur, demum absque Dei offensa transigi ludus insons; quem ex eo quæstum, aucupabatur quidem B. Apostolus, sed ex illa omni meditatissima domesticæ cum iis familiaritatis arte, assequabatur aliquid longè præstantius, solus enim exinde cum solis, iniecto vt erat solitus de bello, vel aliis ipforum rebus colloquio, efficiebat sensim vt seipsi subirent, & introspicerent, statu quàm viuerent deplorando, & lamentabili; loco ad inferos quàm præcipiti penderent, & lubrico, inter pericula belli, & maris perpetua, mortisque tam perhorrescendæ quàm esset illorū inuisa Deo, & superis vita: quibus monitis confirmant qui coram spectauerant complures adiecisse animum ad vitam religiosorum ordinum, nedum ad probè Christianam, quod in istiusmodi genere petulantia militaris, possit instar prodigij censer. Nec dissimiliter idem cum mercatoribus factitabat, qui & ipsi in hæc ima incurui, & infossi, ægrè vnquam attollunt oculos, in sublimes illas, immortalesque diuitias,

quibus obtinendis si darent contentionum suarum inanium partem millesimam, computarentur inter Sanctos : at illas miseri, orbe plus medio per sævas tempestates & innumerabiles ærumnas circum nauigato, vident sæpius leui flatu subuerti, aut saxo allifas frangi forberique cum bonis, & vita, ipsaque non raro anima infelici. Horum igitur personam sibi pariter induebat, studebat emolumentis, nauibus bene precabatur, interrogabatque sollicitè, & crebro de illarum cursu perinde vt cum iis negotiorum societate neçteretur. Verum inter illos de commerciis, portubus, mercibus, vendendis, emendis, lucrorum accessionibus dum fabularetur, & fauente aura desiderijs eorum velificaretur, flectebat callidè in diuersa cursum, iubebatque illas quibus æstuabant quæstuosas curas, cum cælestibus conferre; fluxas opes ex luto, & saniè concretas, cum æternis illis, quarum summa par Deo atque ipsemet Deus, at nos animæ viles inquiebat, prærogatiuâ magnificentiæ condecoramus caduca, & puerilia hæc bona; illorum possessione supercilium tollimus, iactura prosternimur, quasi desperabundi meliorum, ac velut nihil restet nostris conatibus & periculis dignius, præter argentum Iaponiæ, Sinarum ferica, & aromata Molucarum. His ille, adiuncta illa Christi sibi familiarissima & ineluctabili phalarica, *quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, anima vero suæ detrimentum patiatur?* multorum perfregit animos, Deoque expugnauit, fuitque in iis qui nauim ac merces venderet distractisque in pauperes pretijs religiosam iis paupertatem, vitamque coëmeret. Certè magnam hinc cepit diligentiam suæ fructum, quod eorum permultos fecit in Deum valdè liberales: cum enim assiduè occurrerent puellæ nundinarij pudoris, ad honestatem reuocandæ; habebat paratam apud illos semper dotem idoneam qua ipsas pudice elocaret. Iam suis Neophytis quam se gratum præberet, atque affabilem, vt eo sui amoris vinculo, Christo illos adstringeret fortius, nec pigeret illos susceptæ legis, patet ex iis non obscure quæ illorum bono parens optimus & egit, & pertulit: ferebat mirè patienter mores illorum insulos, & Barbaros, iisque se ex parte conformem exhibebat, vt suorum partem iis imprimeret. Sed præ omnibus cauebat ne quid ab iis maius exigeret, quàm quod posset ab hominibus diu facinorosis, scelerique incoctis, post conuersionem illico præstari. Quòd autem plurimum valdè inopes essent, Parauipotissimum & Comorinenses piscatores, exorauit iis primum ab Indiæ Præfecto, post etiam ab Rege Lusitaniæ Ioanne tributum annum condonari quod extorquebatur ex iis admodum seuerè, insudauit quoque magnopere, tum vt arma regum affinium ab iis defenderet, quæ religionis odio illis intentabant; tum auaritiam ministrorum, vnius præcipue à quo tyrannicè vexabantur. Indiarum præfectis hic persuaserat, vt iis domandis regis nomine conflarent exercitum, præfectos Xaverius regis metu ab eo deterruit, minatus ad Regem daturum de ipsis literas, & ad Principem Cardinalem Sacrorum Præsidentem quæsitorem, tanquam de intestinis fidei hostibus & impiorum supplicio plectendis. Nunc resumpta tantisper (facit enim ad ea quæ sequuntur) arte illa, adiungendi

sibi

sibi animo  
quid trada  
rat, [Com  
simplex &  
vnquam g  
animæ de  
ctebat cu  
vberrimos  
sceleratio  
vescebatu  
initio illor  
nari: vt a  
exerta qu  
in alios q  
non inod  
Christian  
ter confic  
sit vnqua  
ritas, &  
omnes, n  
quocumq  
mas illi  
morum a  
Hæc Fig  
fessione f  
tos iam a  
obstinati  
nec somn  
Sancti pe  
nique vt  
miliari v  
versatili  
nibus or  
superfici  
cum eius  
tigit ead  
de illo in  
carat, ex  
tutis) h  
pore, fut  
publicu  
proferen  
nauis to  
indicem

sibi animos perditorum, ut eorum lucrifaceret salutem, audiamus de illa quid tradat Laurentius Figuererius, qui & Sanctum norat, & exploraue- rat, [Consuetudo, inquit, vsusque domesticus P. M. Francisci, tam erat simplex & demissus, tam vera sui abiectioe humilis, ut esset nemini vnquam grauis; domi quilibet, & fortis quamlibet tenuis, qualicumque animæ de causa eum libere adibat, nullo scrupulo inurbanitatis: quas ne- ctebat cum quouis hominum genere necessitudines, fructus illi tulere vberimos conuersarum ad Deum animarum; nam ut quem nouerat sceleratiorem, eò in eum subibat penitius, exhibebat se illi magis comem- vescebatur cum illo versabaturque familiarius; ac ne percelli quidem initio illorum flagitiis videbatur multo minus ea exhorre, & abomi- nari: ut aurem semel, eos sibi obsequiis & comitate addixerat tum vero exerta qua loquens pollebat sanctimoniam efficacitate, mutabat omnino in alios quam prius fuerant, & cæno ereptos vitiorum, transformabat non modo in hostes & osiores anteactæ vitæ, sed in cultores virtutis Christianæ, tam sibi dissimiles ut dignosci vix possent. Quod tam suauiter conficiebat & paecate, vix ut hoc ipsimet aduerterent, nec auditus sit vnquam quisquam de illo dolere aut queri. Præter hæc, eius autho- ritas, & cum sui contemptu magnificentia, eius erant ponderis apud omnes, nemo ut poscenti, negare aliquid sustineret, sic vbiuis degeret, quocumque isset, Dei obsequio, & amore implebat omnia; vbi que ani- mas illi asserebat, ardore enim diuini Spiritus quo flagrabat; suauitati morum affabili eiusque viuendi exemplis insignibus, obsisti non poterat] Hæc Figuererius, quod inter alia fuit maxime luculentum, cum de con- fessione serua, & fideli, nescio quem interpellare aggressus est qua mul- tos iam annos caruerat. Nam hic pium monentis consilium reiecit tunc obstinatius; sed hanc postmodum repulsam tantopere doluit, ut nec cibi, nec somni, partem vllam prius admitteret, quam multis cum lacrimis ad Sancti pedes accederet, audiri que ab eo de vitæ criminibus flagitaret. De- nique ut testatur flens quidam in illius actis, complectebatur omnes fa- miliari vsu, & omnes efficiebat Sanctos. Hæc tamen facili, & sancte versatili consuetudine, qua se militibus militem, nautam nautis, & om- nibus omnia fingebat, multorum iudicia in transuersum iere, inspectu superficiali delasa. in iis Iacobus Noromius, inobis Lusitanus, qui cum eius videndi desiderio teneretur de quo fama pridem acceperat, con- tigit eadem quadremiti ut fortè cum illo veheretur: Porru mox egressus de illo inquiri, monstratur ipsi, sed longè alius ab eo quem mente fabri- carat, expectabat (quod solent qui saporem non norunt purgatissimæ vir- tutis) hominem cælo lapsum; sua sanctimonia inuolutum, siue in cor- pore siue extra corpus, ignarum: sine cibo, & potu, & verbis, nec se in publicum nisi ad edenda miracula, & conciones nunquam prius auditas proferentem, at eum videt ludentem scacchiis cum gregario milite fortè nauis totius nequissimo, qua re plurimum conturbatus, versusque ad eius indicem. Hic cine, ait, ille sanctus? absit hoc de illo sentiam; Clericum

magis de triuio arbitret; nec Petri Castrij cognati sui mira de Xauerio narrantis, & grandia, vllis sermonibus se fuit Noronius ab ea opinione dimoueri, quod identidem inuestigans, reperiret sanctum modo nautica cum turba, nunc cum militibus otiosè loquentem. Deuenerant ad fauces fluminis in ora Malabarum, exscenderantque ad aquationem; & Xauerius in syluam, quæ ripæ confita, se solus abdidit; quod conspicatus Noronius qui magis inspector quam venerator Sancto imminabat, miratusque, quid esset quamobrem se illuc penetraret, pone indagatorem seruum sequi iussit, & sibi quicquid in eo deprehendisset renuntiare diligenter, inuentum post multos circuitus, quæ sylua densior, videt seruus inter spissa latere virgulta, nixumque genibus, ardenti ore, defixis in cœlum, absque vllō motu luminibus, pendere in aëre: ex templo ad herum recurrens, vrget veniat ipsemet, & fiat eius quod compererat spectator, festinat Noronius & cum eo non pauci curiositatis eiusdem comites, contemplantur sublimem, & extra se positum, quamdiu, & quàm proximè libuit, ipso nec eorum, nec sui tum conscio, intellexitque demum vir nobilis non esse presbyterum vt somniauerat triuialem, sed tanto sanctiorem quanto ipse iudex fuisset iniquior, & in naui quidem Apostolum, extra nauim Angelis supparem, ex eoque apud se in posterum pretium illi suum dedit, ex quo illum antea spreuerat. Multum ab hoc diuersus aliorum, etiam ethnicorum sensus qui morum, ac vitæ candorem mirati, cum tanta iunctum comitate, asperitatem erga se constantem & duram; cum humanitate in alios, prosequerantur illum pari amore, & obseruantia, quasi hominem, vt aiebant, de cœlo missum. Vulgo Iapones dictitabant posse absque tædio, & lassitudine cum sancto Bonzio terram percurri vniuersam. Nempe ad illorum curiosa ingenia sese acommodans metiebatur cum iis cœlum, motusque & ordines stellarum, defectus Lunæ ac Solis causasque illorum, iis exponebat; ventorum ortus, fulmina, grandines, concretiones niuium, & talia nondum iis audita diserebat; verum aliquo semper interiecto, de potentia conditoris de prouidentia orbem moderante, de vero Dei cultu, quibus audiendis suspensos tenebat incredibili voluptate.

Et hætenus quidem à me descripta est magni Apostoli amabilitas potius, quam illius fructus, & emolumenta, conuersiones videlicet auersorum à Deo, & omni salute mortalium. Paucas hic ad plurium speciem memoro, ex tenaci omnes, & bithuminosa palude, propeque inextricabili, hoc est insana voluptate. Nam in tanta palam morum licentia, diuersitate conuenarum peregrina; conditionibus negotiatorum militum, ministrorum; amænitate cœli, ac soli tam benigna, & molli, tot præquam inter Europeos diuitiis, atque delitiis, dominari lasciuam in India quam alibi turpius & impudentius non putem mihi pluribus probandum: sed in extrahendis, euoluendisque ex lacu illo fœdo & piceo capillorum tenuis depressis hominibus, dici non potest Magni Xauerij quanta dexteritas, quàm potens & multiplex felicitas fuerit. Prima illi

ad

ad hoc,  
tim sing  
cupari;  
candori  
cia, plur  
impetra  
per se p  
sed vel  
si serua  
pendeb  
simplic  
Con  
dens, ex  
diebatu  
demum  
honore  
illi filio  
minori  
illum tã  
cum illo  
bonoru  
des, au  
dare, a  
que sec  
redeunc  
hos laq  
opportu  
neuolus  
amabili  
ea quib  
subdeba  
uiof fle  
si quis a  
amorib  
vertere,  
lenni su  
mensan  
salutate  
hac hor  
est por  
quid su  
alia int  
ad repre  
hic ver

ad hoc, & rata lex fuit, demereri sibi concubenarios partim officii, partim fingificatione beneuolentiæ; imo & pellicum ipsarum amicitiam aucupari; mirumque, sat scio, videbitur hominem Virginem, & Angelici candoris propudiosas feminas adeò non abhorruisse, vt eæ ipsius fiducia plurimum niterentur, vterenturque illius patrocino apud viros, ad impetrandas vestes, siue alias nugas mundi muliebris quas seipsis diffisæ, per se poscere non auderent: & nullo suspitionis læuæ iudicio vit sanctus, sed velut plenissimè persuasus, vxores esse veras si liberæ; castas vtro si seruæ, intercessor pro illis apud earum amafios accedebat; nec parui pendebat, si amborum sibi pararet fiduciam, habereturque pro ingenue simplici, fuci omnis experte, nec obseruantius oculato.

Conueniebat interdum istiusmodi genus, & forte infantem illic videns, ex vetitis domini qui cum loquebatur, amoribus susceptum blandiebatur illi miris modis, tollebat in brachia, deosculabatur, arridebat, ac demum quærebat vbi mater? prodeuntemque accipiebat iis titulis & honore qui matrem familias & vxorem legitimam decerent, laudabat illi filiolum, formosum, & venustum; monebat Dei esse munus; haud minori fortunæ, quam felicitati perpetuæ, & gloriæ natum, educaret illum tam sedula & Christiana cura, ne tanto bono excideret, sed esset cum illo æternum beata; & hæc interpungebat paucis sed aculeatis de bonorum præmiis & supplicio damnatorum, tum redire ad pueri laudes, auspiciatam sortem vtriusque parentis, tam caro pignore, commendare, abiens denique confixis vitali stimulo infelicium animis, vtriusque secum beneuolentiam referre, amplamque copiam quoties luberet redeundi, securus se semper optatò rediturnm: tendebat dissimulanter hos laqueos venator industrius intentus in prædam vt post consuerat, opportunè stringendam: imo ille quandoque solus eius familiaris, & beneuolus aditus, arte quauis alia omiffa, præter comem, & ingenuam, amabilitatem, quæ quod scirent omnes videbatur nescire, & cæcutire ad ea quibus offendebantur omnium oculi; is, inquam, aditus, sæpe illi subdebat proteruos in suis flagitiis homines, quos forte vis nulla grauior flexisset. Degebat Meliapore nobilis ex Europa locupletissimus, & si quis alius vrbantate mira liberalis; sed vsque adeo infatuatus insanis amoribus, vt proiecto pudore, videretur iis gloriari, sibi que splendori vertere, quod publica execratione damnabatur: illum Xauerius pro solenni suo cum sibi arcta necessitudine copulasset, adire statuit, eique ad mensam cum sua discumbenti, improuisus, sed ex proposito adstitit, & salutato per humaniter vtrique aridens, adsum, inquit, Domini mei hac hora non temerè, sed quia nullus negotio quod ago, articulus aptior, est porro negotium quod fero non aliud nisi vobiscum vt prandeam, ecquid supererunt quæ edam aliqua saltem mensæ analecta? prægensque alia intulit auditu iucunda minimeque suspecta captati ab eo temporis ad reprehendendum vtrumque idonei, ne accingerentur ad defensionem; hic vero nobilis, quod ex decoro aliud non liceret, prolixè sibi, eius  
inter

interuentum gratulari, laudare gratiam; dolere quod deprehenderet imparatum, nec posset ab se tunc nisi nimium familiariter haberi, præterque morem suum; ponitur sedes, inferuntur cibi, vrbaniſſimè vtrimque fæbula luditur, re autem ipsa, nobilis vrbis Sanctum leucas centum abesse, sexcentas femina optasset, quòd malè metuerent aliquam ab eo acerbam obiurgationem: at is eò comior atque humanior, quòd hæc in eorum animis diuinabat, edebatque non minus auidè quam si nunquam gustasset tam grati saporis, & exquisiti cibum: sermones principiò lepidi; postea de diuinis, sed quammaxime suaues; de illa quæ, qua conditione, vita cuiusmodi, quàm atroces in ea pœnæ improbos manerent, ne verbum quidem. Sublatis ad extremum mensis, & actis vtriquè prandij gratiis Xauerius abscedit. Tunc vero Nobilis ad introspectanda illius consilia minimè obtusus mirari primùm vehementer, deinde confundi, & erubescere, vinci denique illa tam amœna sapientique caritate; sed multo fortius diuino spiritu pectus illius animante. Surgit absque mora, & Xauerium requirit; inuento ad genua procidit, vitamque omnem exhomolegesi sacra, & detestatione acerrima scelerum, apud eum rexit; nouo illo quem Sanctus solebat pœnitentibus nouis influere animi robore confirmatus, sociam criminis domo pellit, ac Meliapore deinceps quantæ offensionis publicè fuerat; tantum probitatis, & honestatis exemplo profuit. Haud minus hæc ipsi ex animo Malacæ processit industria, tametsi prandentibus non supervenerit flagitij lociis, proripiente se inde pellice, cum ex seruo audisset Xauerium in scalis adesse. Asscutus est fugacem Xauerius, licet minimè insecutus: nam humanissime resalutatus à Domino rogatusque secum, quando & tempore, & optatus venisset, assidere, sedem vacuam vidit, petiitque quod belle nouerat, cui esset sedes, quisue numero dæesset; nec acquieuit Domino expedienti se confictis ambagibus, placidèque alludens amici fiducia venisse, vt mensa illius semel fruere, verum ea mente, ne quem ab ea expelleret, proin qui accubeurat, locum repeteret, se bonis auiibus domumni famem integram referre; assurgebatque ad discessum, cum à Domino sistitur nec ferente notam inurbanitatis ex eo sibi adhæsuram, nec opinionem hominis rei, tacitè confitentis se domi habere quod puderet videri: reuocatur, adestque flagitiosi thori improba sociâ, modesta grauisque specie, excusat se incompositam, & capillitio sat confuso non ausam oculos subire, id se ipsius reuerentiæ debuisse; cœterum apud se, importunissimum hospitem diris omnibus deuouens, suo loco resedit nec tamen epulata est vnquam salubrius; nondum finem edendi fecerant, cum Xauerius diuina illa vi qua Dei Spiritus dicentem inflammabat, homini persuasit, quando tulisset iam ex ea liberos, duceret in vxorem, quod tunc mutuo ab iis assensu præstitum, solenni postea Ecclesiæ ritu peractum est. Lepidius etiam eodem ex cœno mercatorem euoluit in quadam insula Sinis contigua, in eum cum forte incidisset, post amicissimam salutationem queri cœpit per iocum, quod in omnes amicos mensæ suæ liberaliter prodi

prodigiu  
to nim  
venturu  
tem tit  
negare  
pondit  
habitur  
felicem  
condici  
magnifi  
ratum,  
ro bene  
diuiffen  
fabula  
tiis, ne  
quin illi  
fatis hab  
dinis, &  
tiam co  
nauanda  
supra qu  
aliquant  
vrbanita  
coquala  
saluam;  
& exqui  
sim men  
sum mo  
Patri Fr  
Sanctus  
tem, eg  
ret) hir  
me bene  
di carin  
dem res  
pater, s  
& laude  
lertter ab  
Dei cari  
beram tr  
filij gra  
bus: non  
nox esset  
clauæ, ro



prodigus, ne semel quidem, ac velut miraculo, se vocasset, argumento nimium euidenti non haberi pro amico; non abstiterum tamen, venturumque etiam inuocatum, si minus amicitia, paupertatis saltem titulo ac iure, & experturum an valeret panem sibi dimidium negare; cui mercator, nunquam tantum ausus sperare, valde serio respondit si dignaretur mensam suam cohonestare tam desiderato accubitu, habiturum se pro incomparabili gratia, fore se P. M. Francisco conuiuia felicem; se, & quid non? promittit Sanctus, quod cupidè optabat, dies condicitur, obiturque lautè ac splendide, sed in ea ciborum profusa, & magnifica copia, nihil ita laudabat Xauerius, vt condimentorum apparatus, quibus nihil se vsquam aiebat probasse suauius, pergebatque porro bene fausteque precari manibus quæ mirabili sapore illas epulas condiuissent. Gaudebat his laudibus vir bonus, concinnatæ ab Sancto exitum fabulæ ignorans. Expleto prandio actisque mercatori humanissimis gratiis, ne coquulam quidem, escarum tam lautam artificem omitti voluit, quin illi etiam se gratū præberet. Prodit ergo Iapioniensis mulier insulso satis habitu & ore, professione Christiana, duplici emptu serua, & libidinis, & argenti, laudes iterat Sanctus apparatusissimi prandij, coquæ peritiam commendat, hortatur ad omnem operam rei domesticæ strenuè nauandam, hero illam seruire, qui esset laborem rebus suis impensum, supra quam crederet repensurus: cum his, vltèrius abstinens, discedit; sed aliquanto post casu in eundem cum incideret mercatorem, post varia vt fit vtbanitatis vicissim obsequia, de illa item serua rogat, tam docta prandij coquala, quid factum? & satin salua? respondet homo minime suspicax, saluam; at infert Xauerius, quàm vellem ipsi nuperum illud tam lautum, & exquisitæ ganeæ prandium mercede aliqua condigna reponere? sed cū sim mendico pauperior, nisi de tuo præstare id nequeo; quod ex te, si non sum molestus libenter petiero. Hic sua omnia, seque ad eò mercator, cum Patri Francisco non magis prolixè quam sincere deferret. Ergo ait vir Sanctus, qui hunc articulum pridem callide venabatur; tu seruæ libertatem, ego maritum illi dabo (in promptu scilicet habebat qui eam duceret) hinc vestrum vtrique melius animo futurum, & hoc tuæ Deus erga me beneficentiæ pretium referet, animæ videlicet salutem, quam vendi carius non arbitrare, si mancipij pretio illam emas, quibus tandem respexit mercator quò procul, & primitus collineasset Sanctus pater, sua illa prandij aucupatione, & condimentorum encomiis, & laude coquulæ, nempe vt ab se atque domo blandam pestem solerter abigeret, vnaque ambos saluti ac Deo lucraretur. Qua viri Dei caritate vehementer commotus, absque vlla mora, seruam ei liberam tradidit, ipse marito nuprum dedit. Ferit animos insolentiâ consilij grauius quod subdo, in auellendis à Sinensi mercatore duabus pellicibus: non solum sibi apud illum cœnam vltro poposcit; verum etiam quod nox esset, lectulum ad quietem; deductus quin etiam à mercatore in conclaue, rogauit alteram ex duabus puellis ad se mitti, vtram maluisset:

V u quo

336 *De vita & gestis S. Franc. Xauerij*

quo supra quam possit attonitus mercator, obsequutus est nihilominus petenti, explorans interea pro foribus quo res euaderet: nec enim Sanctum decere videbatur ea petitio, nec persuadere sibi de illo poterat quod à fama & vita quam profitebatur tantopere abhorreret, verum haud diu anceps hæsit; vidit admotis ad rimas oculis Sanctum Patrem correpta quam secum gerebat catena, in seipsum sanire, & cruenta flagellatione, humeros laniare; aliam deinde catenam puellæ proferre sanguinolento spectaculo stupefactæ; hortarique tantundem in seipsam, & pro se auderet, quantum ipse pro illa tunc ageret, sic miserturum illius Deum, effecturumque ut sui deinceps conscia flagitiosæ vitæ abominaretur fœditatē, & perhorresceret discrimen. His dictis plagas repetere, & ferrea grandine innocens corpus conserpere. Quid illa egerit proditum, non inueni. At Xauerij votis rei euentus cumulatissimè respondit, ictus animo penitus marcor & conclaue ingressus, Xauerij brachium vbertim flens inhibet, & hæc, ait mihi ô Pater debetur catena; sic decet me sanguinem spargere, reum sanguinis duarum quas perdo animarum. Verum hucusque insanitum in earum ac meam perniciem, exin me atque illas emendationi tuæ integrè permitto. Puellis Xauerius in tutum depositis, mercatorem, illasque pariter pœnitentiæ constantis, & Christianæ pietatis opportuno præsidio egregie muniuit. Obrueret copia, si vellem omnia percensere, quæ in huiusmodi argumento habent aliquid singulare; cum etsi sunt ingenti numero, lætos semper, & lepidos exitus fortiantur. Nam si erant formæ proletariæ, ac vilis pellices, multoque pronius si vultu maurico, & deformi ut ferme sunt Indæ, traducebat illas apud amasios, & demirans quærebat, quibusnam ab inferis tam triste dæmonium effodissent? & potes, aiebat, eius ferre aspectam? tuis nempe amoribus digna tibi videtur tam turpis hæc larua? tuo quod peius est digna interitu, & pro qua contendas iacturam animæ facere; si minus, quod debes, uti Christianus, ut voluptarius hoc monstrum abige, quid tute hac tute thorum tuum defœdas? pariet tibi monstra quorum te pudeat: deerunt scilicet honestæ, formaque insigni quas loco infamis huiusce prostibuli ducas; & has ipsemet illis indicabat, & eiectis quærebat maritos. Iam si forent amicæ excellenti forma, nullus suam ad æque laudauit Isocrates Helenam ut eas apud amasios celebrabat, oris veneres, incessum, habitum; & pulchro in corpore, indolem haud dubie pulchriorem, & prolis pulcherriam futuram parentem Deo dante, si legitimo vinculo iungeretur; quod non difficile ab iis obtinebat. Sed vbi multarum vnus atque idem irretiretur amoribus, duplici hac sua vtroque versum utebatur arte, ut res & occasio se dabat, vituperabat, trahebatque in fastidium Domini minus pulcras; illius formam deprædicabat potissimum, quam norat Domino cariorem, ut esset illa, eiectis cæteris contentus, eamque sibi castis nuptiis copularer. Septem huius farinae puellas alebat Malacæ Velosus nescio quis homo ditissimus, etiam aliquas honesto genere, & sorte dignas longe meliori. Illum Xauerius qua parte innaderet iam dies aliquot

arrectus,

arrectus,  
salutauit  
laudauit,  
pulcra, t  
pauperi,  
haud tam  
admitti;  
hospite i  
non offen  
prouisum  
quod hor  
re cui pr  
immanis.  
cubino g  
conscue  
ministeri  
meretric  
nullo auc  
bilitate o  
sumere, l  
honestan  
tere quo  
in modur  
banum &  
neuolent  
illas vider  
ditaret e  
rū, reliqu  
discrimin  
& hæc q  
urbanitat  
amicicia  
cam men  
saltem m  
vocauit d  
norum d  
vel sic rar  
cto sui m  
hære, &  
quas don  
ecquid p  
cui spon  
prem, cu  
gio dign

arrectus, exscendens pulpito aduertit, & pone affecutus perhumaniter salutauit; redidit Velofus salutanti vicem, eiusque concionem liberaliter laudauit, cui Xauerius, est, inquit mi Domine! commendatio hæc sane pulchra, tamen si parum mihi conueniat, sed enim concionatori, & lasso, & pauperi, & ieiuno foret cœna tua conducibilior; quod ioco acceptum haud tamen sinebat à Veloso moris vrbici ratio eludi; nec pudor facile admitti; tergiuersatus est aliquantisper de imparata mensa, illoque hospite indigna, professus tamen frigidiuscule, si quotidiana, & familiari non offenderetur mensa, esse omnia in eius potestate, quod viro sancto improuisum captanti, haud dictum citius quam acceptum, & erat profecto quod hominem grauitè puderet, virum talem ac tantum mensa excipere cui præter feminas ministraturus esset nemo: domo enim illius aut immanis, aut zelotypa libido viros excluferat, vno illo infami, & concubino grege domi omnia peragente. Prodeunt itaque septem illæ vt consueuerant, mensam ponunt; dant aquam manibus, cibos inferunt, ministeria omnia obeunt, cultu, comptuque proprio, nempe lasciuio & meretricio. Xauerius interim ea impudentia nihil motus, nihil notans, nullo auersantis aut improbantis inditio, sereno vultu, placidaque affabilitate omnibus gaudere, siphum quoque ad potum illarum è manibus sumere, laudare modo hanc, modo illam, ciuilem, bene moratam, specie honestam; rogare de nomine, de conditione, de patria, nec verbum mittere quo non eas & castas & virgines credere videretur. Quod maiorem in modum admirans nobilis apud se fatebatur, esse P. Franciscum sic vrbicum & comem, ex eo Sanctorum genere qui digni sint omnium beneuolentia: quæ illi mens altius insedit, cum sub finem edendi, septem illas videns circum mensæ adstantes, interrogauit ecquid iis herus suppeditaret ex æquo singulis vestes, & mundum muliebrem? vna enim illarum, reliquis inornatiore postponi se aliis innuente, culpauit herum iniqui discriminis, expressitque ab illo fore, vt eam æqualiter cum aliis ornaret, & hæc quidem hoc die missa confabulando præludia, his hamum textit vrbianitatibus ne prius illum vitaret nobilis quam eo teneretur: tunc certe amicitia viri Dei adeo captus est, vt excusaret plurimum subitariam & parcam mensam, & diem condiceret errori fariendo, si minus bona cœna, saltem magis parata. Neque hoc altero, neque aliis subinde quibus illum vocauit diebus vltra sermones progressus est admodum suaves, quibus æternorum desiderium cieret, velut haberet auditores notissimæ virtutis; vel sic tamen pungebat mira illecebra vitæ melioris, nullo vnquam iniecto sui metu, ast vbi persensit amicum infelicem, sibi nexu intimo hære, tum vero aliquando agens cum eo familiarius, deflexit in illas quas domi haberet virgines sermonem, & amicitia confusus sciscitatus est ecquid posset vna illarum carere? sibi esse ad manum honestum iuuenem cui sponsam quæreret, nec sibi occurrere aptiorem, quam illam è septem, cuius ipse minus opera indigeret; omnes enim videri bono coniugio dignas: quibus ille præter necessitatem occasionis propositæ nihil

ratus subesse non modo facile assensum elocandæ puellæ dedit; verum, & congruam eius conditioni dotem. Hac in tutum subducta, redit aliquot post dies Xaverius, preces ferens easdem, & aiens quinque residuas domum totam abunde curaturas, quod multarum vicem, singularum industria æquaret, & hanc igitur cum dote abstulit & nuptui dedit. Post quoque, modo haud absimili tertiam; vidensque iam homini dissimulari hunc ludum non posse diutius, stringit in illum tanta vi gladium Spiritus, & præcipitantem ad inferos illius animam, tam viuis verisque coloribus in eius oculos ingerit, ruinamque lamentabilium puellarum quas secum perderet, vt ea specie inhorruerit Velosus, nullaque interiecta mora, domo pepulerit cæteras, dote illis ad honestum matrimonium assignata. Inde vitæ omnis apud Sanctum patrem peccata confessus, viuere Deo cœpit, qui vt est suorum in eos prodigus donorum, quos videt erga se in re difficili liberales, tantis eum interius auxit delitiis, vt voluptates corporum insanas nunquam præterea desiderauerit.

68

Voluntariis  
pœnis con-  
uersione per-  
ditorum im-  
petrat.

At enim tam noua illustriaque facinora fructuosissimæ caritatis, nemo verbis steterit solis existimet, mos illi non prius de salute cum hominibus agere, quàm de illa cum Deo statuisset, vigilando, precando, flagellis, lacrimis, asperitate durissima illam exorando. Lusitanos tres in castello quodam Amboinensi præsidarios cum rescisset, sextum iam annum turpissimè, ac propudiosissimè viuere, suas illas mites sanctasque blanditias admouit, ad eos sibi amicitia obligandos, euicit ab iis in contubernium admitti, maioris ieiunij tempus omne cum iis transegit, verum interea dum eos alacri exhilarabat consuetudine, ne ab se prius abigerent medicum, quàm exosi, quod eos cælabat, remedij vim applicuisset; tam dite in se crudeque desaniit, vt Deo misereunte, suis pœnis eorum lasciuiam perfanarit. Verum ex iis menssem totum voluntariis suppliciis, ad mortem ægrotauit. Posteaquam vero perditos homines, confessione scelerum purgarat, nihilo ipsi quàm antea minori pretio constabant, nam infinita, & grandia nomina, cum leui multa iis remitteret, rotum in se summæ residuæ suscipiebat pondus, eorū nomine Deo exfoluendum, & cruentis sui flagellationibus præstabat. Si quando in eos incidere qui proiecta salute, nec suadendo nec rogando possent ad remedia iaduci, haud tamen despondebat, sed durabat, suasque pro illis spes lentas patiens sustentabat; relictos ab se, iterum requirebat; occurrentibus vultum explicabat solito lætiorem, vt intelligerent, procliuēs sibi & molles accessus ad eum patere. Scriptum olim à nobis, Ternate insula Molucarum, in Amboinum profecturum, duos illic omnino reliquisse, qui teneri lethali crimine putarentur; de his, quamprimum reperit qui perferrent, literas ad amicum dedit, mandans iis ab se salutem ex animo diceret, seque si modo innuerent reuolaturum statim ad confessiones illorum audiendas: cum autem curandis pœnitentium malis, id satageret maxime, reconciliata cum Deo gratia ne quo lapsu deinceps exciderent, dum sua ipsi panderent vlcera, iubebat eorum attendere, & per-

pen

pendere  
diui præ  
modior i  
men de  
indomiti  
vitam in  
simè res  
iufmodi  
bat, vt d  
iis domi  
miis, ne  
quod si f  
depræda  
men & f  
rèt. His i  
bus pia,  
testentur  
tam vali  
rent. H  
opus est  
alioqui p  
grauem  
inspicien  
vno tam  
iecerit:  
molliret  
abundè  
lam, vel  
gitorum  
dem, q  
paucillu  
ex, luto  
næ cuius  
plagas  
nem, &  
dentiæ  
lorum c  
discebat  
futura,  
mentis  
de venti  
reparan  
chus sui  
nos & fa

pendere grauitatē, vt perspecto ex iis ignis æterni periculo, cauendi recidui præsidia optarent; cupidius, & amplecterentur libentius. Quibus cōmodior ingenij bonitas, eos S. Ignatij meditationibus exercebat, ferè tamen de prima depromptis hebdomada; quibus inerat cupido affectus indomiti, & in caduca & infima vsque adedò curui, vt si nulla essent post vitam in cœlo præmia, nulla in inferis tormenta; quibus cum sæculo pessimè res erat, & quos naufragia, decoctæ pecuniæ, riuulium liuor ( cuiusmodi abundat India mercatores inter, & aulæ ministros ) eo prouchebat, vt de nouis conditionibus cum Deo ipsi confulerent, indicabatque iis dominum qui seruorum fidem pensaret infinitis, & immortalibus præmiis, nec posset vllius æmuli machinatione, sua gratia illos expellere; quod si forent negotiatores, hortabatur ad opes nec tempestatibus, nec deprædationi obnoxias, nec impensis immanibus congerendas, tã fidas tamen & stabiles vt in dilapsu omnium bonorum, solæ constantes permanerēt. His ille consiliis cōplures in religiosas induxit familias. Postremo quibus pia, & innoxia mens, eas loquens afflabat animi voluptates, vt experti testentur nihil se vnquam tale in vita sensisse, iisque se velut cupediis tam valide captos, vt earum desiderio ad illum, posituri peccata ventitarent. Haud tamen sua huic suauitati grauitas, & seueritas deerat, vbi opus esset culpæ sensum, & lacrimas pœnitentibus mouere. Matronæ alioqui piæ accusanti quod alienum virum adspexisset teneriusculè, quam grauem matronam deceret; indigna es, ait, quam Deus aspiciat, quod inspiciendi hominis gratia, Dei anittendi discrimen neglexeris; quo vno tam altè icta est vt nunquam postea oculos in vllum mortalem coniecerit: Cœterum eius sermo motu quam robusto & ineluctabili eorum molliret duritiem quos audiebat confitentes, vel vnum quod sequitur abundè confirmarit. Nauigabat ex portu Cocinensi, Zeilanum in insulam, vehibat illum nauarchus infelix, pridemque animo in cœnoso flagitiorum mari, turpitudinum præsertim naufragus, ac ne ab navi quidem, quatuor à morte discretus digitis, amicas duas amouerat, ne vel paucillum id temporis castè transigeret. Xauerius qui feras eiusmodi ex luto & adipe concretas impiger venabatur, percontatus eâ feminæ cuius essent, cognouit ad nauarchum spectare, cœpitque mox plagas ad prædam tendere; hinc ergo nauarcho ad venti gnomonem, & tabulam assiduus adesse, deprædicare tantæ artis, & prudentiæ munus; tractare cum eo de ventis, & syderum positu, illorum causas, horum motus docere, quæ callebat apprimè Xauerius, discebatque auide nauarchus. Sed cum esset paucorum dierum nauigatio futura, & occupatum iam nauarchum beneuolentia sentiret, propius ad mentis negotium accessit, & erat procliue de stellis ad cœlum transire, de ventis, & mari, ad vitæ discrimina, & naufragia salutis, nunquam reparanda: tulit aliquem fructum hæc velitatio; suspirans ingemuit nauarchus suimet attonitus, & quàm grauiter inquit, animo laboro, quot annos & sacra, & Sacerdotem non adeo? cui scitè Xauerius, de Sacerdo-

te sollicitus ne esset, ad stare procinctum si luberet ad præbendas confitenti aures, nec esse in alium aut locum aut tempus remittendum. Hæsit hic nauarchus, haud dum animo sat deliberato eximendi se quibus tenebatur, & ingemiscebat miseris, sed nec in iis perdurandi; anxius itaque, incertusque non tam quid deberet, quam quid vellet, rem totam distulit dum applicuisset Zeilanum, ibi animæ suæ consideratius prospecturum. Sed enim vel dæmon, vel suarum pellicum aspectus pro dæmone, longe diuerso quam salutis igne sceleratum incendit: terram legenti nihil certius, & antiquius fuit quam vt loca vitaret omnia vbi Patrem Franciscum offenderet, ne reposceretur quod dolebat se illi promississe, sed frustra fugitans aliquamdiu, tandem Deo duce Xauerium offendit in littore, cuius occursum colorem vterque mutauit, cogitabundus ante Xauerium frontem explicuit in hilaritatem; confusus erubuit nauarchus, verum clausa in fugam, aut deflexum via, velut ipsam quæsisset, essetque de stabiliendis quamprimum animæ suæ negotiis magnopere anxius, confidenter petiuit, quandonam & vbi per otium, aures sibi esset daturus? rogas? quando? & vbi per otium, subinfert Xauerius? semper, vbi que Nauarche mi Domine; imo hic etiam quando hic soli sumus, & hoc temporis, & momenti, muniensque illum statim signo Crucis, aurem propius admouet dicturo. Interceptus veloci consilio nauarchus, etsi admodum ægrè, quòd tamen aliud nequibat, inchoauit. Inambulabat vterque in littore, sic enim Xauerio visum, ne sibi locum meliorem volenti elaberetur è manibus: non diu processerant cum verbis aliquot viri Dei perpunctus nauarchus, optauit loco minus profano, & publico audiri, & commodum in propinquo erat desertum sacellum, in quo optimus Pater sparteam stoream suis manibus extendit, locatoque in ea pœnitenti ad latus assedit, qui dum sedens, & lenè ac veluti nauseans, piscatur, censetque crimina doloris sensu aut exili aut nullo; fixos Xauerius in Deum tollebat oculos, vt suæ lucis propitio radio, cæcam & emortuam animam illuminaret, & vreret. Precantem audiuit clementissimus Deus, verba sancto Patri subdidit, ea dulcedine mellita, co affectu incitata, vt iis emollitus nauarchus, gemitu primum, deinceps aliquot lacrimis, pergente demum Xauerio, largo fletu dolorem effundere, in genua surgere, & intercepta singultibus voce, confessionem inchoatam non modo à capite, sed à pueritia ipsa iterare, verbisque non pluribus quam gemitibus, & lacrimis pertextam absoluere, ac facili quidem iniuncta pœna hominem ab se dimisit Xauerius, sed quam serio, ac vere ad mentem Deumque rediisset, postmodum re ipsa patefecit. Recta enim à Sancti pedibus recedens amicas ex templo aggreditur, hortatusque fortiter ad pœnitentiam eas ab se in perpetuum ablegat, vitam orditur noua luce in quam tunc editus fuerat plane dignam, quam magno, & constanti exemplo ad mortem retinuit.

69

Humilitas  
Xaui.

Post illa virtutum ornamenta quæ nostri Apostoli magnam mentem Dei & hominum amore, in sublimi locarunt meritorum gradu, restat ad

vltimi

vltimum  
confluxo  
contuler  
stiana, in  
paruam  
mortalium  
vel trans  
ostentan  
net, quod  
rissiman  
vnum ex  
num im  
videri si  
parum,  
planè in  
est auis p  
Xauerio  
uarique  
mina tri  
ad portu  
cantibus  
lium in  
Reges i  
Sanctur  
cum ab  
fos, per  
& infest  
ad hæc  
nuper d  
& exem  
fines Ec  
hæc, in  
to & le  
abiection  
humilit  
Quicqu  
acceptu  
apud D  
ad quar  
cius acc  
dandar  
homun  
retur v  
ad conu

ultimum de iis dicamus quæ ad perficiendum illum numeris omnibus confluxere, bonoque illorum quos rexit communi, & priuato, plurimum contulere. Earum princeps, religiosa sui contentio, siue humilitas Christiana, in viro tali ac tanto mirabilis. Etsi enim suam in iis quoque non paruum promeretur laudem qui secessus incolunt & speluncas longè à mortalium oculis, & mente; ob deuictam cupiditatem omnibus insitam, vel transgrediendi staturæ nostræ modum, vel eam qualiscumque fuerit ostentandi; verum enim vero illius pretij, vix partem millesimam obtinet, quod S. Bernardus humilitati tribuit honoratæ, censetque planè rarissimam. In perpetuo enim ac velut amulo consensu, Dei quidem hinc vnum ex multis publico decorantis prodigiorum præconio; illinc hominum immensis honoribus prosequentium illius virtutem, non tamen illū videri sibi seipso maiorem, sed sui conscium nihili, volubilitatis, & culpæ, perinde prorsus de gloria in quam extollitur sentire, vt nanus non planè insipiens de montis edito in quem forte statutus fuerit; hæc vero est auis prope phœnicibus rarior dignaque omni admiratione. Nunc de Xauerio si agatur; in ore hominum toto Oriente volitare; coli, obseruarique etiam ethnicis quasi cælo missum, & terræ Deum (hæc illi nomina tribuebant) salutari festo tormentorum omnium fragore in accessu ad portus & naues; effundi obuiam integras ciuitates, palmis, sacrisque cantibus à populis excipi; sternique vestibus incedenti solum, imo nobilium in humeros tolli velut triumphantem; audire præterea etiam apud Reges idolorum cultores, Magnum Patrem; mirabilium patratores; Sanctum, tanto imperio naturæ dominari, vt diceretur miraculo fieri cum ab edendis cessaret miraculis. Ad hæc meminisse labores ærumnosos, peregrinationes, naufragia; perpeffiones famis, sitis, intemperati, & infesti cæli; insectationes, plagas, mortem vbique oculis obuertatam; ad hæc item circumspicere tot, tam vastas insulas & regna, nuper cæca, nuper dæmoni auctorata, nunc infinitis frequentia incolis, sua doctrina & exemplo seruatis, sua manu tinctis; & Christo subiugatis; denique fines Ecclesiæ, à primis Indiarum oris ad extremum porrectos Orientem; hæc, inquam, sui spectacula tanquam aliena, & suas tot glorias, irretorto & leui oculo præterire, nec sui vnquam meminisse, nisi vilis, inutilis, abiectissimi homuli; hæc demum est sacrarij regula, ad quam religiosa humilitas exigatur, qua suis quoque superior meritis euasit Xauerius. Quicquid illi ad Dei obsequium cessisset prospere, id fratrum suorum acceptum precibus referebat. [Vestris, inquit ad eos Romam scribens apud Deum votis, haudquaquam dabit, affulsiße mihi de cælo lucem, ad quam mea videā, & agnoscam innumerabilia delicta; mihi nihilo partius accrescat animus, & vires ad indefessam operam inuandis ethnicis sudandam.] Vnius insuper diuinæ potentia, ostentum aiebat euident quod homuncione, qualem se notabat, vilissimo, & reiectio ad ingentia vteretur vt palam faceret Dei opus id esse, & magnos induerent Spiritus ad conuersionem ethnicorum, quibus esset supellex virtutis, & ingenij, quam

quàm sibi ditior, cum ipse ad eò eius inops, adhiberetur tamen ad tantum ministerium non infructuose. Quare ad nouas expeditiones regis alicuius ad Christum vocandi exiturus, suorum in Europa fratrum, velut tyro dictata flagitabat, & modos Euangelici præconij vberiore prouentu obeundi: [Proficiscor, ait, ad conuersionem ethnicorum, & Saracenorum; per Christum vos oro scribite qua forma, & ordine in eo versari debeam, persuasus omnino suppeditandum vobis diuinitus quod mihi suggeratis, vt faciliores assensus fidei præbeant Christianæ. Nam si dum vestras expecto literas, forsitan exerrabo, spero iis acceptis, & agnitorum errorem, & emendaturum.] Etiam puerorum, oræ præsertim Piscariæ, commendari se precibus volebat; defunctus grauissimis mari terraque calamitatibus, Societati parenti optimæ agebat gratias, & suam ex iis incolumitatem, fratribus adscribebat. Gerendorum porro concepta consilia, quale fuerat Regis Iafanapatani coercendi, & legationis in Sinas mittendæ, alieno etiã errore aut scelere disturbata, suis tamen vnus assignabat commeritis, ac de se potissimum querebatur. Quæ tam crebra edebat miracula in confidentiam piorum refundebat, vel puerorum in fontem ætatu- lam quibus in tractu Piscariæ ad ea maximè utebatur. Cum autem percussus populus prodigij mirabiliitate ad miraculum conclamaret, corrue- retque plebs in illum ad manus, & pedum oscula; aut proripiebat sese in latebras si posset; aut suo se intra se nihilo condebat, defodiebatque tam profunda humo, vt nec laudes, nec honor ad eum pertingerent. Sic illi quin etiam interdum ille sui despectus clauderat oculos, vt nec ea pro miraculis haberet. Nihil erat Goæ vulgatius quam fuisse ab eo in Comorinensi promontorio reuocatos ad vitam mortuos, id sublimi tum eius, tum rerum gestarum encomio vrbs tota decantabat. Goam ergo reuersum Iacobus Borbanus familiarissimus, pro intima qua valebat gratia apud Sanctum, Cosmæ Annesij rogatu percunctabatur de iis mortuis, præsertim puero, quem in puteo præfocatum iubens Christi Iesu nomi- ne surgere, restituisset in hanc lucem, & scire ex ipsomet ad Dei gloriam rerum seriem auebat. Ad quæ is tanta verecundia suffusus erubuit, vt sui miserationem intuentibus moueret; inde oculis terram figens, stupens- que vehementer, Magister mi Iacobe, inquit, men ergo mortuos ad vitam excitasse? & hoc de flagitioso mei simili, persuaderi tibi finis: tum inie- ctis in collum brachiis, tanquam ridiculam rem, & ipse irridens, hei misero mihi peccatori! delatus est ad me viuens puer quem mortuum aie- bant; imperavi vt surgeret; surrexit. Quid hoc miraculi est, nisi forte in vulgus cui pronum vbique sibi miracula fingere. Nullum ei ad nostros, literarum; nullum cohortationis domesticæ crebrius argumentum, sui- met notitia, & contemptu. Quod nolebat ab iis sola transigi meditatio- ne, sed in opera conferri vilia, & abiecta, & publicæ debita seruituti: Ad ea ipsemet re quam verbis luculentius præire; perpetuus esse in nosoco- miis, lectulos sternere; purgare trullas, pedes abluere, tractare vulnera; maxime purulentos, & fœtore graues in manus tollere, suasque has vo-

care

care delit  
Quid? ill  
nuo; per  
menta  
sumere;  
peteret,  
rum in C  
petere, a  
darit, cu  
iusmodi  
parens S  
Vestit  
nè clamit  
nec veste  
rentem.  
nactus, v  
vt non al  
hi gemm  
induit ve  
& absqu  
vel stipis  
pannofan  
mienti ve  
Deum de  
uertens v  
busdam f  
benti gra  
assumpta  
respicien  
maduerfo  
rasset ves  
cautam i  
familiari  
contigero  
dos, om  
erat quoc  
batur; ad  
humeros  
sparteo le  
libri pau  
gno S. Ap  
num capu  
geret: hui  
cilicia, c



care delicias, at esse re ipsa, qua illas obibat alacritas gestiens indicabat. Quid? illud cum mendicis, carceribus, mancipiis, pueris, versari continuo; per vicos urbium cum iis canere, prima illos docere legendi elementa (quod Malacæ ab eo præstitum) cibum cum mendicis parare ac sumere; mendicato vesci, non iis modo in locis ubi ad victum nihil superpeteret, præter corrogandum ab se commeatum publicæ caritatis; verum in Collegiis etiam, arctum illum quo egebat cibum a suis fratribus petere, atque ad hoc nostros volebat ita institui, ut Berzeo disertè mandarit, cum Goæ nostris illum præficeret, si quem domi haberet, qui huiusmodi non esset, foras pedem efferre minimè pateretur, ne palam apprensens Societatem infamaret.

Vestitu semper ita vili, & refarto incessit, ut ab ethnicis pueris, ponè clamitantibus rideretur; reconcinnabat ipse sua manu centones suos, nec vestem mutabat, nisi segmentis laceris defluam, nec iam corpori hærentem. Malacam, ex Iaponia redux & illic quos memorauimus honores nactus, urbem ingressus, in veste iam adeo conscripta, pileo tam discisso, ut non aliis foret paupertas ipsa, si vellet conspici, vsura. Fueruntque hi gemmarum acerui quos extremo illo ex orbe conuexit. Goæ nouam induit vestem, sed sibi solennem, tunicam scilicet, ex crassa cannabe, & absque pallio. Hinc assiduæ piorum, & importunæ preces, ut ab se vel stipis nomine vestem ne vellet respuere, sua saltem paulo minus pannosam; quod ubi ab eo non impetrant, astu lepido extorquent, dormienti vestem, subtrahæ veteri, nouam subdunt; hac surgens solito in Deum defixus, & mane induitur, & in seram vesperam nihil minus aduertens vititur: tunc apud Franciscum Paiuam in cœna, ab eo, & aliis, quibusdam fraudis beneuolæ consciis, acutè circumspici, arrident accumbenti gratulanturque vestem elegantem & nouam quam ab eo iocantur assumptam fortassis ad honestandam illorum cœnam. Hic ille se demum respiciens, valdeque attonitus qui sibi & à quo iniecta hæc foret, animaduerso tandem dolo, & ipse subrisit, dixitque non videri mirum si errasset vestis, & noctu in tenebris cum dominum quæreret, incidisse incautam in alium, cui nempe indigno nequaquam conueniret. Sed hæc familiarium amica vis, & comes ad commutandam illi vestem doli, raro contigere. Vix enim alibi quam inter barbaros ethnicos, aut inter Indos, omnium egenos morabatur, quibus ut maximè voluissent, nihil erat quod donarent. Sua igitur illic paupertate, nullo interpellante fruebatur; aduersus imbres, & frigora; quæ patientia, quæ conduplicato in humeros sacco tegebat; tota illius cubiculi supellex, angustus ex reti sparteo lectulus, cervicali, & matta carens: impolita rudique in mensa libri pauci & eius quædam autographa; Christi de cruce effigies de ligno S. Apostoli Thomæ: Saxum denique cui pro cervicali ad breuic somnum caput acclinabat, cum extra lectulum magnam noctium partem exigeret: huius supellectilis pars primaria, & diues instrumenta sui cruciandi, cilicia, catenæ ex ferro, & in iis yna quæ stellarum aculeis humeros la-

Paupertas,  
Virginitas,  
maceratio  
corp. Xau.

niaret, riuosque sanguinis ex iis duceret. Hæc licet idem castus timor suadere illi potuerit, qui Apostolum gentium ad domandum, & frangendum corpus armauerat, *ne forte, cum aliis predicasset, ipse reprobus fieret*; at si eius docilitas corporis, attendatur integritati mentis ad nutum morigerata, haud tam perpetua videtur, crudaque duritie torqueri debuisse: prodit enim multorum testificatio in quibus Vicarius Meliaporensis, & Ioannes Lizzanus confitentem audire soliti, quam integritatem materno ex utero tulerat, eandem sepulcro intulisse, cuius, & argumentum & præmium censuere viri sapientes, illam à morte & tumulo integritatem cadaueris, corruptionis penitus expertem. Quibus ab re non fuerit adde-  
re (quando hic eorum memini qui aures dabant confitenti.) eos pro testimonio dixisse, nihil se vnquam vlllo in genere ex illo audisse quod possent culpæ leuis, & deliberatæ damnare: verum de hoc ipsius nitore virgineo quod dico, perstringi tam breuiter non debet, cum possit aliunde iudiciis peculiaribus eximè statui. Dabat Xauerius literis operam, Parisiensi in Academia Europæ tunc vniuersæ musæo, degebat inter Conuictores vnus ex Collegiis quæ nunc etiam supersunt; qualescumque porro id fuerit, virtutis profecto fuit admodum robustæ, & inuictæ, non plus inde improbitatis nequissimæ, quam scientiarum didicisse. In magistrum illic inciderat perditissimi pudoris (ex quo etiam breui homo fœdus lue venerea periit) frequens illi erat noctu domo exire, suosque secum Conuictores discipulos, omnes in prostibula rapere seu domos impudicarum mulierum. Xauerium nec ipse, nec socij, nec blanditiæ nec preces, vel semel expugnarunt, vt eò se abripi sineret; erat tamen in ætatis vere, & flore sanguinis quo eius potissimum ardebat temperies: habitu corporis, orisque specie liberali, mire affabilis, & urbanus, nulliusque arbitrio obstrictus. Quæ sibi ab eo narrata referens Vicarius S. Thomæ, illius perfamiliaris, fassus mihi est, ait, ingenuè, se ex quo natus esset, mulieris tactu, nec corpus, nec mentem inquinasse. Sed P. Francisci Vasquez vniuersalior, explicatiorque auctoritas solenni iurata sacramento. [Ego, inquit, audiui ex P. M. Simone Roderico, Romam primis nostris patribus appulsis, eundem M. Simonem ægrotasse, huic à M. Ignatio, M. Franciscum Xauerium datum valetudinis curatorem; quem Simon cernens ad lectuli sui quiescentem pedes, vt præscripta hora ægroto pharmacum expeditior præberet, eiusque cogitans sanctitatem, vidit ad lucernam velut accedenti cuiquam reluctantem, & renisu valido brachiorum, eum à se fortiter abigentem, interioris conatus impetu ad eò vehementi, vt magnam ore sanguinis copiam eructans expugisceretur. Rogatus in cassum sapius à Simone Xauerius, eius violentiæ, & cruoris causam, dissimulauit semper, quoad nauim ad Indos conscensurus, vrgenti tunc denique ita exposuit, sed religione interposita, fidi dum in viuis esset silentij: scito ait, mi frater M. Simon, me Dei munere Virginitatis decus seruare hactenus illibatum, ea vero nocte videbat per somnum in itinere esse, & in hospitio puellam nescio quam accedere

dere pro  
rum iac  
sanguin  
nibus ab  
nunquam  
que sem  
flictatio  
ærumm  
etiam tu  
Lectum  
ra, nuda  
set. Ieiun  
panis qu  
lubinde  
quidam  
triticco  
que disc  
condita  
lebriorib  
in iis deli  
ad vitam  
sesqui qu  
suos Bon  
nonnunq  
interea p  
toris, qu  
etiam in  
cum eò M  
vitam rac  
absque g  
hyemes p  
stanti dur  
prope urb  
domadas  
etate heroi  
quos paup  
vicerum c  
corporis,  
quamuis  
que suæ  
forte fidif  
Suos v  
riusque pi  
aut vrbi, d

dere propius, manumque, palpando pectori tendere, quam illa brachio-  
rum iactatione repellebam, ut ruptis ea vi venis aliquot thoracis ore  
sanguinem fuderim.] Hac Vasquez. Cæterum tam ptoçul ab occasio-  
nibus abstinere sese, ut nisi adactus caritate perditas in viam retrahendi,  
nunquam cum feminis extra publicum ageret, & quambrevissime, gravi-  
que semper, & modesto affatu. Redeamus nunc ad spontaneas ipsius af-  
flictiones, in quibus tunc non solum multus erat, cum paulum à mari,  
ærummis, itineribus, labore feriatas, domi ageret inter nostros; verum  
etiam tum, cum Apostolici muneris assiduis fessus fractusque molestiis.  
Lectum illi sternebant, & cervical, in nauibus collecti rudentes; in ter-  
ra, nuda humus; aut si molliùs, arena littoris sub dio quæ nox occupaf-  
set. Ieiunia in biduum, triduum, interdum hebdomadam producta, ne  
panis quidem admilla buccæ. Tradit vnus ex eius comitibus, cibum eius  
subinde vix oboli pretium æquasse, sumptus prædentis in ora Piscaria,  
quidam illinc his verbis describit. [Vino vsus est nunquam, nec pane  
triticeo, nisi si quando ab Lusitanis inuitatus, tunc enim appositis abs-  
que discrimine utebatur Solus, & cum suis. Oriza victitabat insulse  
condita; cum p seæ, coctura simplici parato, vel amaro lacte: diebus ce-  
lebrioribus, placentam iubebat, ex oriza componi, monebatque suos  
in iis delitiis Deum laudare meminissent, nec inde largius sumere quam  
ad vitam in Dei obsequio fulciendam.] Ita ille. Sed annis duobus, &  
sesqui quos conuertendis Iaponibus impendit, etiam pisce abstinuit, ne  
suos Bonzios ethnici, asperitate victus Euangelij præconibus anteferrent.  
nonnunquam & menses exegit, orizæ pugillo, & aqua contentus, iter  
interea per niuosa & aspera facies, sarcinaque onustus immitis merca-  
toris, quem in equo currentem, nudis pedibus sequebatur, vigeat tunc  
etiam in regnis Iaponiæ admiratio vitæ adeo austeræ, & intolerandæ,  
cum eò Melchior Nonnius peruenit, narrantque præter alia Iapones,  
vitam radicibus aluisse, quarum amarities insignis vel tantum delibari  
absque graui molestia non posset; per frigidissimas regionum illarum  
hyemes peregrini accinctum chlamyde incessisse & perpetiendi con-  
stanti duritie, parem illi ex Bonziis fuisse neminem. Malacæ in specum  
prope urbem vel in solitiam insulam secedebat, trahebatque illic heb-  
domadas vigiliis, ieiunio, aliaque suimet diuexatione. Postremo huc spe-  
ctat heroica illa, & frequens de seipso victoria, bibenda pedum colluue  
quos pauperibus lauerat; forbenda sani & corporum leproforum, & pure  
vulcerum exlugendo. Talem enim se sibi præstitit S. Pater Franciscus,  
corporis, sui hostis crudus, & pertinax velut mancipij refractarij,  
quamuis nunquam non illo facili, & obsequentissimo vteretur totiuf-  
que suæ Apostolicæ expeditionis & periculorum, terra marique con-  
ferte fidissimo.

Suos vero contra in Prouincialis officio, mitius quouis Patre rene-  
riusque procurauit. Eorum neminem quòquam vnquam misit; nulli  
aut vrbi, dempto Ormuzio, aut regno, seu foret ethnicum siue Chri-

71

Charitas Xau.  
in socios.

X x 2

Aiantum

stianum, quin eo se antea contulisset, & periclitatus vadum, mensusque laborum grauitatem, explorasset eorum tum animi, tum corporis vires, in iis sana vtriusque, & tolerabili valetudine duraturas. Inde onera aptabat humeris, & partes laborum iis adæquabat; quam item obrem præceperat, quæcumque ab ipsis gererentur, de iis ad se particulatim perscriberent, vt hinc ipsi constaret verius, ecquid detrahendum, vel adiciendum labori esset: hinc illi etiam impromptu defensio extitit: qua delationi amicæ satisfecit, ardentem magis quam prudenter ab religioso viro datæ. Improbabat is longinqua itinera Sancti Patris, & caritatis officium credidit, si Franciscus Perez, qui nostris Malacæ præerat moneretur [esse videlicet P. M. Xauerium virum planè Sanctum, sed fore sanctiorem si minus peregrinaretur; esse nimium ambulonem, iamque ipsi de medio illo quò iret, Orientis orbe nihil restare] Ita quidem vir bonus, qui pro ingenti quem edebat Malacæ animatum prouentu Xauerius, optasset illum ei vrbi æternum affigi, contra mentem summi Pontificis, à quo in Africam & Asiam fuerat Apostolici nuncij munere instructus; præterque Dei consilium quo ad vltimos fines Orientis Christi nomine illustrandos creatus Apostolus. Significauit Perez candidè sancto Patri, religiosi amici sensum, cuius ille affectum gratissimum habuit, & cum suppeterent permulta grauissimi ponderis quibus prohiberetur aliter facere, hac vna ratione satisfactionem definiuit, non licere sibi suos cæco instinctu, & temerè in ea quæ nesciret loca diuidere, ne forte aliorum lucraturi salutem, sua exciderent; diuersitatem soli, diuersam virtutis, & naturæ temperiem à cultoribus exigere; de regionum ingenio, & mente incolarum longe aliter sentire quos præsens experientia docuisset, ab iis quos fama, & absens narratio.] hæc ipse admodum placide. Iam morbis suorum consolatione idonea leniendis, & subsidio leuandis, mirum quam esset sollicitus. Vnum ex India remisit in Europam vt commodioris cœli salubritate iuuaretur, deditque illi commendatitias virtutis ipsius literas. Alteri iam semitabido laboris nihilo segnius amanti, urbem Christianam, maritimam, tepidioris auræ, ac facilis occupationis assignauit. Goam procul adueniens offendit fratrem in extremis, cui exequiæ parabantur, eum complexu, contactu frontis, & precatiuncula sanauit. Verum sensu haud paulo acriori pungebatur, si cuius salutem ægritudo animi tentaret. Antonius Vazius Goæ tiro, virtute vt annis iunior, de se postea referebat, sollicitatum se tunc tam importuna vi ad repetendas Ægypti ollas, vt missionem peteret ab Societate: id vbi rescivit Sanctus Pater, accitum ad se adolescentulum suauissime compellans, vis ergo fili à nobis discedere? nulloque præterea addito, paucis illis fascinatam quodam modo animum, ita sibi repente reddidisse, vt ex eo ad octogesimum ætatis nunquam omnino vacillarit. Suo autem præcipuo ad firmandum religiosum propositum emolumento non caruit, viri Sancti præclara excogitatio, vt pro libris ad mensam, quisque accumbentibus cæteris, narraret qua via & ordine vocatus esset in Societatem, eamque historiam interpungeret commendatione diuinæ bonitatis, & grati animi  
moti

motibus, p  
priatus ar  
nonnullos a  
dere, agros  
uentuum;  
dulci, & ne  
cie, sed inc  
omittere: l  
huic in ora  
ciorem effl  
crederet: r  
Philosophi  
inquit, fra  
agerem! &  
Christi glo  
solutori vi  
tio, vt è co  
nou erat mi  
in neophyt  
tyranno. I  
fantes inue  
si circumf  
nigris pau  
nis minore  
carissime,  
pueris lice  
nimirum c  
Christo ge  
hementer  
coris regn  
insidiarum  
sollicitet a  
que vere  
abigat loci  
mos conse  
nis quibus  
rum facef  
iregione ex  
ed eius ex  
in Europa  
Incredibil  
stinctè iul  
haberet pu  
busnam, d

motibus, prout suus cuique dictaret affectus. Quod autem subinde vel priuatus ardor, vel Sancti exemplum ad magnos in Dei gloriam conatus, nonnullos ageret, ratique se illic ubi versarentur tempus, & operam ludere, agros in quibus desudarent latiores optarent, & pinguiorum prouentuum; præclaros illorum laudabat spiritus, simul tamen premebat dulci, & necessaria consolatione, monens, fructus absentis magnifica specie, sed incerta; ne vellent præsentem qui esset in manibus, tenuem licet omittere: horum vnus Franciscus Enriquez animarum impiger venator; huic in ora Trauancoris, suus labor videbatur in auras vanescere, feraciorum efflagitabat campum, cui suas curas, & sacram sementem melius crederet: reddidit vir Sanctus ad eum literas, quæ ob solidum interioris Philosophiæ documentum, suum hic locum iure promerentur. [Quanto, inquit, frater carissime, tecum istic per me, libentiùs, quàm per literas agerem! & si qua possem, laborum molestias leuarem, quas istic pro Christi gloria exhauris: nec me latet earum leuamen te odisse, quod ex solutiori vita in seculo ducitur: miseranda prorsus eiusmodi vitæ conditio, vt è contrario inuidenda fors, illorum quibus, vt ait Apostolus, *dignus non erat mundus*: ne te quaeso tædeat operæ minus quam velles fructuosè in neophytis, regnoque infideli, collocatæ, sub hoste Christiani nominis tyranno. Illud forte quàm putes præstantius quod agis, dum sagax infantes inuestigas, quos de Christi fonte beatæ parisi immortalitati: nam si circumspicere animo voles, reperies profecto ex Indis vel albis, vel nigris paucos in cælum peruenire, nisi eos qui quatuordecim annis minores, cum baptismali innocentia excedunt è vita. Videsne frater carissime, te istic, vt dixi plus proficere quàm putes? id adeo cerni in pueris licet, qui à te Baptizati, cœlesti iam fruuntur beatitudine, qua nimirum carerent, si tu ex istis locis discessisses, neque eos per Baptismum Christo genuisses: enimvero sempiternus hostis animorum, te quem vehementer odit, quamprimum istinc excedere exoptat, vt ex isto Trauancoris regno in cœli regnum, nemo vocetur in posterum. Genus est eius insidiarum, maiorem alibi, diuini obsequij spem ostentare, vt in noua sollicitet atque auertat eos, qui vtiliter ubi sunt operam nauant Deo. Itaque vereor ne te suo illo artificio aggressus idcirco sollicitet, vt te istis abigat locis. At memèto te octo mensibus quibus istic versaris, plures annos conseruasse, moribundis infantibus baptizandis, quàm omnibus annis quibus in Lusitania, & India fuisti. Quare desine mirari cur tibi tantum faceat negotij Sathan: quippe ille id agit, id pugnat, vt te de ista regione expellat in aliam, ubi saluti consulat paucorum.] Et hætenus ille ed eius ex literis, operosius foret ea exscribere, quibus significat de suis in Europa & India fratribus, quàm honorificè, quàm eximie sentiret. Incredibili affectu ab Ignatio petit vt per aliquem è sociis scribi ad se distinctè iubeat, quo statu esset Societas, quot intra extraque Europam haberet prouincias, si eo vsque hæc Deus protulisset; quot, & locis quibusnam, domos, & Collegia obtineret? numerum quoque professorum;

fociorum nomina, & conditionem, qui doctrina & sanctimonia præcellerent. His enim legendis, leuatum iri magnopere laborum incommoda, quos, & erat perpeſſus in Iaponia, & expectabat apud Sinas, ad quos eſſet quamprimum profecturus. Quotquot ipſi noſtrorum ex India & Europa veniſſent epistolæ, ſubſcripta illorum reſcindebat ex iis chirographa, gerebatque ſecum, velut amuleta Sanctorum hominum, venerandæ dulciſque memoriæ; nec mirum appreſſa pectori eorum nomina geſtaſſe, quorum animo impreſſas fouebat imagines. [ Finem ( ait claudens longiſſimam ad Patres in Indiam ex Iaponia epistolam ) finem aliquando ſcribendi faciam, quanquam eſſe nullus finis poteſt, meæ erga vos vel vniverſos, vel ſingulos beneuolentiæ declarandæ, ac ſi diuino inter ſe amore diligentium, animi cerni poſſent, veſtras ( fratres ) effigies vti que expreſſas in animo cerneretis meo, quod ſi forte in eo tanquam in ſpeculo, vos ipſos intuentes, veſtras minimè agnoſceretis imagines; id ſcilicet eueniret, idcirco quod, cum ego maxime virtutem veſtram ſuſpiciam, vos contra veſtram contemnatis infirmitatem, pro egregia veſtra humilitate haudquaquam vos ipſos in animo meo agnoſceretis ] Societati præterea Romam ſcribens, [ Nec vero ait, quia coniunctiſſimorum corpora Deus pænè infinito diſtraxit ſpatio, corporum diſiunctio quicquam de amoris mutui vinculis laxauit quibus adſtricti ſumus. Nam etſi non vnà verſamur, vbi ſolebamus, tamen perpetuò ferè nos inter nos, mentis oculis cernimus; tanta eſt enim veræ germanæque amicitia: vis, vt amici abſentes adſint, mutuoque aſpectu, & conſuetudine fruuntur: mea porro hæc omnium veſtrum tam perpeſſa memoria, vobis potius accepta referenda eſt quam mihi; ſi quidem veſtræ preces, & ſacrificia, quæ pro me homine nequam aſſiduè facitis tantam hanc excitant in me veſtri memoriã, ac deſiderium; vos inquam, vos cariſſimi fratres in animo meo veſtras imprimitis ſpecies. Quod ſi mea veſtri memoriã tanta eſt, fateor veſtram mei longè eſſe maiorem. Deus vobis pro veſtræ merito gratiam referat; nam ego non alia ratione poſſum vobis ſatisfacere quam profitendo, me veſtris meritis ſatisfacere nullo modo poſſe ] Iſ, vt loquitur, imaginibus ſuorum ita captus vt ægrè interdum ab eorum ceſſaret cogitatione; haud mirum, ſi noctu & dormiens ( quod ipſemet teſtatur ) putaret ſe coram præſentes habere, cernere, audire, ſummeque iis, tametſi ſomniis, animo, & corpore reſici. Ad hæc vt apud nos eduntur Societatis vota, inſtaurabat ipſe quotidie, velut ad eam tunc recens accederet: tribus diuitem ſibi pretioſe & mirifice caris reliquiarum thecam de collo portabat; officulo Thomæ Apoſtoli qui fuit Chriſtianitatis Indianæ pater, ſubſcripto nomine; Sanctiſſimi parentis Ignatij, ( aliorum enim quæ dixi chirographa extra thecam ferebat ) & profeſſionis ſuæ ſua manu conſcripta formula: huic eius in matrem optimam Societatem incredibili ſtudio, planè tribuendum, quod periculoſas turbas diuinitus viderit quas aduerſus illam è ſociis vnus, turbulentiſſimi homo ingenij, & nimium notus in Luſitania concitabat. Conſenſuro nauim

Xauerius

Xauerio a  
ſtam nauig  
labitur, ia  
pit, ah! i  
plura, qu  
mentis à c  
eadem mo  
ctu intim  
omnes de  
ropa, lætis  
reras, pro  
Franceſchi  
Societate,  
ſem animo  
ria in qua  
niam ita  
mum Fran  
ueſque exa  
quod & ip  
ruit: vir e  
ardoris. E  
mea tribu  
erat à Deo  
nerrimi, q  
*dætera me*

Sed ha  
batur æqu  
interdum,  
rum viuen  
Societatis  
turus ſi qu  
ſed forti f  
reponeret  
cos prætu  
bus numer  
dem ac ſtu  
ta operaru  
de quibus  
ſtuofam,  
enim anim  
quaquam  
exuberant  
nam eſſe a

Xauerio adstabant nostri & inter mutuas salutationes precabantur fau-  
litam nauigationem, cum inopinato abalienatus à sensibus in lectum col-  
labitur, iacetque illic aliquot horas immobilis, post ubi denique se rece-  
pit, ah! inquit, & reum de nomine notauit; Ignoscat tibi Deus, nec  
plura, quæ deinde ex Lusitania, qualia fuissent, plus nimio constitit, &  
mentis à corpore alienatio, collara cum improbis quos dixi motibus, in  
eadem momenta incidisse. Sunt quæ huc etiam faciant de hoc eius affe-  
ctu intimo in Societatem vniuersam, & singulos, vt est complecti  
omnes de genibus quoties rediret peregrè, vel abiret: appulso ex Eu-  
ropa, lætis lachrimis, & festa comitate excipere: laudare passim per li-  
teras, pro cuiusque virtute, maximè defunctos, quorum primus Adamus  
Franceschius quem anno 1549 nondum Sacerdotem primumque de  
Societate, ex Indiis vt pie creditur, mors cælo transcripsit; post mes-  
sem animorum copiosissimam infatigabili opera Cocini, & in ora Pesca-  
ria in qua vitæ finem imposuit collectam. De hoc ad Simonem in Lusita-  
niam ita Xauerius. [Placuit Deo suauissimum fratrem nostrum Ada-  
mum Franceschium ad laborum præmium vocare; quos sanè multos gra-  
uesque exantlauit; vitæ mors eius egregiè respondit, vita quidem illius,  
quod & ipse oculis probaui, & mecum alij confirmant, Sanctitate flo-  
ruit: vir erat insigni pietate, & ad infidelium salutem ingentis animi, &  
ardoris. Eius cetera mihi apud Deum suffragia impensius expecto quàm  
mea tribuo: puto enim in saluo consistere, & felicitate illa frui ad quam  
erat à Deo conditus.] illud demum eiusdem, affectus in Societatem te-  
nerrimi, quod alias memini *si oblitus fuero tui, Societas Iesu, obliuioni detur  
dictera mea.*

Sed hanc nihilominus amantissimi patris in suos caritatem, comita-  
batur æquo passu, prouidentia sedula sapientissimi rectoris; Mari quinis  
interdum, milliarium millibus remenso, illos reuisebat, inspecturus illo-  
rum viuendi, agendi, laborandique rationes, & si qua in paruo eatenus  
Societatis corpusculo pars male haberet, medicinam factururus; amputa-  
turus si qua putruisset: & vero non paucos, esto manu suspensa, & sobria,  
sed forti firmaque amputauit, quorum postea in Societate vt quenquam  
reponeret nullis precibus se flecti passus est, ne Proregis quidem; & pau-  
cos prætulit Instituto pares, multis exemplo nocentioribus quam utili-  
bus numero. Nec illud sibi sinebat spe blanda meliorum, ac ne arte qui-  
dem ac studio animarum Deo quærendarum, quo eorum nonnulli in tan-  
ta operarum penuria valebant plurimum (vt fuit Mansilla & Gomezius  
de quibus nos pridem) non, inquam, eorum idcirco refractariam, fa-  
stuosam, intractabilem indolem clausis oculis ferebat. Conuersionem  
enim animarum quam profiteretur Societas, artis, aut industriæ opus hand-  
quaquam censebat esse, sed virtutis & Spiritus, cuius in alios redundet  
exuberantia; quam vero molirentur homines virtute deoque vacui, alie-  
nam esse ab Societate. Quare suis crebro in mentem reuocabat, aternis

Gubernatio  
Xau. eximia.

[igni


ignibus torqueri non paucos, quorum permoti sermonibus complures probrigue effecti cœlo fruerentur: sparfos quoque in dissita regna, subinde colligebat domum; ubi horas nocturnas cogebatur iis dare, quod quouis in loco degeret dies illi totos externorum salus præriperet; noctu igitur illos feruide hortabatur, exercebat serio ad virtutem, docebat scripto vnumquemque de officiis Apostolici muneris sibi concrediti, eiusque iis germanos instinctus inferebat: nostri vero omnino persuasum habebant, de rebus Orientis, priuatim aut publice quicquid statueret id illi cœlitus indicari: certè ambigi non potest quin peculiari diuini Spiritus impulsu in iis ageretur. Nam inscius Constitutionum quas primus post eius obitum Antonius Quadrius in Indiam derulit, sic tamen ex earum mente Societatem gubernabat, vt si prius à Deo legendas accepisset quàm Ignatius scribendas, nec videntur fuisse recturi aliter, Ignatius si foret in India, & Xauerius in Europa: cum eum ab suis animarum causa longe distraheret, præsentem se illis sistebat per literas, quæ si nobis de illo nihil suppeteret aliud, animi eius effigiem vel solæ ad vinum exprimerent; aded totus in iis legitur, seque ipse perfectè nihil minus cogitans describit, dum pingit speciem, Euangelici ministri, & de suo exemplo, quod imitentur exemplar proponit, eas literas quocumque per Indiam, ubi nostros versari contingeret curabat transmitti, & ab iis ad amicos, ipsamque aded in Europam earum ibant apographa, velut pretiosæ orbis illius margaritæ, *tanquam ab Orientali quodam vere hirundinum loco ad nos missa* vt male de literis impij Iamblici, impius aiebat Imperator. Illarum vna Maioricæ perlecta, virum magnum Hieronymum Natalem Societati dedit, cum in debellando ipsius animo frustra Ignatius annos aliquot laborasset. Eas summi Pontifices, eas expetebant, expetiere Cardinales; his S. Philippus Nerijs diuino amore, & animarum studio incendebat sese, legendas tradebat discipulis, afficiebatur in Societatem magnificentius quam quibusuis eorum quæ à me referuntur. Earum nunc bona pars iuris publici facta, eo compendio tectitur, vt in Xauerium scitè cadat quod de Martyre Cypriano Nazianzenus scribit. *Plures ipse per epistolas martyres fieri, quàm illi ipsi qui martyribus assistebant.* Magno numero selecta capita strenuorum, & præstantium hominum de seculo in Societatem, ex Europa in Indiam pellexerunt, vt Christi gloriæ, & animarum saluti; profuso sanguine gloriosè litarent. Iam illa quæ prouidè ad sanctimoniam disciplinam, vtilemque laborem mandasset, accuratione maxima exigebat, & si qui ab iis exerrassent, miti & placida, vel si opus acri admonitione corrigebat. Ecclesiæ Præsides, Goanum Episcopum, Cocinensem Vicarium, Meliaporensem, Malacensem, & alios volebat ab nostris omni demissionis Religiosæ officio coli, sic vt eorum ex nutu omnino penderent. In quo ipse tametsi Apostolicus Nuncius tam excellenter iis præibat, vt si quando etiam publice in aliquem Præsulem incidisset, ad manus osculum in genua coram procideret; nec aut vllum, iter

Orat. de S. Cypriano.

aut negotio  
sulto, & a  
stianos v  
feruide à  
stinuisset  
Ignatio co  
tumorem  
sancto Ign  
quod ex c  
mini, ait  
ipsis pop  
arbitrio v  
tantum h  
ad eã præ  
eide agere  
strui læua  
appetenti  
rem; & o  
rium conf  
venia, ma  
des, foreq  
vnguem  
acturus, q  
contempt  
animarum  
ctus hæc  
etiam in  
mos intro  
Patris, &  
pastorale  
mum eius  
quàm sub  
obiectum  
re. Itaque  
eumque c  
(quod si  
eius ad se,  
que. Obr  
fictum po  
rem igna  
tis ipsius  
tiam illi d  
pliori exp




aut negotium moueret, alicuius in Dei obsequium momenti, nisi consulto, & assentiente Episcopo. Commendarat ex nostris Sacerdoti, Christianos urbis S. Thomæ; accepit hunc, utique minus prudenter quam feruide à Vicario dissidere, illoque ab nobis amandando fortassis non abstinuisset, nisi obseruasset eius senectutem, & veterem aliquam cum Ignatio commorationem, sed cordatissima grauissimaque epistola illius tumorem & imprudentiam castigauit. Exprobrauit homini quod ex sancto Ignatii conuictu, & consuetudine tam parum profecisset, imo quod ex ea damni plus quam boni, per imprudentiam retulisset, ac fallimini, ait, tu tuique similes, qui absque insigni vestri demissione, rebus ipsis populo probata, hoc solo quod estis de Societate, vultis omnia ex arbitrio vestro geri; & flocci facitis virtutes quæ B. P. N. Ignatium in tantum honoris, & auctoritatis extulere; auctoritatem ambitis, virtutum ad eam præsidia spernitis. Monet insuper præstare pauca tranquille ac placide agere, quam multa cum offensione ac tumultu; alioqui plura manu destrui læua, quam ædificentur dextra; & æquo maiora & immoderatus appetenti omnia petire. Post hæc, & alia, subiungit. Per ego te amorem; & obedientiam quam debes P. Ignatio, precor his acceptis Vicarium confestim adeas, & flexo coram utroque genu, petita errati eatenus venia, manum illius osculere, quanquam mihi gratius fuerit si etiam pedes, foreque spondeas ut dum illic hærebis, nunquam ab eius nutu vel vnguem transuersum abeas, & gaudebis omnino, mihi crede, animam acturus, quæ dixi fecisse. Certo confidenterque spera ubi te homines tui contemptorem perspexerint impetraturum te ex iis, quicquid in auxilium animarum, & Dei gloriam optaris. Si scias mi frater quantus mihi affectus hæc ad te dictauerit, mei diu noctuque opinor memineras, fortassis etiam in lachrimas ieris. Si possent homines dum viuunt mutuos animos introspicere, tute profecto in meo reperires. ] Hæc ille quibus boni Paris, & boni Rectoris aptè officia copulans, acerbum, dulci; & cantu pastorale pedum ex Nazianzeni documento prudenter miscuit. Illa demum eius interposito Ignatii nomine, conueniendi Vicarii obsecratio, quam sublimi loco sanctitatem Ignatii haberet ostendit, cuius non pe obiectum erranti filio solum nomen, putaret posse illum in viam redigere. Itaque supremas ad eum epistolas distinctè inscribit [ sancto Patri ] eumque compellans, vestra sancta caritas inquit, nec de illo cum nostris (quod fuit illi perfamiliares) nisi Beati, Sanctiue titulo loquebatur, eius ad se, suasque ad eum literas flens, ac de genibus legebat, scribebatque. Obtestatur ab eo ad se mitti Spiritus sui alumnus aliquem, suo fictum pollice, & nutu, quem haberet animi præceptorem, stimulatorem ignauitæ, & quo algebat frigoris depulsores; iniecta sibi, de caritatis ipsius fornace scintilla. Nec semel paratissimam ad quæuis Obedientiam illi defert, breuitate illa cupiens ab eo percipi, tacita qualibet ampliori explicatione quæ desiderio petitionem adiungeret, se nimirum eo tantum



352 *De vita & gestis &c. Liber Quartus.*

tantum innuente totis decessurum Indiis, totoque Oriente, iteratoque Oceano aduolaturum ad eum reuifendum, ponendaque sub eo de nouo religiosi tyrocini rudimenta. Atque hic mihi de magni Xauerij gestis, ac virtutibus limes esto.

*Sequentur quamprimum, si Deus annuerit, gesta deinceps in Asia à Patribus Societatis IESV qui Xauerij labores emulati, eam religiosa opera coluerunt.*



INDEX



VO  
n  
h  
F  
ti  
Pric



Acenos L  
num. 30  
Adamus Fr  
Eius an  
Ærumnæ  
Affabilitas  
& seq. r  
Amangucc  
Regni c  
betur X  
cat.  
Amangucc  
Rex per

us.  
e, iterato-  
ub eo de-  
ni Xauerij


stā dein-  
uerij la-



# INDEX VOCVM ET RERVM notatu digniorum, quæ in his de vitâ & gestis Sancti Francisci Xauerij Libris con- tinentur.

*Prior littera p. paginam, sequens n. nu-  
merum indicant.*

## A

-  BSENTIA cognoscit Xau. p.217.& 258.n.14
- Acennum inter regna Insulæ Somatræ maximum. p. 106.  
n.29. Rex Acennorum Malacam impetit p.107. num.29.
- Vide Malaca.
- Acenos Lusitani expugnant pauci innumeros. pag. 114. & 115.  
num. 36
- Adamus Franceschius primus è Societate in India occumbit. p.349. n.71.  
Eius animi dotes à Xau. laudatæ. ibid.
- Ærumnæ Xauerij postremæ. p.276.& 277.n.30
- Affabilitas, Conuersiones mirabiles affabilitate Xau. peractæ p.333.  
& seq.n.67
- Amanguccium nobilis & opulenta inter Iaponias ciuitas. p.175. n.23.  
Regni caput, ibid. turpissimis sceleribus addicta. ibidem Illic male ha-  
betur Xauerius. ibidem. Coram Rege, sed frustra Christum prædi-  
cat. p.276 n.24
- Amanguccium Bonziorum scelere euertitur; p.202. 203. & 204.n.39.  
Rex perit, ibidem. Nostri periclitantur. ibidem. Frater Regis Bungi  
Yy 2 Rex

INDEX

192 y

# INDEX

- Rex Amanguccij eligitur, p. 104. n. 40  
 Amanguuuium redit, Xau. Fidei illuc inducendæ p. 180. num. 27. magno illic  
 successu Christum prædicat concessâ ab Rege facultate. ibid.  
 Amanguccianorum conuersio. p. 183. & 184. n. 30. Fernandus Xauerij  
 Socius alter purulentum ab Amangucciano in faciem sputum excipit. p. 184.  
 n. 30. & eius patientiæ admiratione virum sapientē ad Christū conuertit.  
 Amazones, Vide Socotora.  
 In Amboinum ex Molucis transit Xauerius magno sui desiderio. pag. 102.  
 num. 25. vbi mira agit, absentia videt, prædicat periculum nauis. p. 103.  
 104. n. 26  
 Antonius Criminalis Xauerij Socius p. 238. n. 7. Eius ortus, patria & pri-  
 ma ætas. p. 238. & 239. n. 1. Horrendo viso ex fratre nepotem liberat.  
 p. 240. n. 2. In Societatem admittitur. p. 240. & 241. n. 3. In Lusitaniam  
 ad studia proficiscitur. ibidem. Vela facit in Indiam. p. 241. n. 3. Martyrij  
 illius causa & modus p. 241. 242. 243. & 244. n. 4. Criminalis virtutes  
 & magna Sanctitatis fama, p. 244. & seq. Eius litteræ humilitatem spiran-  
 tes. p. 248. & 249. n. 6  
 Apparatus Xau. ad profectiōem Indicam. p. 8  
 Apostolatus, Xauerij ad Apostolatū Indorum electio. p. 4. n. 5  
 Apostolatus Indici præfagia Xau. p. 7. n. 6  
 Ad Apostolicum ministerium Xauerij institutio. p. 165. & 166. n. 13. Quales  
 esse debent Ministri Apostolici. ibid.  
 Apostolus verus non minus studio paupertatis, quam animarum in cenditur.  
 p. 177. n. 26  
 Aqua vice olei ardet in lucernis. p. 295. n. 45  
 Aquam falsam in dulcem conuertit Xau. p. 264. & 265. n. 20  
 Ardor Xau. domandi sui. p. 3. n. 4  
 Atai des Malacæ Præfectus, Xauerij profectiōem in Sinas impedit. p. 258.  
 n. 15. Vexat Xauerium magno patientiæ documento. p. 260. & 261. n. 16.  
 Punitur diuinitus vt à Sancto prædictum fuerat. p. 261. & 262. n. 17

## B

- B**aptizat Xau. cum suis Regem Vlati miraculo seruatum. p. 93. n. 18  
 Reginam Ternatis. p. 96. n. 20  
 Bononia, Xauerij Bononiâ transitus. p. 10. n. 9.  
 Bonzj Sacrorum Iaponia Ministri. p. 155. n. 6. eorum vita sceleratissima. ibid.  
 Dirè à Bonziis sed frustra impugnatur Xauerius p. 167. n. 14. odio, &  
 contemptui fiunt. p. 185. & 186. n. 31. horum nonnulli ad Christum acce-  
 dunt, ibid. Cænobiorum numerus quæ Bonzj, Amanguccij habent.  
 ibid.  
 Bonziorum in Xauerium rabies, & in Christianam doctrinam calumniæ  
 p. 186. 187. & 188. n. 32. Xauerius, à Iaponiis Magnus Bonzius dictus vul-  
 go. p. 118. n. 32  
 Bonzio

Bonzio  
 Xau  
 ratio  
 Brachiu  
 286.  
 Bracma  
 Reli  
 fita,  
 Bracma  
 p. 42  
 n. 26  
 Brauus  
 Bungi H  
 illum  
 appa  
 à Re  
 quiu  
 p. 19  
 n. 37  
 p. 19  
 p. 1

**C**  
 C  
 Cango  
 Captiu  
 Cemai  
 Charit  
 Erga  
 In S  
 Erga  
 &  
 Inui  
 Christ  
 Christ  
 Xau  
 Cocin  
 Colleg  
 Contu  
 nu  
 Conu  
 Conu

## R E R V M.

- Bonziorum in Xau. seditio à Rege Saxumæ excitata. p. 170. n. 18. Furor in Xauerium. p. 179. n. 26. Eorum instituta, & vita à Faicondono ad ostentationem exhibita. p. 196. n. 36
- Brachium Xau. dum Romam defertur, nauim à piratis tuetur. pag. 285. & 286. n. 40
- Bracmanes qui, & vnde sic nominati. p. 40. n. 30. eorum origo fabulosa, Religio, sceleratissima vita, ibid. Bracmanum auctoritas fraudibus quaesita, & hypocrisi. p. 40. n. 31
- Bracmanum arcana à Christianis ducta, &c. contrariis dogmatis fœdata, p. 42. n. 32. Eorum doctrina me templicosi Pythagoræ conformis p. 31. n. 26. Obstinatissimi in errore & flagitiis. p. 43. n. 33
- Brauus in Societatem à Xau. admittitur.
- Bungi Rex, Funaium Regni caput, Xauerium inuitat. p. 189. num. 33. Eius ad illum literæ. p. 191. n. 34. Lusitani Xauerium ad Regem Bungi magnifico apparatu deducunt. p. 191. n. 34. Pompæ descriptio & ordo. ibid. Excipitur à Rege Xauerius solemnibus apparatu. p. 193. & 194. n. 35. Amborum colloquium. p. 195. & 196. n. 36. eidem cum Rege mensæ accumbit Xauerius. p. 197. n. 36. Conuersiones Funnaij, & Regis emendatio. p. 196. & seq. n. 37. Disputatio Xau. cum magni nominis Bonzio, illiusque conuersio. p. 198. n. 37. Regis Bungi aduersus scelerata Bonziorum placita, decreta. p. 199. n. 37

## C

- C**Æcus, Vide Oculus.
- Cancer ex mari Crucifixum ad Xauerium refert. p. 92. n. 16
- Cangoximæ primorum Christianorum fortitudo. p. 171. n. 19
- Captiuum liberat Xau. p. 299. n. 49
- Cemaicoginus quid Iaponicè signet. p. 191. n. 34
- Charitas, mira Xauerij in nauis. p. 21. n. 19
- Erga Christianos Oræ Picariæ. p. 53. n. 38. Malace. p. 85. n. 9
- In Socios. p. 345. 346. 347. & 348. n. 71
- Erga Deum. p. 306. 307. & 308. n. 55. Erga egenos. pag. 316. 317. 318. & 319. n. 61. In animas. p. 320. & seq. n. 62
- Inuicta malis. p. 310. & 311. n. 57
- Christianorum octo, procul absens Xau. necem videt. p. 99. n. 22
- Christianæ fidei summâ recitatâ coram, voce magnâ, multos conuertit Xauerius. p. 157. n. 26
- Cocini Patrum labor. p. 231. n. 59
- Collegium, Fundatio Collegij Soc. Iesu, Goæ. p. 51. n. 37
- Contumelia, contumeliosus Xauerio Ethnicus punitur diuinitus. p. 34. num. 29
- Conuersio Xauerij. p. 2. n. 2
- Conuersiones operâ Lusitanorum. p. 68. n. 49

1924

# INDEX

- Conuersio trium Iaponum. p.130. & 131.n.50. Eorum virtus. ibidem.  
 Conuertit perditum, cuius animum introspererat Xau. pag. 122. & 123.  
 num. 42
- Corona Xauerij naufragum seruat. p.74.n.54  
 Corpus, Maceratio corporis Xauerij. p.345.n.70  
 Corpus Xau. mortui trimestri calcu viua sepultum, integrum reperitur.  
 p.279. & 280. n. 35. Malacari relatum, mox pestilentiam ab ea expel-  
 lit. p.281. & 282. n.36. Nauis qua vehebatur bis miraculo naufragium  
 euadit. p.282. & 283. n.37. Soæ cum pompa excipitur. p.283 & 284.  
 n.38. Miraculis claret. ibidem. Corruptionis expers perseuerat. p.285.  
 num. 39
- Criminalis, Vide Antonius.  
 Crucifixi effigies lignea toties sanguinem sudat, quoties Xauerius grauius  
 aliquid patitur. p.279.n.34  
 Crux, Ad Crucem Xau. Miracula. p.300. & 301.n.50  
 Crucis efficacitas aduersus dæmones. p.137.n.55

## D

- D**Aius quid Iaponicè sonet. p.186.n.32  
 Dæmones orantem Xauerium atrociter cædunt. p.73.n.53  
 Decreta regia in gratiam Christianitatis Indiæ ab Xauerio procurata, sed  
 irrita. p.64.n.45  
 Denix Idolum Iapon. p.152.n.5  
 Deus plectit oris carcinode conuitiantem Xau. p.169. & 170. n.17  
 Disputatio Xauerij contra Fucarond. Bonzium. p.207. & 208.n.43. It era-  
 tur cum eodem, celebrior. p.211. & 212.n.45. Eius capita. p.212.n.46.  
 Alia cum magni nominis Bonzio. p.198. n.37. Iteratæ cum aliis Bon-  
 zii Disputationes. p.214.215.216. & 217. n. 47. Earum exitus. ibidem.  
 Postrema cum Bonziis. p.217. & seq.n.48  
 Disputatio Amanguccij cum P. Turriano, eiusque forma. p.200.201. & 202.  
 num.34  
 Doctores Sorbonicos inuitat Xauerius ad Indos. p.60.n.43

## E

- E**Cclesiam inuitis aliquibus Societati datam, Xauerius reddit. p.252.  
 num. 9  
 Echiandoni arx mirabilis. p.171. & 172. n.20. Eius descriptio, & constru-  
 ctio in solido saxo. ibidem. Clara illic Xauerij gesta. ibid.  
 Eleemosyna, Ad Eleemosynam pecunias miraculo inuenit. p.75. n.55  
 Epistola Xauerij ad Ignatium Bononiâ missa. p.10.n.9  
 Exercitia obit Xau. & quomodo. ] p.3.n.3  
 Exercitus, Xauerius solus Exercitum hostium fugat. p.55.n.41  
 Famulus, p.55.n.41

**F**A  
 Fides,  
 Firand  
 Fossa,  
 France

**G**I  
 Goa,  
 Goa  
 Xa  
 Goa  
 Gomo  
 Gonfa  
 te  
 Gube

**H**  
 Hum

**I**Ap  
 In  
 po  
 Iapo  
 ni  
 n  
 Iapo  
 Sac  
 fi  
 lo  
 p  
 c

# R E R V M.

## F

- F**Amulus, Xauerius sese mercatoribus aliquot equitibus locat, & cur  
 p. 179. n. 26
- Fides, Primus in Piscariam insulam Fidei ingressus. p. 34. n. 27
- Firandum petit Xau. eiusque illic gesta. p. 174. n. 22
- Fossa, tormenti genus cunctis retro sæcul. inauditum. 178. n. 26
- Franceschius, Vide Adamus.

## G

- G**igas, Xauer. baptizans staturâ Gigantis conspicitur. p. 266. & 267.  
 num. 22
- Goa, Vlissipone Goam iter. p. 17. n. 15
- Goa Insula, & vrbs, qualis cum in eam Xauerius venit. p. 29. n. 25. Illic à  
 Xauerio gesta. pag. 32. n. 26
- Goæ Societatis labores fructuosi. p. 224. & 225. n. 56
- Gomez, quis & qualis. p. 250. n. 7. E Societate eiicitur p. 253. n. 11
- Gonsaluis, Gonsalui Epistola ad Ignatium de itineris ad Indiam difficulta-  
 te & periculis. p. 19. n. 18
- Gubernatio Xauerij eximia. p. 349. n. 72

## H

- H**ebdomadam ieiunus exigit Xauerius. p. 71. n. 50
- Historiam de vita Redemptoris Iaponicè reddit Xau. p. 176. n. 19
- Humilitas & Caritas Xauerij euntis in Lusitaniam. p. 9. n. 8

## I

- I**aponia, Situs, partes, ingenium Iaponiæ. p. 145. & 147. n. 1
- In Iaponiam ire decernit Xauerius. p. 132. n. 51. Nauigatio Xauerij in Ia-  
 poniam & eius aduersa. p. 137. 138. & 139. n. 55
- Iaponum forma, & mores. p. 146. & 147. n. 2. Ad litteras & arma inge-  
 nium. p. 148. 149. & 150. n. 3. gubernatio ciuilis, & sacra p. 150. & 151  
 num 4
- Iaponum dij. p. 152. 153. & 154. n. 5
- Sacra verorum inimica. ibidem. Denix Idolum Iaponum ibid. Xaca Mes-  
 sias ibid. Theologia Iaponiorum. ibid. Doctrina de nihilo. ibid. Clerus  
 Idolol. Iaponiæ. p. 155. & 156. n. 6. Preparatio Xauerij ad prædic. Iapon.  
 p. 157. & 158. Sacro die Assumptæ Virginis ad portum Iaponiæ appli-  
 cuit Xauerius. p. 156. n. 6  
 Iaponio

# INDEX

- Iaponiorum primæ à Xauerio conuersiones. p. 164. & 165. n. 12. Miracula Xauerij in Iaponia. p. 168 n. 15  
 Eorum modus salutandi. p. 194. n. 35  
 Ieiunium, Hebdomadam ieiunus exigit Xauerius. p. 71. n. 50  
 Ignatius Xauerium sibi conciliat. p. 2. n. 2  
 Imago, Ad Imaginem Xau. miracula. p. 301. & seq. n. 51  
 India, situs Indiæ cis Gangem p. 28. n. 24  
 Status Indiæ infelix cum in eam peruenit Xauerius. p. 30. n. 26. Labores Soc. in India, dum Xauerius agit in Iaponia. p. 122. & seq. n. 53. De his litteræ Goani Episcopi ad Ignat. p. 223 n. 45  
 Institutiones Xau. Christianæ Fidei, ac vitæ, linguâ Indorum, rhythisque conditæ. p. n. 6. 84. 4  
 Ioannis III. Lusitaniæ Regis in Societatem beneficia. p. 224. n. 55  
 Ioguei qui & quales. p. 235. n. 61. Illorum primarius ad Christum conuertitur. p. 235. & 236 n. 61  
 Iter Indicum nunc quàm olim facilius. p. 19. n. 18

## L

- L**abores Xauerij strenui in Amboino. p. 89. & 90 n. 12. 13  
 Lauretum, Xauerij Laureto transitus. p. 10. n. 2  
 Leprosus repente mundatur. p. 168. n. 15  
 Linguarum donum Xauerio sicut olim Apostolis. p. 159 & 160 n. 9  
 Litteræ Goanni Episcopi ad Ignatium de laboribus Societatis in India. p. 223 n. 45  
 Litteræ & mandata Xauerij ante illius mortem. p. 275 & 276. n. 28  
 Litteræ Ignatij Romam Xauerium reuocantis. p. 93. & 294. n. 42  
 Lusitani, Conuersiones opera Lusitanorum. p. 68 n. 49  
 Lusitani expugnant pauci Acenos innumeros. p. 114. & 115. n. 36. Rex Parlis vltro regnum suum Lusitanorum clientelæ subdit. p. 115. & 116. n. 27. Vexantur cum Xau. à Bonziis, & quomodo. p. 205. & 206. n. 42  
 Lusitanum familiarem suum periculi monuit Xauerius, quod aditura essent eius merces magno emptæ; peritura omnino, nisi periculo occurrisset ipse qui monuerat. p. 84. n. 7  
 Lusorem desperandum iubet ludum repetere Xauerius, facitque eorum quæ amiserat victorem. p. 81. n. 2

## M

- M**alaca celeberrimum totius Asiæ ad mare Emporium p. 79. n. 1. eius situs, ingenium, &c. ibid. Illic ver perpetuum. p. 80. n. 1. cælum amœnum licet sub Zona torrida. ibid. Malaca nouam formam induit ex quo potiti sunt eâ Lusitani. ibid.  
 Malacenses quales. ibid.  
 Malacæ

Malacæ  
 tis inc  
 num  
 Malacæ  
 gnati  
 filium  
 tur X  
 pletur  
 n. 34.  
 ad Xa  
 Malacæ  
 enunc  
 Malacæ p  
 Hanc v  
 Maldiuæ  
 Regis  
 Manara  
 tyrium  
 Mare de  
 Mari dem  
 num. 2  
 Martyriu  
 Mauri Re  
 stum in  
 p. 97. n.  
 Meacum  
 cum, q  
 cessus.  
 Meliapor  
 ædes sa  
 ibidem  
 Melinda,  
 ibidem  
 Metempli  
 Miracula  
 Miracula  
 Miracula  
 Miracula  
 tium, p  
 in eoru  
 Missionib  
 Moluca In  
 Mauro r



## R E R V M.

- Malacæ agens Xauerius, ex perlatis Româ, & ex Lusitania litteris, Societatis incrementa didicit. p.8.6. n.9 Ex eâ discedens duo vaticinatur. p.87 num.10
- Malacæ Rex Acennorum armis impetit. p.106. & 107.n.29. Xauerius pugnam contra spem omnem suadet. p.108.& 109.n.30. Disturbatur consilium Malacensium infelici casu volubile. p.100.& 116.n.31. Restituitur Xauerij precibus, suafu, & vaticinio p.111.n.32. Vaticinium impletur p.111 n.33. Malacæ contra Xauerium tumultus. pag.112.& seq. n.34. Viantanæ Rex Malacam impetit.p.113.n.35. Illic mira quædam ad Xau.prædicta. p.105.& seq.n.28
- Malacam obsessam captamque & magnâ ex parte dirutam longè diffitus enunciat Xau. p.218.n.51
- Malacæ publicè, celebrantur Xauerij gesta in Iaponia. p.249.& seq. num.7. Hanc urbem deserit Xau. p.162. & seq n.19
- Maldiux Insulæ, p.231. n.59. Earum numerus, situs & ingenium ibidem Regis Maldiuarum conuersio. ibid.
- Manara Insula, p.60. n.44. Eius situs & natura, ibidem. Conuersio & Martyrium. ibid.
- Mare de sterili pisculentum redditur, à Xauer. p.168.n.15
- Mari demersum Mahumetani filium sexto hinc die restituit Xau. pag.265, num. 21
- Martyrium, Ardens Martyrij desiderium Xau. p.315. & seq.n.69
- Mauri Regni inopia & conditio infelix. p.96. n.21. In illud Xauer. Christum inferre parat. ibidem. Mauri Incolæ truces, & ferino more viuentes, p.97.n.21. excipitur comiter ab iis, prædicat, ibid. periclitatur. ibid.
- Meacum Iaponici sedes imperij, quæ & quanta. p.176.& 177 n.25. Meacum, quid significet. ibid. Itineris Meacensis ærumnæ & vacuus successus. p.177.178. & 179.n.26
- Meliapor vrbs, vulgo Sancti Thomæ. p.72. n.52. Eius situs antiquus, ibid. ædes sacra Meliapore à sancto Thoma constructa, eiusque descriptio, ibidem. Ad eam iter aggreditur Xau.& cur. p.71.n.49
- Melinda, Melindæ descriptio elegans. p.24.n.22. Melindam classis applicat. ibidem. Melinda soluit classis, p.25.n.23
- Metemplicosis à Iaponiis recepta. p.208.n.43
- Miracula Xauerij in ora Piscaria. p.47.n.36
- Miracula in domo edita, cui bene precatus fuerat Xauerius. p.82.n.5
- Miracula, ab Xauerio complura, Malacæ edita. p.83.& 84.n.6
- Miracula Xauerij post mortem. Cotate edita. p.295 n.43
- Miracula Xauerij in gratiam ægrotantium, nautarum sitientium; nauigantium, piscatorum. p.295.296. & 297.n.46. Multis videndum se exhibet, in eorum salutem. p.297.& 298.n.47
- Missionibus Operarios assignat. Xau. p.253.& 254.n.12
- Moluca Insulæ, p.88. n.11. Earum situs, & natura. ibid. Ad Molucas ex Mauro redit Xauer. & fructuosè in iis laborat. p.101. n.24

Z z

Monj

# INDEX

Monita Xauerij in discessu Regi Bungi data. p.204. & 205. n.41  
 Morbus Xau. supremus. p.277. & 278. n.32  
 Moribundus adstanti iuueni exitium prædicat. p.278. & 279. n.33  
 Mors Xauerij. p.278. & seq. n.33  
 Mortem prædicat Xauerius Arausio. p.92. n.14  
 Mortis suæ prænoscit tempus Xau. p.277. n.31  
 Mortuum excitat Malacæ Xau. p.258. n.14  
 Mortui tres ad vitam ab eo resuscitantur. p.301. & seq. n.53  
 Mozambicum. p.22. n.20. Illius situs & natura, ibidem. Classis quæ vehen-  
 batur Xau. Illuc applicat. ibid.

## N

**N**aves, quid sonet. p.227. n.57  
 Naufragium Ioannis Galuani procul cognoscit Xauerius. p.94. n.19  
 Navigatio Indica ærumnosa. p.18. n.17  
 Nauis, moles nauium gaulorum ex Europa in Indiam. p.17. n.15  
 Nauium duarum alteram nunquam, alteram breui perituram prædicat Xau. p.219. n.51. Prædictioni euentus respondet. p.220. 211. n.51  
 Nomen, Nominibus sigillatim suis, pueros quos nunquam viderat, compellat Xauerius. p.81. n.3  
 Noctes quibus rebus occuparet Xauerius. p.82. n.4  
 Nuncius, Xauerius diplomate quadruplici Apostolicus Nuncius dicitur. p.14. n.13

## O

**O**culos effoscos cæco reddit Xauerius. p.299. n.47  
 Omnibus omnia fiebat Xauerius. p.32. & seq. n.66  
 Oratio, Dies solus quadraginta orando Parauij transigit Xau. p.4. num.4.  
 Eius assiduitas orandi. p.308. & seq. n.56  
 Orantem dæmones atrociter cædunt. p.73. n.53  
 Ora; Piscariæ eximia pietas. p.232. & seq. n.60. Tempia illic à Patribus  
 Societatis fundata. p.233. n.60  
 Vide Piscaria.  
 Ordo militaris Religiosorum ethnicorum Iaponiæ. p.146. n.7

## P

**P**Agodes, quid. pag. 41. n. 31. Bracmamam commenta de Pagodibus  
 ibid.  
 Parænesis Xau. ad missionis Iaponicæ candidatos. p.159. n.9  
 Parisij, Europæ totius celeberrimum ad litteras omnes emporium. pag.2.  
 num. 1  
Partus

Partus,  
 conflic  
 Patria, In  
 Paupertas  
 Perditi an  
 Pereira X  
 prænu  
 Pericul  
 euadit  
 Periclitari  
 Pericula  
 313. &  
 Pestis ab  
 Pestilentia  
 Piscaria  
 ibidem  
 ex Pisc  
 Piscariam  
 uersio  
 Pluuia im  
 Poena, V  
 & seq.  
 Precatio  
 Prædicat  
 Prædicat  
 num.  
 Prædicat  
 Prædictio  
 Prænunti  
 Prophetia  
 Prophetia  
 ibid.  
 Puer ægr

**R**espo  
 bu  
 Rex, Vid  
 Regum ad  
 Rot. Rom  
 num. 1

## R E R V M.

- Partus , Sanatur ab Xaueio ethnica foemina partus doloribus  
 conflictata , mortique proxima. p.36.n.28
- Patria, Infalutatam praeterit patriam Xaueius. p.12.n.11
- Paupertas Xaueij. p.343.n.70. Summa in itinere Indico, p.16.n.14
- Perditi animum introspicit ; & conuertit. p.122 & 123.n.42
- Pereira Xaueio peramicus luculentam officiorum erga Sanctum , vti ab eo  
 praenunciatum fuerat, mercedem à Deo recepit. p.162.n.18
- Periculum , Xau. vitæ periculum domandi ardore incursum miraculo  
 euadit. p.3.n.4
- Periclitantes corpore & animâ iuuat, p.11.n.10
- Pericula & perpeſſiones Xau. in Mari. p.311.& 312.n.38. In Terra. p.312.  
 313.& 314.n.59
- Pestis ab Xaueio extincta. p.67.n.48
- Pestilentia ietis Malacæ inferuit Xau. p.257. & seq. n.14
- Piscaria Insula , illius situs. p.34. n.27. Primus in Piscariam Fidei ingressus.  
 ibidem. Primus Xaueij in illâ labor, p.36. n.28. Quam vberes fructus  
 ex Piscaria Insulâ. p.38.n.29
- Piscariam reuifit Xaueius, p.118. & 119. n.40. Vbi Socios certis ad con-  
 uersionem barbarorum regulis instituit. ibid.
- Pluuia impetratur ad crucem à Xaueio erectam. p.104. & 105.n.27
- Pœna, Voluntariis pœnis Xau. peccatorum conuersionem, impetrat. p.338.  
 & seq. n.68
- Precatio Xaueio perfamiliaris ad Christum. p.221.n.50
- Prædicatio Xau. p.325.& seq.
- Prædicatio prima Xaueij Saxumæ , Rege annuente. pag. 162. & seq.  
 num. 11
- Prædicat nauis periculum. p.92.n.15
- Prædictiones Xau. duæ. p.224.n.51.
- Praenuntiat bonam mortem Baptizato. p.93.n.17
- Prophetiæ insignes Xaueij duæ p.65.n.46
- Prophetiæ Xaueij de Ioanne Eiro. pag. 76. num. 56. De eodem historia  
 ibid.
- Puer ægrotus repente sanatur. p.168.n.19

## R

- R**esponſio, Xau. vnâ reſponſione multis petitionibus diuerſiſſimis de re-  
 bus. ſatisfacit. p. 182.n. 29
- Rex, Vide Bungi.
- Regum ad Christum conuerſio. p.327 & 328 n 65
- Rot. Rom. Relationes trium Cognitorum Rot. Rom. de Xaueio. p.15.  
 num. 13

Z z 2

Sagittâ

Partus

1967

# INDEX

## S

- S** Agittâ Xauerius vulneratur. p. 55. n. 40. Exercitum hostium solus fugat  
p. 55. n. 41
- Sancianum Insula, *Sam-ceu* Sinis dicta. p. 267. n. 23. Eius situs & natura.  
 ibid. Portus admodum commodus ibid. Miracula Xau. in Sanciano, &  
 propheticus spiritus. p. 270 & 271. n. 25.
- Sanctitas, Immensa de Xau. sanctitate fama, apud Ethnicos. Mauros,  
 Christianos, Socios, &c. p. 286. 287. 288. & seq.
- Sanctitas animæ Xau. p. 305. & 306. n. 54
- Saraceni, Saracenorum in Parauos odium. p. 35. n. 27.
- Saxumæ Xauerij prima prædicatio. p. 162. & seq. n. 11. Saxumæ habetur  
 ratio vrbanitatis scrupulosissima. ibid. Xauerium de Christi fide audire  
 frequenti aula Rex Saxumæ. p. 156. & 157. n. 7
- Scapham amissam cum suis Naui restituit Xau. p. 120. & seq. n. 50. eius ad  
 hoc precatio. ibid.
- Seminarium, fundatio Seminarij sanctæ Fidei, Goæ Neophitis alendis & in  
 Fide Christiana instituendis. p. 51. n. 37
- Seminarium Indorum Goæ restituit Xau. p. 253. n. 10
- Sententia Xauerij de futuro Generali Præposito, & de constitutionibus, au-  
 tographo concepta ante suum ad Indos discessum. p. 9. n. 8
- Sinas Euangelio subdere decernit Xau. p. 217. & 218. n. 50. Illic Socios  
 sibi eligit. Xau. p. 255. & 256. n. 13
- Sinarum profectioem meditati prima Xauerio objecta obstacula. p. 271.  
 & seq. n. 26. Alia à mercatoribus obiecta remora. p. 273. & seq. n. 27
- Societas, Incrementa Societatis ex perlatis Romæ & ex Lusitania litteris  
 Xau. Malacæ agens didicit. p. 86. n. 9
- Socios certis ad conuersionem barbarorum regulis instituit, Xauer. pag. 118.  
 & seq. num. 40
- Socotora insula, eius situs natura, descriptio. p. 25. n. 23. Illic aloë totius  
 Orientis præstantissimum. pag. 26. n. 23. Socotora Amazonum patria  
 ibid.
- Socotoræ incolarum barbaries, ritus & Religio. p. 26. n. 23. Summam vene-  
 rationem apud illos S. Thomas obtinet. ibidem.
- Spei restituit desperantem Xauer. p. 134. n. 53
- Steriles Xau. precibus sæcundantur. p. 303. n. 52

## T

- T** Anoris Regni situs & natura, p. 227. n. 57. Incolæ quales ibid. Tanoris  
 Regis infelix conuersio. p. 227. & seq. num. 57. Hic à Gomezio exi-  
 miè iuuatur. p. 228. & seq. n. 58
- Tempestas à Xauerio prædicta. p. 71. n. 51  
 Tempe

Tempest  
 in illa  
 prædi  
 Tempest  
 Theolog  
 S. Thom  
 Vide S  
 Trauanc  
 stum a  
 Trichen  
 çhm.

**V** Acc  
 Ve  
 morti  
 affect  
 Venetia  
 Illic in n  
 Victoria  
 & seq  
 Virginit  
 Xau.  
 Virtus, C  
 num.  
 Vita Xa  
 ritas i  
 Puella  
 Vllippo  
 rius i

**X** Acc  
 Xau  
 num  
 pag. 2  
 Vicent

**Z** Az  
 t  
 Zeilianu

## R E R V M.

- Tempestatem prædicit, Indiam petens Xauerius, p. 117. & 118. 9. Eius  
in illâ sensus interior, ibid. Eandem sedat & quomodo ibid. Aliam item  
prædicit Xauerius. p. 71. n. 51
- Tempestate sæua ex Iaponia rediens Xau. iactatur. p. 219. & seq. n. 49
- Theologia Iapon. p. 152. n. 5
- S. Thomas Apostolus, Oraculum S. Thomæ completum. p. 29. n. 25.
- Vide Socotora.
- Trauancoris situs & natura. p. 54. n. 39. Signum Trauancoris ad Chri-  
stum adducit Xauerius, ibid.
- Trichenamalum Zeilani Insulæ ditio. p. 234. & seq. n. 61. Illius Rex & Bra-  
chm. ad Christum accedunt. ibid.

### V

- V**Accarum in Insula, excitatus ab Xaucrionis mortuus. p. 66. n. 47
- Vellius mercator locuples prodigiosa prædictione vitæ commodæ &  
mortis bonæ à Xaucrionis edicta compensatur ob largitatem in pauperes, &  
affectum in Xau. p. 267. & seq. n. 23
- Venetas petit Xau. grauius itineris laboribus. p. 3. n. 3
- Illic in nosocomio saniem vlcera exugit. p. 4. n. 4
- Victoriam de Acenis pro concione longè absens Xauerius denuntiat. p. 116.  
& seq. n. 38
- Virginitas Xauerij illibata. p. 344. & 345. n. 70. Insignia huius virtutis à  
Xau. exhibita specimina. ibid.
- Virtus, Quibus virtutibus in Iaponiam mittendos clarere oporteret. p. 181.  
num. 28
- Vita Xau. ante Indicam missionem. p. 2. n. 2. Quanta Xauerij vitæ aspe-  
ritas in Ora piscaria. p. 46. n. 35. Quantæ de Cælo voluptates. ibid.
- Puella ad vitam reuocatur. p. 168. & seq. n. 16
- Vlissipo, Vlissipone gesta ab Xaucrionis. p. 13. n. 12. Vlissipone soluit Xau-  
erius in Indiam. p. 14. n. 13

### X

- X**aca, Messias Iapon. p. 152. n. 5
- Xauerius, Ortus Xauerij educatio, indoles, studia litterarum. pag. 1.  
num. 1. Parisios mittitur, vbi Doctoris Philosophi lauream tulit.  
pag. 2. num. 1
- Vicentiæ, ægrotans sancti Hieronymi conpectu sanatur. pag. 4. n. 4

### Z

- Z**Azzus summus apud Iaponios Pontifex. p. 155. n. 6. illius munus & po-  
testas. ibid.
- Zeilanum, In Zeilano Xauerij gesta. p. 121. & seq. n. 43

F I N I S.

